mino. Hoc eniz ⁊ ipsi petistis. Statīq;
eiecti sunt de conspectu pharaōis. Dix-
it aūt dominus ad moysen: Extēde ma
num tuam sup̄ terram egypti ad locu-
stam vt descendat sup̄ terraz. ⁊ deuoret
oēm herbam q̄ residua fuerit grandini
Et extēdit moyses virgā sup̄ terrā egy-
pti. ⁊ dñs induxit ventuz vrentem tota
die illa ⁊ nocte. Et mane facto: ventus
vrens leuauit locustas. Que ascende-
runt super vniuersam terram egypti: ⁊

sederũt in cũctis finib⁹ egyptioꝝ innũe
rabiles: q̃les añ illud tp̃s nõ fuerãt. nec
postea future sunt. Opuerũtq; vniu̇sam
sup̃ficiẽ t̃re vastãtes oĩa. Deuorata est
igit̃ herba t̃re. ⁊ q̃cq̃d pomoꝝ ĩ arboribus
fuit q̃ grãdo dimiserat. Nihil q̃z oĩo vi
rẽs relictũ est ĩ lignis ⁊ ĩ herb̃ t̃re: in cũ
cta egypto. Quãobrẽ festinus pharao
vocauit moysen ⁊ aarõ: ⁊ dixit eis: Pec
caui in dñm deũ vr̃m ⁊ ĩ vos. Sz nunc
dimittite pctm̃ mihi etiã hac vice. ⁊ ro
gate dñz deũ vr̃m vt auferat a me mor
tẽ istã. Egressusq; est moyses de ꝯspectu
pharaõis. ⁊ orauit dñm: Qui flare fec̃
ventũ ab occidẽte vehemẽtissimuz. ⁊ ar
reptã locustã ꝓiecit ĩ mare rubrũ. Non
remãsit nec vna q̃dẽ ĩ cũctis finib⁹ egy
pti. Et ĩdurauit dñs cor pharaõis. nec
dimisit filios isrl̃. Dixit ãt dñs ad moy
sen. Extẽde manũ tuã in celũ. ⁊ sint te
nebre sup̃ t̃rã egypti: tam dẽse vt palpa
ri queãt. Extẽditq; moyses manũ in ce
lũ. ⁊ facte sunt tenebre horribiles ĩ vniu̇
sa terra egypti. Trib⁹ dieb⁹ nemo vidit
fratrẽ suuz: nec mouit se de loco in quo
erat. Ubicũq; aũt hĩtabãt filij israel lux
erat. Uocauitq; pharao moysen ⁊ aarõ
⁊ dixit eis: Ite sacrificate dño: Oues tã
tũ vestre ⁊ armẽta remaneãt: ꝑuuli vr̃i
eant vobiscũ. Ait moyses: Hostias q̃z ⁊
holocausta dab̃ nob̃: q̃ offeram⁹ dño d̃o
nr̃o. Cuncti greges ꝑgent nobiscũ: Nõ
remanebit ex eis vngula que necessaria
sunt in cultũ dñi dei nr̃i p̃ſtim cuz igr̃e
mus q̃d d̃beat ĩmolari: donec ad ip̃m lo
cũ ꝑueniam⁹. Indurauit autẽ dñs cor
pharaõis ⁊ noluit dimittere eos. Dixit
q; pharao ad moysen: Recede a me ⁊ ca
ue ne vltra videas faciẽ meã. Quocũq;
die apparueris mihi morieris. Respon
dit moyses: Ita fiat vt locut⁹ es. Non
videbo vltra faciem tuam. XI

Et dixit dñs ad moysen: Adhuc
vna plaga tangã pharaonem ⁊
egyptũ. ⁊ post h̃ dimittet vos et
exire cõpellet. Dices g̃ omni plebi vt po
stulet vir ab amico suo ⁊ mulier a vici
na sua vasa argẽtea ⁊ aurea ⁊ vestẽ. Da
bit aũt dñs gr̃am populo suo corã egy
ptijs. Fuitq; moyses vir magnus val
de in terra egypti corã ſuis pharaõis et
oĩ ꝓpl̃o. Et ait: Hec dic̃ dñs: Media no
cte ĩgrediar ĩ egyptũ. ⁊ morieť oẽ p̃mo
genitũ in terra egyptioꝝ. a p̃mogenito
pharaõis q̃ sedz ĩ solio ei⁹ vsq; ad prĩoge
nitũ ancille q̃ est ad molã. ⁊ oĩa p̃moge
nita iumẽtoꝝ. Eritq; clamor magn⁹ in
vniu̇sa t̃ra egypti: q̃lis nec ante fuit: nec
postea futur⁹ est. Apud oẽs aũt filios is
rael non mutiet canis ab hoĩe vsq; ad pe
cus: vt sciat q̃nto miraculo diuidat do
minus egyptios ⁊ isrl̃. Descẽdẽtq; oẽs
ſui tui isti ad me. ⁊ adorabũt me dicen
tes: Egredere tu ⁊ oĩs ꝓpl̃s qui subiect⁹
est tibi. Post hec egrediem̃. Et exiuit a
pharaõe. irat⁹ nimis. Dixit aũt dñs ad
moysen: Nõ audiet vos pharao vt mul
ta signa fiãt in t̃ra egypti. Moyses autẽ
⁊ aarõ fecerũt oĩa signa ⁊ ostẽta q̃ scrip
ta sunt. corã pharaõe. ⁊ indurauit dñs
cor pharaonis: nec dimisit filios israel
de terra sua. XII

Dixit q̃z dñs ad moysen ⁊ aaron
in terra egypti: Mensis iste vob̃
p̃ncipiũ mẽsiũ: prim⁹ erit ĩ mẽ
sib⁹ anni. Loq̃mĩ ad vniu̇sum cetũ filio
rũ isrl̃: ⁊ dicite eis: Decima die mensis
hui⁹ tollat vnusquisq; agnũ ꝑ familias
⁊ domos suas. Sinaũt minor est nũer⁹
vt sufficere possit ad vescẽdũ agnũ: assu
met vicinũ suũ qui ꝯiũct⁹ est domui ei⁹
iuxta numerũ aĩaꝝ q̃ sufficere possint ad
esuz agni. Erit aũt agnus absq; macula
masculus ãniculus. Iuxta quẽ ritũ tol
letꝫ ⁊ hedũ: ⁊ ſuabitꝫ eũ vsq; ad q̃rtãdeci
mã diẽ mẽſ hui⁹. Immolabitq; eũ vni
uersa multitudo filioꝝ israel ad vesperã
⁊ sument de sanguine eius ac ponẽt su
per vtrunq; postem. ⁊ in sup̃liminarib⁹
domorum in quibus comedent illum.
Et edent carnes nocte illa assas igni: et
açymos panes cũ lactucꝫ agrestib⁹. Nõ
comedetis ex eo cruduz quid. nec coctũ
aqua. sed assum tm̃ igni. Caput cum pe
dib⁹ eius ⁊ intestinis vorabitis: nec re
manebit quicquaz ex eo vsq; mane. Si

quid residuū fuerit. igne comburetis.
Sic aūt comedetis illuz. Renes vr̄os
accingetis ⁊ calciamēta hēbitis in pedi-
bus. tenētes baculos ī manib⁹: ⁊ come
detis festināter. Est eī phase. i. trāsitus
dn̄i. Et trāsibo ꝑ terrā egypti nocte illa
ꝑcutiāq; oē p̄mogenitū in terra egypti
ab hoīe vsq; ad pecus. ⁊ ī cūctis dijs egy
pti faciā iudicia. ego dn̄s. Erit aūt san-
guis vob̄ in signū ī edib⁹ ī q̄b⁹ erit⁹. ⁊ vi-
debo sāguinē ⁊ trāsibo vos: nec erit ī vob̄
plaga disꝑdens: qn̄ ꝑcussero terrā egy-
pti. Hēbitis aūt hūc diē ī monimētū ⁊
celebrabitis eā sollēnē dn̄o ī generatiōi
bus vr̄is cultu sempit̄no. Septē dieb⁹
açyma comedetis. In die p̄mo nō erit
ferm̄tū ī domib⁹ vr̄is. Quicūq; comed̄
rit fermētū. ꝑibit aīa illa d̄ israel. a p̄mo
die vsq; ad diē septimū. Dies p̄ma erit
sancta ac solēnis. ⁊ dies septima eadez
festiuitate venerabil'. Nihil opis faciet⁹
in eis. exceptis his q̄ ad vescēdū ꝑtinēt
⁊ obſuabitis açyma. In eadē enim ip̄a
die educā exercitū vr̄m de terra egypti.
⁊ custodietis diē istū ī generatiōes vr̄as
ritu ꝑpetuo. Primo mēse q̄rtadecima
die mēsis ad vesperā. comedetis açyma
vsq; ad diē vicesimāprimā eiusdē menſ
ad vesp̄ā. Septē dieb⁹ fermētatuz non
inuenie⁹ in domib⁹ vr̄is. Qui comede-
rit fermētatū. peribit aīa eius de cetu is-
rael tam de aduenis q̄ de indigenis ter
re. Oē fermētatū nō comedet⁹. In cū-
ctis habitaculis vr̄is edet⁹ açyma. Vo-
cauit āt moyses oēs seniores filioꝝ isra
el. ⁊ dixit ad eos: Ite tollentes aīal ꝑ fa
milias vr̄as ⁊ īmolate phase. Fasciculū
q; hysopi tingite ī sanguine qui est in li
mine ⁊ asꝑgite ex eo suꝑlimīare ⁊ vtrū-
q; postē. Nullus vr̄m egrediat̄ ostiū do-
mus sue vsq; mane. Trāsibit enī dn̄s ꝑ
cutiens egyptios. Cūq; viderit sangui
nē in suꝑliminari ⁊ in vtroq; poste: tran
scendet ostiū domus. ⁊ nō sinet ꝑcussorē
ingredi domos vr̄as ⁊ ledere. Custodi
v̄bū istd̄ legittimū tibi ⁊ filijs tuis vsq;
in et̄nū. Cūq; ītroierit⁹ t̄rā quā dn̄s de⁹
datur⁹ est vob̄ vt pollicitus est. obserua
bit⁹ cerimonias istas. Et cū dixerīt vob̄
filij vr̄i q̄ est ista religio ⁊ dicet⁹ eis: Vi-
ctima trāsitus dn̄i est: qn̄ trāsiuit super
domos filioꝝ isrl' in egypto ꝑcutiēs egy
ptios. ⁊ domos nr̄as liberās. Incurua-
tusq; ꝑpl's adorauit. et egressi filij israel
fecerūt sicut p̄ceꝑat dn̄s moysi ⁊ aaron
Factū est aūt in noctis medio. percussit
dn̄s oē primogenitū ī t̄ra egypti: a p̄mo
genito pharaōis q̄ ī solio eius sedebat:
vsq; ad p̄mogenitū captiue q̄ erat ī car-
cere: ⁊ oē p̄mogenitū iumētoꝝ. Surre
xitq; pharao nocte ⁊ oēs ſui eius cūcta-
q; egyptus: ⁊ ortus est clamor magnus
in egypto. Neq; enī erat dom⁹ in q̄ non
iacerz mortuus. Vocatisq; pharao moy
se ⁊ aarō nocte. ait: Surgite: egredimī
a populo meo vos ⁊ filij isrl': Ite ⁊ imo-
late dn̄o sicut dicitis. Oues vr̄as ⁊ ar-
mēta assumite vt petieratis: ⁊ abeuntes
bn̄dicite mihi. Urgebātq; egyptij ꝑpl'm
israel de t̄ra exire velocit' dicētes: Om̄s
moriem̄. Tulit igit̄ ꝑpl'us ꝯspersam fari
nā anteq̄ fermētaret̄: ⁊ ligās in pallijs
posuit suꝑ humeros suos. Fecerūtq; fi
lij israel sic p̄ceꝑat dn̄s moysi. ⁊ petier̄t
ab egyptijs vasa argētea ⁊ aurea vestēq;
plurimā. Dn̄s aūt dedit gr̄am ꝑpl'o co-
rā egyptijs vt cōmodarēt eis: ⁊ spoliaue
rūt egyptios. Profectiq; sunt filij isra-
el de ramesse ī sochot sexcenta fere milia
peditū viroꝝ: absq; ꝑuulis ⁊ mulierib⁹.
Sz ⁊ vulgus ꝓmiscuū innūerabile ascē
dit cū eis oues ⁊ armēta: ⁊ aīantia diu-
si generis multa nimis. Coxerūtq; fari
nā quā dudū de egypto ꝯspersam tule-
rāt: ⁊ fecerunt subcinericios panes açy
mos. Neq; enim poterat fermentari co
gentibus exire egyptijs. ⁊ nullaz facere
sinentibus moram: nec pulmēti quicq̄
occurrerat preparare. Habitatio aūt fi
lioꝝ israel q̄ māser̄t in egypto fuit q̄drī-
gentoꝝ triginta annoꝝ. Quib⁹ expletis
ead̄ die egressus ē oīs exercit⁹ dn̄i d̄ ter
ra egypti. Nox est ista obſuabil' dn̄i: qn̄
eduxit eos de t̄ra egypti. Hanc obſuare
debent oēs filij isrl' in generatiōib⁹ suis
Dixitq; dn̄s ad moysen ⁊ aarō. Hec est

religio phase. Oīs alienigena nō come
det ex eo. Oīs aūt ſuus empticius cir-
cūcidet̄. ⁊ sic comedet. Aduena ⁊ mercē
narius non edent ex eo. In vna domo
comedet̄: nec efferetis de carnib⁹ ei⁹ fo-
ras: nec os illius ꝯfringetis. Oīs cetus
filioꝝ isrl̄ faciet illud. ꝙ si q̄s ꝑegrinoꝝ
in vr̄am voluerit trāsire coloniā ⁊ face-
re phase dñi: circūcidet̄ prius oē mascu
linū eius. ⁊ tūc rite celebrabit: eritq̄ sic̄
indigena t̄re. Si q̄s aūt circūcisus nō
fuerit: nō vescet̄ ex eo. Eadē lex erit indi
gene: ⁊ colono q̄ ꝑegrinat̄ apd̄ vos. Fe
cerūtq̄ oēs filij isrl̄ sic̄ p̄cepat dñs moy
si ⁊ aarō: ⁊ eadē die. eduxit dñs filios is-
rael de t̄ra egypti ꝑ turmas suas. XIII

LOcutusq̄ ē dñs ad moysen di-
cēs: Sāctifica mihi oē p̄moge-
nitū qd̄ apit vuluā in filijs isrl̄
tā de hoīb⁹ q̄ de iumētis. Mea sunt enī
oīa. Et ait moyses ad ꝓpl̄m: Memētote
diei hui⁹ ī q̄ egressi estis de egypto et de
domo ſuitut̄: qm̄ in manu forti eduxit
vos dñs de loco isto: vt nō comedat̄ fer
mentatū panez. Hodie egredimini mē
se nouarū frugū. Cūq̄ introduxerit te
dñs ī t̄rā chananei. ⁊ ethei. ⁊ amorrei. et
euei. ⁊ iebusei. quā iurauit patrib⁹ tuis
vt daret tibi terrā fluētez lacte ⁊ melle:
celebrabit̄ hūc morem sacroꝝ mēse isto
Septez dieb⁹ vesceris açymis: ⁊ in die
septimo erit sollēnitas dñi. Açyma co-
medetis septem dieb⁹. Non apparebit
apd̄ te aliquid fermētatū. nec in cūctis
finib⁹ tuis. Narrabisq̄ filio tuo ī die il-
lo dicens: Hoc ē qd̄ fecit mihi dñs qñ
egressus suz de egypto. Et erit q̄si signū
ī māu tua ⁊ quasi monimētū añ oculos
tuos: ⁊ vt lex dñi sp̄ sit ī ore tuo. In ma
nu eī forti eduxit te dñs de egypto. Cu-
stodies huiuscemōi cultū statuto tp̄e a
dieb⁹ in dies. Cūq̄ introduxerit te dñs
in terraz chananei. sic̄ iurauit tibi ⁊ pa-
trib⁹ tuis: ⁊ dederit tibi eam. sep̄abis oē
qd̄ apit vuluā dño: ⁊ qd̄ primitiuū est ī
pecorib⁹ tuis. Quicq̄d habueris mascu
lini sexus. ꝯsecrabis dño. Primogeni-
tū asini mutabis oue. qd̄ si nō redeme-
ris interficies. Omne aūt primogeni-
tū hoīs de filijs tuis p̄cio redimes. Cū-
q̄ interrogauerit te fili⁹ tu⁹ cras dicēs:
q̄d est h̄. rñdebis ei. In manu forti edu
xit nos dñs de terra egypti: de domo ſui
tut̄. Nā cū indurat⁹ esset pharao ⁊ nol
let nos dimittere. occidit dñs oē p̄mo-
genitū ī t̄ra egypti. a p̄mogenito homīs
vsq̄ ad p̄mogenitū iumētoꝝ: Idcirco
īmolo dño oē qd̄ apit vuluā masculini
sexus: ⁊ oīa p̄mogenita filioꝝ meoꝝ re-
dimo. Erit igit̄ q̄si signū in manu tua ⁊
q̄si appensum quid ob recordatiōem añ
ocl̄os tuos: eo ꝙ in manu forti eduxit
vos dñs d̄ egypto. Igit̄ cū emisissz pha
rao ꝓpl̄m. nō eos duxit dñs ꝑ viā terre
philistijm q̄ vicina est reputās ne forte
peniteret eū si vidissz adūsum se bella cō
surgere ⁊ reūterent̄ egyptū: sed circum
duxit ꝑ viā deſti: q̄ est iuxta mare rubꝝ
Et armati ascēderūt filij israel de terra
egypti. Tulit q̄z moyses ossa ioseph se-
cū: eo ꝙ adiurasset filios isrl̄ dicēs: Vi-
sitabit vos deus: efferte ossa mea hīc vo
biscū. Profectiq̄ de sochot castrameta-
ti sunt ī ethā: ī extremis finib⁹ solitudi-
nis. Dñs aūt p̄cedebat eos: ad oñdēdā
viā ꝑ diē ī colūna nubis: ⁊ ꝑ noctem in
colūna ignis. vt dux esset itineris vtro
q̄ tp̄e. Nūq̄ defuit colūna nubis ꝑ diez
nec columna ignis per noctem coraz po
pulo. XIIII

LOcut⁹ est autē dñs ad moysen
dicēs: Loq̄re filijs isrl̄. Reuersi
castrametētur e regione phiai-
roth: q̄ est inter magdalū ⁊ mare ꝯ beel-
sephon: In conspectu eius castra ponet̄
sup̄ mare. Dicturusq̄ est pharao super
filijs israel. Coartati sunt in terra. con-
clusit eos desertū. Et indurabo cor eius
ac ꝑsequet̄ vos ⁊ glorificabor in pharao
ne. ⁊ in oī exercitu eius: scientq̄ egyptij
q̄r ego sum dñs. Fecerūtq̄ ita. Et nun-
ciatū est regi egyptioꝝ: ꝙ fugisset popu-
lus. Immutatūq̄ est cor pharaōis et
ſuoꝝ ei⁹ sup̄ ꝓpl̄z. ⁊ dixert̄. Quid volui-
m⁹ facē vt dimitterem⁹ isrl̄ ne ſuirz no
bis? Iūxit ḡ curꝝ ⁊ oēz ꝓpl̄z suū assūpsit

secū. Tulitq; sexcētos currus electos: ⁊ q̄cq̄d ī egypto curruū fuit: ⁊ duces toti⁹ exercit⁹. Indurauitq; dñs cor pharaonis regis egypti. ⁊ p̄secut⁹ ē filios israel At illi egressi erāt ī manu excelsa. Cūq; p̄seq̄rent egyptij vestigia p̄cedētiū: reperterūt eos in castris sup̄ mare. Oēsq; eq̄tat⁹ ⁊ currus pharaōis ⁊ vniūsus exercitus erant in phiairoth ꝑ beelsephon Cūq; approp̄inq̄sset pharao. leuātes filij isrl̄ oculos. viderūt egyptios post se. ⁊ timuerunt valde. Clamaueruntq; ad dñm. ⁊ dixerūt ad moysen: Forsitan nō erāt sepulcra in egypto: ideo tulisti nos vt morerem̄ in solitudie. Quid hō facere voluisti. vt educeres nos ex egypto: Nōne iste ē sermo quē loquebam̄ ad te in egypto. dicētes. recede a nob vt ſuia mus egyptijs: Multo ei melio⁹ erat seruire eis: q̄ mori ī solitudie. Et ait moyses ad pp̄lm: Nolite timere. state ⁊ videte magnalia dñi q̄ fact⁹ ē hodie. Egyptios enī quos nūc videt⁊. neq; q̄q; vltra videbit⁊ vsq; in sempit̄nū. Dñs pugnabit pro vobis: ⁊ vos tacebitis. Dixitq; dñs ad moysen: Quid clamas ad me: Loq̄re filijs israel vt p̄ficiscant̄. Tu aūt eleua v̄gā tuā ⁊ extende manū tuā sup̄ mare ⁊ diuide illō: vt gradiātur filij israel ī medio mari p̄ siccū. Ego āt īdurabo cor egyptioꝝ vt p̄sequātur vos: ⁊ glorificabor in pharaōe ⁊ ī oī exercitu ei⁹ et in curribꝫ ⁊ in equitibꝫ illius. Et scient egyptij q̄z ego sū dñs. cū glorificat⁹ fuero ī pharaōe: ⁊ ī curribꝫ atq; in eq̄tibꝫ ei⁹ Tollensq; se angelus dñi q̄ p̄cedebat castra isrl̄: abijt post eos: ⁊ cū eo parit̄ colūna nub̄ p̄oza dimittēs. post tergū stetit int̄ castra egyptioꝝ ⁊ castra isrl̄. Et erat nubes tenebrosa ⁊ illūinās noctē: ita vt ad se inuicē toto noctis tp̄e accedere nō valerēt. Cūq; extēdisset moyses manuꝫ sup̄ mare. abstulit illud dñs flāte vēto vehemēti ⁊ vēte tota nocte ⁊ vertit ī siccū. Diuisaq; ē aq̄: ⁊ ingressi sūt filij isrl̄ p̄ mediū ficci maris. Erat enī aq̄ q̄si mur⁹ a dextera eoꝝ ⁊ leua. Persequentesq; egyptij ingressi sunt post eos: ⁊ oīs eq̄tatus pharaōis. curr⁹ ei⁹ ⁊ eq̄tes p̄ mediū mar⁊. Jāq; aduenerat vigilia matutīa: ⁊ ecce respiciēs dñs sup̄ castra egyptioꝝ p̄ colūnā ignis ⁊ nubis: interfecit exercitū eoꝝ. ⁊ subūtit rotas curruū. ferebāturq; ī p̄fundū. Dixerūt ḡ egyptij: Fugiam⁹ israelē. dñs enī pugnat p̄ eis ꝯ nos. Et ait dñs ad moysen. Extende manū tuā sup̄ mare: vt reūtant aque ad egyptios sup̄ curr⁹ ⁊ eq̄tes eoꝝ. Cūq; extendisset moyses manū ꝯ mare. reūsuꝫ ē p̄mo diluculo ad p̄oz̄ locū. Fugiētibusq; egyptijs occurrerūt aq̄: ⁊ īuoluit eos dñs ī medijs fluctibꝫ. Reūseq; sunt aq̄: ⁊ operuerūt curr⁹ ⁊ eq̄tes cūcti exercit⁹ pharaonis. q̄ seq̄ntes ingressi fuerāt mare: nec vn⁹ q̄dē sup̄fuit ex eis: Filij aūt isrl̄ p̄transierūt p̄ mediū ficci maris: ⁊ aq̄ eis erant q̄si p̄ muro a dextris ⁊ a finistris. Liberauitq; dñs in die illo israel de manu egyptioꝝ: ⁊ viderūt egyptios mortuos sup̄ litus mar⁊. ⁊ manū magnā quā exercuerat dñs ꝯ eos. Timuitq; pp̄ls dñm. ⁊ crediderunt dño. ⁊ moysi ſuo eius

XV

Tunc cecinit moyses ⁊ filij israel. carmē hō dño. ⁊ dixerūt: Cantem⁹ dño Glorioſe. n. magnificat⁹ est: equū ⁊ ascensorē deiecit ī mare: Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ fact⁹ ē mihi ī salutē. Iste de⁹ me⁹ ⁊ glorificabo eū: de⁹ p̄ris mei: ⁊ exaltabo eū. Dñs q̄si vir pugnator: oīpotēs nomē ei⁹: curr⁹ pharaonis ⁊ exercitū eius p̄iecit ī mare Electi p̄cipes ei⁹ submersi sunt ī mari rubro: abyssi operuerūt eos: descenderūt in p̄fundū q̄si lapis. Dextera tua dñe magnificata est in fortitudine: dextera tua dñe p̄cussit īimicū: ⁊ ī mltitudie glorie tue depposuisti aduſarios meos. Misisti irā tuā q̄ deuorauit eos sicut stipulā: ⁊ ī spū furoris tui congregati sunt aq̄. Statim vnda fluēs: congregati sunt abyssi ī medio mari. Dixit īimic⁹: Persequar ⁊ cōprehendam: diuidaꝫ spolia: implebitur anima mea. Euaginabo gladiū meū: interficiet eos manus mea. Flauit spūs tuus ⁊ operuit eos mare: submersi sunt q̄si plūbū ī aquis vehemētibꝫ. Quis si

mil' tui in fortibus dñe? Quis sil'is tui
magnific' in sctitate: terribil' atq; lauda-
bil'. ⁊ faciēs mirabilia? Extēdisti manuz
tuā: ⁊ d̄uorauit eos t'ra. Dux fuisti ī mi
sericordia tua: ꝓpl'o quem redemisti. Et
portasti eū in fortitudine tua: ad hītacu
lū sanctū tuum. Ascenderūt ꝓpl'i ⁊ irati
sunt dolores obtinuerūt hītatores phi
listiȝ. Tūc ꝯturbati sunt p̄ncipes edom
robustos moab obtinuit tremor: obri-
guerūt oēs hītatores chanaan. Irruat
sup̄ eos formido ⁊ pauor in magnitudi
ne brachij tui. Fiāt īmobiles q̄si lapis.
donec ꝑtrāseat ꝓpl's tuus dñe: donec per
trāseat ꝓpl's tuus iste quē possedisti. In
troduces eos. ⁊ plātab' in mōte hereditatis
tue firmissimo h̄itaculo tuo quod
operatus es dñe: Sctūariū tuum dñe:
quod firmauerunt manus tue. Domi-
nus regnabit in et'nū: ⁊ vltra. ingressus
est eī eques pharao cuz curribꝫ ⁊ eq̄tibꝫ
eius in mare: ⁊ reduxit sup̄ eos dñs aq̄s
mar'. Filij aūt isrl' ambulauerūt ꝑ siccū
in medio eius. Sūpsit ḡ maria ꝓphetis
sa. soror aar. ontympanū in manu sua-
egresseq; sunt oēs ml'ieres post eaz cum
tympanis ⁊ choris. q̄bꝫ p̄cinebat dicens
Cantemus dño. Gl'iose enī magnifica-
tus est. equū ⁊ ascēsorē deiecit in mare.
Tulit āt moyses isrl' de mari rubro: ⁊ e-
gressi sunt in desertū sur. Ambulauer̄tq;
tribꝫ diebꝫ ꝑ solitudinē: ⁊ nō īueniebāt
aquā. Et venerūt ī marath: nec poterāt
bibere aq̄s de marath: eo ꝙ eēnt amare.
Vñ ⁊ ꝯgruū loco nomē imposuit: vocās
illū marath. i. amaritudinem. Et mur-
murauit ꝓpl's ꝯ moysen dicens: Quid
bibem'? At ille clamauit ad dñm: q̄ oñ-
dit ei lignū: qd̄ cū misissz ī aq̄s ī dulcedi
nē v̄se sunt. Ibi ꝯstituit ei p̄cepta atq;
iudicia ⁊ ibi tēptauit eū dicens: Si au
dieris vocē dñi dei tui. ⁊ qd̄ rectū est co-
rā eo feceris. ⁊ obedieris mādatis eius.
custodierisq; oīa p̄cepta illi': cūctū lāg-
uorē quē posui ī egypto nō inducā sup̄
te. Ego eī dñs sanator tuus. Venerunt
āt ī heliz filij isrl': vbi erāt. xij. fontes aq̄-
rū ⁊ septuaginta palme: ⁊ castrametati
sunt iuxta aquas.

XVI

Profectiq; de heliz venit oīs ml'-
titudo filioꝝ isrl' in desertum sin.
qd̄ est inter helim ⁊ sinai: quīta-
decima die mensis secundi. postq̄ egres-
si sunt de terra egypti. Et murmurauit
oīs cōgregatio filioꝝ israel ꝯ moysen et
aaron in solitudine. Dixerūtq; filij isra
el ad eos. Utinā mortui essemus ꝑ ma
num dñi in terra egypti. quādo sedeba
mus sup̄ ollas carniū. ⁊ comedebamus
panē in saturitate. Cur induxistis nos
in desertū istd̄ vt occideretis oēm multi-
tudinē fame? Dixit aūt dñs ad moysen
Ecce ego pluā vob̄ panes de celo. Egre
diat' ꝓpl'us ⁊ colligat q̄ sufficiūt ꝑ singu-
los dies: vt tēptem eū. vtꝝ ambulet in
lege mea. an nō. Die autē sexto parēt ꝙ
inferāt. ⁊ sit duplū q̄z colligere solebant
ꝑ singulos dies. Dixeruntq; moyses ⁊
aarō ad oēs filios israel: Vespe sciet' ꝙ
dñs eduxerit vos de terra egypti. ⁊ ma-
ne videbitis gloriā dñi. Audiui eī mur
mur vr̄m ꝯ dñm. Nos v̄o q̄d sumus. qꝛ
musitast' ꝯ nos? Et ait moyses: Dabit
vobis dñs vespere carnes edere. ⁊ mane
panes in saturitate: eo ꝙ audierit mur-
murationes vestras quibꝫ murmurati
estis ꝯtra eū. Nos enī quid sum'? Nec
cōtra nos est murmur vestrū: sed cōtra
dominū. Dixit quoq; moyses ad aaron
Dic vniu'se congregationi filioꝝ israel.
Accedite coram dño: Audiuit enī mur-
mur vr̄m. Cūq; loq̄ret' aaron ad omnē
cetū filioꝝ isrl': respexer̄t ad solitudinē. ⁊
ecce gl'ia dñi apparuit ī nube. Locutus ē
aūt dñs ad moysen dicēs. Audiui mur-
muratōes filioꝝ israel. Loquere ad eos
Vespe comedetis carnes. ⁊ mane satura
bimini panibꝫ. scietisq; ꝙ ego sum dñs
deus vester. Factū est ergo vespe ⁊ ascen
dēs coturnix cooperuit castra. mane q̄z
ros iacuit ꝑ circūitū castroꝝ. cūq; opuis
set sup̄ficiem t're: apparuit in solitudine
minutū ⁊ q̄si pilo tusuz ī sil'itudinē pru
ine sup̄ t'rā. Qd̄ cū vidissent filij isrl' dix
erūt ad inuicem: Mānhu? Qd̄ significat
quid est h̄: Ignorabāt eī q̄d esset. Qui

bus ait moyses. Iste est panis quē dñs
dedit vobis ad vescendū. Hic est sermo
quez p̄cepit vobis dñs. Colligat vnus⁹
q̄sq; ex eo q̄ntū sufficit ad vescendū: go⁹
mor p̄ singula capita. Iurta nūerū aia⁹
rum vr̄ar q̄ habitāt in tabernaculo. sic
tollet⁹. Fecerūtq; ita filij isrl̄. et collegerūt
alius plus. ali⁹ minus. et mēsi sūt ad mē
suram gomor: Nec qui plus collegerat
habuit ampliꝰ: Nec qui minus para⁹
uerat repperit minus. sed singuli iurta
id q̄ edere poterant congregauerunt.
Dixitq; moyses ad eos: Nullus relinq̄t
ex eo in mane. Qui non audierūt eū. sz
dimiserūt quidā ex eis vsq; mane. et sca⁹
tere cepit vmbr̄ atq; cōputruit. Et ira
tus est ē eos moyses. Colligebāt autez
mane singuli quātū sufficer poterat ad
vescendū. Cūq; incaluisset sol: liq̄fiebat
In die aūt sexta collegerūt cibos dupli⁹
ces. i. duo gomor p̄ singulos hoies. Ue
nerunt aūt oēs p̄cipes multitudinis et
narrauerūt moysi. Qui ait eis: Hoc ē
q̄ locut⁹ est dñs: Requies sabbati sctifi⁹
cata est dño. Cras q̄cunq; op̄andū est.
facite: et que coquēda sūt coquite. Quic
q̄d autē reliquū fuerit. reponite vsq; in
mane. Fecerūtq; ita vt p̄cepat moyses.
et nō cōputruit: neq; vermis inuētus ē
in eo. Dixitq; moyses: Comedite illud
hodie: q̄ sabbatū ē dño: nō inuenietur
hodie in agro. Per dieb⁹ colligite: i die
autē septimo sabbatū ē dño: idcirco nō
inueniet. Uenitq; septima dies: et egres
si de pplo vt colligerēt nō inuenerūt. Dix
it autē dñs ad moysen: Usquequ nō vul
tis custodire mādata mea et legē meaz:
Uidete q̄ dñs dederit vob̄ sabbatum: et
p̄pt̄ hoc die sexta tribuit vob̄ cibos dupli
ces. Maneat vnusq̄sq; apd̄ semetipm
et nullus egrediat de loco suo die septi⁹
mo. Et sabbatizabit pplus die septimo.
Appellauitq; domus isrl̄ nomē ei⁹ man
q̄ erat q̄i semē coriādri albū: gustusq;
eius quasi simile cum melle. Dixit aūt
moyses: Iste est sermo quem p̄cepit
dominus. Imple gomor ex eo et custo⁹
diat in futuras retro generationes vt
nouerint panem: quo aluiꝰ in solitu
dine: quādo educti estis de terra egypti
Dixitq; moyses ad aaron: Sume vas
vnū et mitte ibi man. quātū pōt capere
gomor et repone corā dño ad seruādum
in generationes vr̄as. sic p̄cepat dñs
moysi. Posuitq; illud aaron in taberna
culo reruandū. Filij aūt israel comede⁹
rūt man q̄draginta annis: donec venirēt
in terrā habitabilez. Hoc cibo aliti sunt
vsq;quo tangerent fines terre chanaan
Gomor aūt decima p̄s est ephi. XVII

Igitur, p̄fecta omnis multitu⁹
do filioz israel de deserto sin per
mansiones suas iurta sermonē
domini: castrametati sunt in raphidim
vbi non erat aqua ad bibendū p̄pulo.
Qui iurgatus contra moysen ait: Da
nobis aquam vt bibam⁹. Quibus rñ⁹
dit moyses: Quid iurgamini ctra me?
Cur tēptat⁹ dñz? Sitiuit q; ibi pplus p̄
aque penuria. et murmurauit ē moysen
dicēs: Cur feciſti nos exire d egypto: vt
occidēs nos et libos nr̄os ac iumēta siti
Clamauit aūt moyses ad dñm dicens:
Quid faciā pplo huic? Adhuc paululū
et lapidabit me. Et ait dñs ad moysen:
añcede pplz. et sume tecū d seniorib⁹ isrl̄
et virgā q̄ p̄cussisti fluuiū. tolle in manu
tua et vade. En ego stabo ibi corā te sup̄
petram oreb. p̄cutiesq; petrā. et exibit ex
ea aq̄ vt bibat pplus. Fecit moyses ita co⁹
ram senioribus isrl̄. Et vocauit nomē lo⁹
ci illi⁹. tēptatio, p̄pt̄ iurgiū filioz isrl̄. et
q̄ tēptauerūt dñz. dicētes: Est ne d⁹ in
nob an non? Uenit autē amalech et pu⁹
gnabat ē filios israel in raphidim: Di⁹
xitq; moyses ad iosue. Elige viros. et e⁹
gressus pugna ctra amalech cras: Ego
stabo in vertice collis: hñs virgā dei i manu
mea. Fecit iosue vt locut⁹ erat moyses
et pugnauit ē amalech. Moyses autē et
aaron et hur. ascēderūt sup̄ vticē collis.
Cūq; leuaret moyses manus. vincebat
isrl̄. Sinaūt paululū remisissет. supa⁹
bat amalech. Manus aūt moysi erant
graues. Sumētes igit lapidē posuerūt
subter eū in quo sedit. Aaron aūt et hur

sustentabant manus eius et vtraq; pte
Et factū est vt man⁹ illius nō lassarent
vsq; ad occasum solis. Fugauitq; iosue
amalech ⁊ pp̄lm eius in ore gladij. Di-
xit aūt dñs ad moysen: Scribe h̄ ob mo-
nimētum in libro. ⁊ trade auribꝫ iosue.
Delebo.n. memoriā amalech sub celo.
Edificauitq; moyses altare. ⁊ vocauit
nomē eius. dñs exaltatio mea. dicens:
Quia manus solius dñi ⁊ bellū dei erit
cōtra amalech: a gñatiōe in gñationē.

Cumq; audisset ietro sacerdos madiā. cognat⁹ moysi CAP. XVIII
oia q̄ fecerat dñs moysi et isrl̄
pp̄lo suo: ⁊ q̄ eduxisset dñs isrl̄ de egypto
tulit sephorā vxorē moysi quam remise
rat ⁊ duos filios eius: q̄r vnus vocabat
gersan dicente p̄re: aduena fui in terra
aliena. alt̄ vo elyezer. deus enī ait p̄tis
mei adiutor meus: ⁊ eruit me de gladio
pharaōis. Venit g̃ ietro cognatus moy
si ⁊ filij eius ⁊ vxor ei⁹ ad moysen in des-
tum. vbi erat castrametatus iuxta mō
tem dei. ⁊ madanuit moysi dicens: Ego
ietro cognatus tuus venio ad te: Et vx
or tua. et duo filij tui cum ea. Qui e-
gressus in occursum cognati sui adora-
uit: ⁊ osculat⁹ est eū. Salutauerūtq; se
mutuo verbis pacificis. Cūq; intrasset
tabnaculū: narrauit moyses cogto suo
cūcta q̄ fecerat dñs pharaōi ⁊ egyptijs
pp̄t isrl̄: vniūsumq; laborē qui accidisset
eis in itinere: ⁊ q̄ liberauerat eos dñs.
Letatusq; est ietro sup̄ oibꝫ bonis q̄ fece
rat dñs israeli eo q̄ eruisset eū ⁊ manu
egyptior. Et ait: Bñdictus dñs qui li-
berauit vos de manu egyptior ⁊ de ma-
nu pharaonis. q̄ eruit pp̄lm suū de ma-
nu egypti. Nūc cognoui q̄ magn⁹ dñs
sup̄ oēs deos: eo q̄ sup̄be egerint ꝺ eos.
Obtulit g̃ ietro cognatus moysi holo-
causta ⁊ hostias domino. Venerūtq; aa
ron ⁊ oēs seniores filior isrl̄ vt comede
rēt panē cū eo coram dño. Altera aūt die
sedit moyses vt iudicaret pp̄lm: q̄ assi-
stebat moysi a mane vsq; ad vesperam.
Q̄ cū vidisset cognat⁹ eius oia. s. q̄ age
bat in pp̄lo. ait: Quid est q̄ facis in ple
be? Cur solus sedes: ⁊ oīs populus p̄sto
lat de mane vsq; ad vesp̄am? Cui rndit
moyses: Venit ad me pp̄lus querēs sen
tētiā dei. Cūq; acciderit eis aliq̄ discep-
tatio veniūt ad me vt iudicē int̄ eos et
ostendam p̄cepta dei ⁊ leges eius. At il-
le. Nō bona inquit rem facis. Stulto la
bore cōsumeris: ⁊ tu ⁊ pp̄lus iste qui tecū
est. Vltra vires tuas est negociū. So-
lus illud nō poteris sustinere: sed audi
verba mea atq; cōsilia: ⁊ erit dñs tecū. Esto
tu pp̄lo in his que ad deū p̄tinēt vt refe
ras q̄ dicuntur ad eū: ostendasq; pp̄lo ceri-
monias ⁊ ritū colēdi: viāq; p̄ quā ingre
di debeāt: ⁊ opus q̄ facere debeāt. Pro-
uide aūt de oī plebe viros sapientes ⁊ ti-
mētes deū in q̄b⁹ sit veritas. ⁊ qui oderit
auariciā. ⁊ ꝺstitue ex eis tribunos ⁊ cen
turiones. ⁊ quinq̄genarios. ⁊ decanos:
qui iudicēt pp̄lm oī tp̄e. Quicq̄d autez
maī⁹ fuerit referāt ad te. ⁊ ipi minora tā
tūmodo iudicēt leuiusq; sit tibi. p̄tito ī
alios onere. Si h̄ feceris impleb̄ impe-
rium dñi: ⁊ p̄cepta eius poteris sustētare:
⁊ oīs hic pp̄ls reūtet̄ ad loca sua cū pace
Quibꝫ auditis moyses fec̄ oia que ille
suggesserat. Et electis viris strenuis de
cūcto isrl̄. cōstituit eos p̄ncipes pp̄li. tri-
bunos. ⁊ cēturiōes. ⁊ quinq̄genarios. ⁊
decanos. qui iudicarēt plebē dñi oī tp̄e
Quicq̄d aūt grauius erat referebāt ad eū
faciliora tm̄mō iudicātes. Dimisitq; co
gnatū suū qui reūsus abiit in trā suam

Mense tertio egressionis CAP. XIX
filior isrl̄ de tra egypti: in die hac ve-
nerūt in solitudinē sinai. Nā p̄fe
cti de raphidi ⁊ p̄ueniētes vsq; ī deserti sī
nai castrametati sunt ī eod̄ loco: ibiq; isrl̄
fixit tētoria e regiōe mōtis. Moyses aūt
ascēdit in mōtē ad deū. Vocauitq; eum
dñs de mōte. ⁊ ait: Hec dices domui ia
cob. ⁊ annūciabis filijs isrl̄. Vos ipsi vi-
distis q̄ fecerī egyptijs: quō portauerim
vos sup̄ alas aquilarū: ⁊ assumpserim mi
hi. Si g̃ audieritis vocē meā ⁊ custodie
ritis pactū meū. eritis mihi in peculiū
de cūctis populis. Mea est enim oīs ter
ra. ⁊ vos eritis mihi in regnū sacdotale

ꝛ gens ſancta. Hec ſunt verba que loq̃/
ris ad filios iſrael. Venit moyſes:ꝛ cõ/
uocatis maioribꝫ natu populi expoſuit
omnes ſmones q̃s mandauerat dñs.
Rñditq; omnis ꝑplus ſimul: Cũcta q̃
locut⁹ eſt dñs.faciem⁹ :Cũq; retuliſſet
moyſes verba populi ad dñm.ait ei dñs
Jam nũc veniã ad te in caligine nubis:
vt audiat me ꝑplus loquẽtem ad te.et
credat tibi in ꝑpetuũ. Nũciauit ḡ moy/
ſes verba populi ad dñm. Qui dixit ei:
Vade ad populũ:ꝛ ſanctifica illoſ hodie
ꝛ cras.lauentq; veſtimẽta ſua:ꝛ ſint pa/
rati in diẽ tertiũ . In die ei tertio deſcẽ/
det dñs coꝝ omni plebe ſup mõtẽ ſinai
Cõſtituesq; termios populo ꝑ circũitũ
ꝛ dices ad eos:Cauete ne aſcendatis in
mõtem:nec tãgatis fines illius.Qis q̃
tetigerit mõtem.morte morief. Jam⁹
nõ tãgent eũ ſed lapidibꝫ oppꝛimef.aut
cõfodief iacul. Siue iumẽtũ fuerit ſi/
ue hõ.nõ viuet.Cũ cepit clãgere bucci
na.tũc aſcẽdant in mõtem. Deſcẽditq;
moyſes de monte ad ꝑplm:ꝛ ſctificauit
eũ.Cunq; lauiſſentveſtimẽta ſua:ait ad
eos:Eſtote parati in diẽ tertiũ:ꝛ ne ap/
propinq̃tis vxoribꝫ vr̃is. Jãq; aduene/
rat terti⁹ dies ꝛ mane inclaruerat :ꝛ ec/
ce cepẽrt audiri tonitrua.ac micare ful/
gura:ꝛ nubes dẽſiſſima opꝛire montem.
Clãgorq; buccine vehemẽtius ꝑſtrepa/
bat.ꝛ timuit ꝑplꝰ qui erat in caſtr̃. Cũ/
q; eduriſſet eoſ moyſes in occurſum dei
de loco caſtroꝝ .ſtetẽrt ad radices mõt̃:
Totus aũt mõs ſinai fumabat.eo q⁹ de
ſcẽdiſſet dñs ſup eũ in igne: ꝛ aſcende/
ret fum⁹ er eo q̃ſi de fornace.Eratq; oĩs
mons terribilis:ꝛ ſonitus buccine pau
latim creſcebat in maius:ꝛ ꝓlixius ten
debaf.Moyſes loq̃baf :ꝛ dñs rñdebat
ei.Deſcenditq; dñs ſup montẽ ſinai in
ipſo montis vertice:ꝛ vocauit moyſen in
cacumẽ eius.Quo cũ aſcendiſſet .dixit
ad eum:Deſcende ꝛ cõteſtare ꝑplm :ne
forte velit trãſcendere terminos ad vi/
dẽdũ dñm:ꝛ ꝑeat er eis plurima multi
tudo. Sacerdoteſq; qui accedũt ad do
minũ ſctificenf ne ꝑcutiat eos.Dixitq;
moyſes ad dñm.Nõ poterit vulg⁹ aſcẽ/
dere in montem ſinai. Tu eni teſtifica/
tus es.ꝛ iuſſiſti dicẽs:Pone terminos
circa montem:ꝛ ſanctifica illuz.Cui ait
dominus: Vade descende :aſcẽdeſq; tu
ꝛ aaron tecum.Sacerdoteſ aũt ꝛ popu
lus nõ trãſeant terminos:nec aſcẽdant
ad dominũ:ne forte interficiet illos . De/
ſcenditq; moyſes ad populum:ꝛ omnia
narrauit eis.

XX

Locutuſq; eſt dñs cunctos ſer/
mones hos.Ego ſuz dñs deus
tuus.qui eduxi te de terra egy/
pti:de domo ſeruitutis.Nõ habebis de/
os alienos coꝝ me.Nõ facies tibi ſculp
tile:neq; oẽm ſimilitudinẽ q̃ eſt in celo
deſup:ꝛ que in terra deorſum: nec eorũ
que ſunt in aquis ſub terra.Nõ adorab
ea neq; coles.Ego ſum dñs deus tuus
fortis ẓelotes viſitãs iniquitatẽ patrũ
in filios.in tertiã ꝛ q̃rtam generationez
eoꝝ qui oderunt me:ꝛ faciẽs miſericordi
am in milia.his qui diligũt me ꝛ cuſto
diũt ꝓcepta mea.Non aſſumes nomen
dñi dei tui in vanũ.Nec enim hẽbit in/
ſontẽ dñs eũ:qui aſſumpſerit nomẽ do
mini dei ſui fruſtra.Memẽto vt diẽ ſab/
bati ſanctifices.Sex dieb⁹ operaberis: et
facies oĩa opa tua.Septimo autez die
ſabbatũ domini dei tui eſt.Nõ facies oẽ
opus in eo:tu ꝛ filius tuus ꝛ filia tua ſ/
uus tu⁹ ꝛ ancilla tua:iumẽtũ tuũ ꝛ ad/
uena:qui eſt intra portas tuas.Sex eniz
dieb⁹ fecit deus celũ ꝛ terrã ꝛ mare ꝛ oĩa
que in eis ſunt.ꝛ requeuit ĩ die ſeptimo.
Idcirco bñdirit dñs diei ſabbati.ꝛ ſan
ctificauit eũ.Honora patrẽ tuũ ꝛ mtez
tuã:vt ſis lõgeuus ſup terrã quaz dñs
deus tuus dabit tibi.Nõ occides.Non
mechaberis.Non furtum facies . Non
loquaris contra proximũ tuum falſum
teſtimonium.Non concupiſces domũ
proximi tui.Nec deſiderabis vxorez ei⁹:
non ſeruum.non ancillam.non bouem
non aſinum.nec omnia que illius ſunt
Cunctus autem populus videbat vo/
ces ꝛ lampades ꝛ ſonitum buccine. mõ
temq; fumantez:ꝛ perterriti ac pauore

concussi:steterunt procul. dicētes moy si. Loqre tu nobis ⁊ audiem⁹. Non loq⁹ tur nobis dñs:ne forte moriam̃. Et ait moyses ad pp̃lm. Nolite timere. Ut ei pbaret vos venit deus.⁊ vt terror illius esset in vobis:⁊ nō peccaretis. Stetitq; pp̃lus de longe:moyses aūt accessit ad ca⁹ liginez in q̃ erat deus. Dixitq; preterea dñs ad moysen:Hec dices filijs israel: Vos vidistis qꝝ de celo locut⁹ sim vob Nō facietis deos argēteos:nec deos au reos facietis vobis.Altare ō terra facie tis mihi ⁊ offeretis sup eo holocausta ⁊ pacifica vra.oues vras ⁊ bues in omni loco in quo memoria fuerit nois mei. Veniā ad te ⁊ benedicā tibi. Q̃ si altare lapideū feceris mihi: nō edificabis illō de sectis lapidib⁹. Si enī leuaueris cul trū sup eo.polluet. Non ascendes p gra dus ad altare meū:ne reuelet turpitu⁹ do tua

XXI

Hec sunt iudicia que ꝓpones eis
Si emeris seruū hebreū .ser an nis seruiet tibi:in septimo egre diet liber gītis. Cum q̃li veste intrauerit cum tali ereat. Si habens vxorē:⁊ vxor egrediet simul. Sinaūt dñs dederit il⁹ li vxorē.⁊ pepit filios ⁊ filias:mulier ⁊ li beri eius erūt dñi sui:ipse vero exibit cū vestitu suo. Q̃ si dixerit seruus: diligo dñm meū ⁊ vxorē ac liberos. nō egredi⁹ ar liber:offerat eū dñs dijs ⁊ applicabit ad ostiū ⁊ postes:pforabitq; aurē ei⁹ su⁹ bula.⁊ erit ei ꝑuus in seculū. Si quis vendiderit filiā suā in famulā.non egre diet sicut ancille exire ꝯsueuerunt. Si displicuerit oculis dñi sui cui tradita fuerit dimittet eā:populo aūt alienove dendi nō habebit potestatē.si spreuerit eā. Si aūt filio suo ꝺsponderit eā:iurta morē filiaꝝ faciet illi. Q̃ si alterā ei ac⁹ ceperit prouidebit puelle nuptias ⁊ ve⁹ stimēta:⁊ preciū pudicitie non negabit Si tria ista non fecerit:egrediet gratis absq; pecunia. Qui pcusserit hoīem vo⁹ lens occidere.morte moriat. Qui autē non est insidiatus.sed de⁹ illuz tradidit in manus ei⁹.ꝓstituā tibi locuz in q̃ fu⁹ gere debeat. Si quis p̃ industriā occide rit primū suū ⁊ p̃ insidias:ab altari meo euelles eū vt moriat. Qui pcusserit pa trē suū aut mātem:morte moriat. Qui maledixerit p̃ri suo vel mātri. morte mo⁹ riat. Qui furatus fuerit hoīem ⁊ vendi derit eū:conuictus nore.morte moriatur .Si rixati fuerint viri ⁊ percusserit alter primū suū lapide vel pugno. ⁊ ille mor tuus nō fuerit sed iacuerit in lectulo:si surrexerit ⁊ ambulauerit foris sup ba⁹ culū suū.innocēs erit qui pcusserit: ita tn̄ vt opas eius ⁊ impēsas in medicos restituat. Qui pcusserit ꝑuū suū vel an⁹ cillā vga:⁊ mortui fuerit in manib⁹ ei⁹ crimis reus erit. Si autem vno die vel duob⁹ supuixerit .nō sbiacebit pene:qz pecunia illi⁹ est. Si rixati fuerint viri ⁊ pcusserit q̃s mulierē pregnātē ⁊ aborti⁹ uū q̃dē fecerit:sed ipa vixerit:subiacebit dāno q̃ntuz marit⁹ mulieris experierit ⁊ arbitri iudicauerint. Si aūt mors ei⁹ fuerit subsecuta:reddet aīaz p aīa.ocu⁹ lū p oculo.dentē p dēte.manū pro ma⁹ nu.pedē pro pede. adustiōez p adustiōe vulnus p vulnere.liuorē p liuore. Si pcusserit quispiā oculū ꝑui sui aut ācil⁹ le ⁊ luscos eos fecerit:dimittet eos libe ros p oculo quē eruit. Dentem q̃z si ex cusserit ꝑuo vel ancille sue :similiter di⁹ mittet eos liberos. Si bos cornu pcus⁹ serit vir aut mulierē ⁊ mortui fuerint. lapidib⁹ obruet ⁊ nō comedent carnes eius:dñs q̃z bouis innocens erit. Q̃ si bos cornupeta fuerit ab hēri et nudiu⁹ stertius.⁊ ꝺtestati sunt dominum eius nec recluserit eū.occideritq; virum aut mulierem.⁊ bos lapidibus obruetur.⁊ dominū eius occidēt. Q̃ si preciū fue⁹ rit ei ip̃situ.dabit p aīa sua q̃cq̃d fuerit postulat⁹. Filiū q̃z ⁊ filiā si cornu pcusse rit simili sne subiacebit. Si ꝑuū ancil⁹ lāq; inuaserit:triginta siclos argenti do mino dabit:bos vo lapidib⁹ oppimet. Si quis apuerit cisternam ⁊ foderit.⁊ nō opuerit eam.ceciderit q; bos aut asi⁹ nus in eam:reddet dñs cisterne preciū iumēto⁹:qꝺ aūt mortuū est ipsius erit

Si bos alienus bouem alterius vulne
rauerit & ille mortuus fuerit:vēdent bo
uē viuū & diuident preciū:cadauer aūt
mortui inter se diſpartiēt. Si autē ſcie
bat q̄ bos cornupeta eſſet:ab hēri & nudi
ſtertius.& non cuſtodiuit eum dñs ſu
us reddet bouem pro boue et cadauer i
tegrum accipiet. XXII

Si quis furatus fuerit bouē aut
ouem.& occiderit vel vēdiderit
quinq̄ boues pro vno boue reſti
tuet.& q̄ttuor oues pro vna oue. Si ef
fringēs fur domū ſiue ſuffodiens fue
rit inuentus.& accepto vulnere mortu
us fuerit:p̄cuſſor non erit reus ſangui
nis. Q; ſi orto ſole hoc fecerit. homici
diū p̄petrauit & ipſe moriaſ. Si nō ha
buerit q̄d pro furto reddat ipſe vendūda
biſ. Si inuētū fuerit apud eū q̄d furta
tus eſt viuens ſiue bos ſiue aſinus ſiue
ouis.dupluz reſtituet. Si leſerit q̄ſpiā
agrum vel vineā & dimiſerit iumētum
ſuū vt depaſcaſ aliena:quicq̄d optimuz
habuerit in agro ſuo vel in vinea. p dā
ni eſtimatiōe reſtituet. Si egreſſ' ignis
inuenerit ſpicas & cōprehenderit acer
uos frugū ſiue ſtantes ſegetes in agris
reddet dānum qui ignē ſuccēderit. Si
quis cōmendauerit amico pecuniā aut
vaſ in cuſtodiā.& ab eo qui ſuſcepat fur
to ablata fuerint:ſi inueniſ fur dupluz
reddet. Si latet fur:dñs domus appli
cabiſ ad deos.& iurabit q̄ nō extenderit
manū in rem p̄rimi ſui ad p̄petrandum
fraudē.tam in boue q̄ in aſino & oue ac
veſtimēto.& quicquid dānū inferre pōt
Ad deos vtriuſq̄ cauſa perueniet:& ſi il
li iudicauerint:duplū reſtituet p̄rimo
ſuo. Si quis cōmēdauerit p̄rimo ſuo
bouē.aſinū.ouē.& omne iumētū ad cu
ſtodiā.& mortuū fuerit.aut debilitatuz
vel captū ab hoſtib'.nulluſq̄ hoc viderit
iuſiurādum erit in medio q̄ non exten
derit manū ad rez p̄rimi ſui: ſuſcipietq̄
dñs iuramētū & ille reddere non cogeſ.
Q; ſi furto ablatū fuerit reſtituet dam
nū dño. Si comeſtū a beſtia.deferat ad
eū q̄d occiſum eſt.& non reſtituet. Qui
a proximo ſuo quicq̄ hoꝛ mutuo poſtu
lauerit:& debilitatū aut mortuū fuerit
dño nō p̄ſte reddere cōpelliſ. Q; ſi in p̄
ſentiarū dñs fuerit:nō reſtituet: marie
ſi ꝺductuz venerat p̄ mercede op̄is ſui.
Si ſeduxerit q̄s v̄ginē necdū deſpōſa
tam.dormieritq̄ cū ea: dotabit eā & ha
bebit eā vxorē. Si p̄ virginis dare no
luerit:reddz pecuniā iuxta modū dotis
quā v̄gines accipe ꝺſueuerūt. Maleficos
nō patieris viuere. Qui coierit cū iumē
to.morte moriaſ. Qui īmolat dīs occi
deſ:p̄ter dño ſoli. Aduenam nō p̄triſta
bis:neq̄ affliges eum. Aduene enī & ip
ſi fuiſtis in terra egypti. Vidue & pupil
lo nō nocebitis. Si leſeritis eos:voce
rabūtur ad me.& ego audiā clamorē eo
rū & indignabiſ furor meus: p̄cutiamq̄
vos gladio.& erunt vxores veſtre vidue
& filij veſtri pupilli. Si pecuniā mutuā
dederis p̄pulo meo pauperi qui habitat
tecū:nō vrgebis eū q̄ſi exactor: nec vſu
ris opp̄imes. Si pignus a p̄rimo tuo
accepis veſtimētū:ante ſolis occaſum red
des ei. Ipſum enī eſt ſolū q̄ opitur īdu
mentū carnis eius:nec habet aliud in q̄
dormiat. Si clamauerit ad me exaudiā
eū.q; miſericors ſuz. Dīs nō detrahes
& p̄rincipi p̄pli tui non maledices. Deci
mas & p̄rimitias tuas nō tardabis offer
re. P̄rimogenitū filioꝝ tuoꝝ dabis mi
hi. De bobus q̄z & ouib' ſimiliter facies
Septē diebꝰ ſit cū matre ſua: die octa
ua reddes eum mihi. Viri ſancti eritis
mihi. Carnē q̄ a beſtijs fuerit p̄greſſa
ta.nō comedetis:ſed p̄jcietis canibus.

Non ſuſcipies vocem XXIII
mēdacij nec iūges manū tuam
vt p̄ impio dicas falſum teſti
monīū. Non ſequeris turbam ad faciē
dum malū:nec in iudicio plurimoꝝ ac
quieſces ſentētie.vt a vero dūies. Pau
peris q̄z nō miſereberis in iudicio. Si
occurreris bouī inimici tui.aut aſino er
ranti:reduc ad eum. Si videris aſinū
odientis te iacere ſub onere:nō p̄trāſib
ſed ſubleuabis cum eo. Nō declinabis
in iudiciuz pauperis. Mēdaciū fugies.

Insontem ⁊ iustum non occides: qꝛ ad
uersoꝛ impiuꝫ. Nec accipies munera q̄
etiam excecant prudentes. ⁊ subuertūt
verba iustoꝛū. Peregrino molestus nō
eris. Scitis eī aduenarū aīas: qꝛ ⁊ ipsi
ꝑegrini fuistis in terra egypti. Sex an
nis seminab̄ terrā tuā. ⁊ cōgregabis fru
ges eius. Anno autē septimo dimittes
eam ⁊ requiescere facies: vt comedant
pauperes ꝓpl'i tui. ⁊ quicq̄d reliquuꝫ fue
rit. edant bestie agri. Ita facies in vinea
⁊ in oliueto tuo. Sex diebꝫ oꝑabet̄: sep
tima die cessabis vt req̄escat bos ⁊ asinꝰ
tuus. ⁊ refrigeret̄ filius ancille tue ⁊ ad
uena Omnia que dixi vob̄ custodite: et
per nomen externoꝝ deoꝝ non iurabit̄:
neqꝫ audiet̄ ex ore vestro. Tribꝫ vicibꝫ ꝑ
singulos annos mihi festa celebrabitis
Sollennitatem q̄ꝫ açymoꝝ custodies.
Septem diebꝫ comedetis açyma sicut
precepi tibi tp̄e mēsis nouoꝝ: qn̄ egres
sus es de egypto. Nō apparebis in ꝯspe
ctu meo vacuus. Et solennitatē mēsis
primitiuoꝝ oꝑis tui quecūqꝫ seminaue
ris in agro: solennitatē q̄ꝫ in exitu anni
qn̄ ꝯgregauer̄ oēs fruges tuas de agro
Ter in āno apparebit omne masculinū
tuū corā dn̄o deo tuo. Non immolabis
suꝑ fermēto sanguinē victime tue: nec
remanebit adeps sollēnitatis mee vsqꝫ
mane. Primitias frugū terre tue defe
res in domū dn̄i dei tui. Non coques he
dum ī lacte matris sue. Ecce ego mittā
angelū meū q̄ precedat te ⁊ custodiat in
via et introducat in locū quē p̄paraui.
Obserua eum ⁊ audi vocē eius: nec cō
tēnendū putes: qꝛ nō dimittet cū pecca
ueris. ⁊ ē nomē meū in illo. Q̄ si audie
ris vocē eiꝰ. ⁊ feceris oīa que loq̄ꝛ. inimi
cus ero inimicis tuis. ⁊ affligā affligen
tes te. Precedetqꝫ te angelus meꝰ ⁊ in
troducet te ad amorreū ⁊ etheū ⁊ phere
çeū chananeūqꝫ ⁊ eueū ⁊ iebuseū: quos
ego ꝯteraꝫ. Non adorab̄ deos eoꝝ: neqꝫ
coles. eos. Nō facies oꝑa eoꝝ: sꝫ d̄strues
eos. ⁊ ꝯfrīges statuas eoꝝ. Seruietisqꝫ
dn̄o deo vestro vt benedicā panibꝫ tuis
⁊ aquis. ⁊ auferaꝫ infirmitatē de medio
tui. Non erit infecunda nec sterilis ter
ra tua. Numerū dierū tuoruꝫ implebo.
Terrorem meum mittā in precursum
tuum. ⁊ occidā omnem populū ad quē
ingredieris. Cunctoꝛūqꝫ inimicoꝝ tuo
rum coram te terga vertā: emittēs scra
brones prius qui fugabūt eueū ⁊ chana
neū ⁊ etheū anteq̄ꝫ introeas. Non eijci
am eos a facie tua anno vno. ne terra in
solitudinē redigat̄. ⁊ crescant contra te
bestie. Paulatim expellam eos de cōspe
ctu tuo: donec augearis ⁊ possideas ter
ram. Ponā aūt terminos tuos a mari
rubro. vsqꝫ ad mare palestinoꝝ. ⁊ a d̄ser
to vsqꝫ ad fluuiū. Tradā in manibꝫ ve
stris habitatores terre. ⁊ eijciam eos de
conspectu vestro. Non inibis cuꝫ eis fe
dus. nec cum dijs eoꝝ. Non habitēt in
terra tua: ne forte peccare te faciāt ī me
si seruieris dijs eorum. quod tibi certe
erit in scandalum. XXIIII

Moysi q̄ꝫ dixit: Ascende ad domi
num tu ⁊ aaron. nadab ⁊ abiu
⁊ septuaginta senes ex israel. et
adorabitis ꝓcul. Solusqꝫ moyses ascē
det ad dn̄m. ⁊ illi nō appropinq̄būt: nec
ꝓpl'us ascendet cū eo. Venit ergo moy
ses ⁊ narrauit plebi oīa verba dn̄i atꝫ iu
dicia. Responditqꝫ oīs ꝓpl'us vna voce:
Oīa verba dn̄i que locutus est. faciemꝰ
Scripsit aūt moyses vniuersos sermo
nes dn̄i. ⁊ mane ꝯsurgens edificauit al
tare dn̄o ad radices montis ⁊ duodecī
titulos ꝑ duodecim tribꝫ isrl'. Misitqꝫ
iuuenes de filijs isrl'. ⁊ obtulerunt holo
causta. immolauerūtqꝫ victimas pacifi
cas dn̄o vitulos duodecim. Tulit itaqꝫ
moyses dimidiā ꝑtem sanguinis ⁊ mi
sit in crateras. ꝑtem aūt residuaꝫ fudit
super altare. Assumensqꝫ volumen fede
ris legit audiente populo. Qui dixerūt
Omnia que locutus est dominus facie
mus. ⁊ erimus obedientes. Ille vero
sumptum sanguineꝫ respersit in popu
lum. Et ait: Hic est sanguis federis q̄d
pepigit dominus vobiscum super cun
ctis sermonibꝫ his. Ascenderūtqꝫ moy
ses ⁊ aaron. nadab ⁊ abiu ⁊ septuaginta

de senioribꝫ israel ⁊ viderũt deuꝫ israel.
Sub pedibꝫ eius q̃si opus lapidis sapphyrini. ⁊ q̃si celũ cũ serenũ est. Necnon sup eos qui p̃cul recesserãt de filijs isrl̃. misit manũ suam. Uiderũtq; deũ ⁊ comederũt ac biberũt. Dixit aut̃ dñs ad moysen: Ascende ad me in mõtez ⁊ esto ibi: dabꝫq; tibi tabulas lapideas ⁊ legez ac mandata que scripsi. vt doceas filios isrl̃. Surrexerũt moyses ⁊ iosue minister eius: ascendensq; moyses in montẽ dei. senioribꝫ ait: Expectate hic donec reuertam̃ ad vos. Habetis aarõ ⁊ hur vobiscum: si quid natum fuerit questiõis referetis ad eos. Cũq; ascendisset moyses. operuit nubes mõtem. ⁊ habitauit gl̃ia dñi sup̃ sinai tegens illuz nube sex dieb. Septimo aũt die vocauit eũ dominus de medio caliginis. Erat aũt species glorie dñi quasi ignis ardẽs super verticem mõtis: in ꝯspectu filioꝝ israel. Ingressusq; moyses medium nebule. ascẽdit in montem. ⁊ fuit ibi q̃draginta dieb ⁊ q̃draginta noctib.

XXV

Locutusq; ẽ dñs ad moysen dicens: Loq̃re filijs isrl̃ vt tollãt mihi primitias. Ab omni hoie qui offert vltroneꝰ accipietis eas. Hec sunt aũt q̃ accipere debetis. Aurũ ⁊ argẽtum ⁊ es ⁊ hyacinthũ ⁊ purpurã. coccũq; bis tinctũ ⁊ byssum ⁊ pilos caprarum ⁊ pelles arietũ rubricatas. pelles q; hyacinthinas ⁊ ligna sethim: oleũ ad luminaria cõcinnãda. aromata in vnguentum ⁊ thymiamata boni odoris: lapides onychinos ⁊ gẽmas ad ornãdum ephot ⁊ rationale. Faciẽtq; mihi sanctuariũ ⁊ habitabo i medio eoꝝ. iuxta oẽm similitudinẽ tabernaculi q̃ ostẽdam tibi. ⁊ omniũ vasoꝝ in cultũ eius. Sicq; facietis illud. Arcam de lignis sethim ꝯpingite: cuiꝰ longitudo habeat duos ⁊ semis cubitos: latitudo cubitũ ⁊ dimidiũ: altitudo cubitũ similiter ac semissem. ⁊ deaurabis eã auro mũdissimo intus ⁊ foris. Facies q; sup̃ coronã aureã p̃ circuitum. ⁊ quattuor circulos aureos. quos pones per quattuor arce angulos. Duo circuli sint in latere vno ⁊ duo in altero Facies q̃ vectes de lignis sethim. ⁊ operies eos auro. Inducesq; p̃ circulos q̃ sunt in arce lateribꝫ. vt portetur in eis. Qui semp̃ erũt in circulis: nec vnq; extrahent̃ ab eis. Ponesq; in arca testificationem quã dabo tibi. Facies ⁊ p̃pitiatoriũ de auro mũdissimo. Duos cubitos ⁊ dimidiũ tenebit longitudo eius. ⁊ cubitũ ac semissez latitudo. Duos quoq; cherubin aureos ⁊ productiles facies ex vtraq; parte oraculi. Cherub vnus sit i latere vno. ⁊ alter in altero. Utrũq; latus p̃pitiatorij tegant expandẽtes alas ⁊ operientes oraculũ: respiciantq; se mutuo versis vultibꝫ in p̃pitiatoriuz q̃ operienda est arca in q̃ pones testimonium q̃ dabo tibi. Inde precipiã ⁊ loq̃r ad te sup̃ p̃pitiatorium. ſ. ac de medio duoꝝ cherubin qui erunt sup̃ arcã testimonij cuncta q̃ mandabo per te filijs israel. Facies ⁊ mensam de lignis sethim habentem duos cubitos longitudinis ⁊ in latitudine cubitũ ⁊ in altitudine cubituz ac semissem: ⁊ inaurabis eã auro purissimo. Facieq; illi labiũ aureũ per circuitũ: ⁊ ipsi labio coronã interrasilem altã q̃ttuor digitoꝝ. ⁊ super illã alterã coronaz aureolaz. Quattuor q̃z circulos aureos preparabis. ⁊ pones eos in q̃ttuor angulis eiusdem mẽse per singulos pedes Subter coronam erũt circuli aurei vt mittant̃ vectes p̃ eos: ⁊ possit mensa portari. Ipsos q̃z vectes facies de lignis sethim ⁊ circundabis auro ad subuehendã mensaz. parabis ⁊ acetabula ac phialas thuribula ⁊ cyathos in quibꝫ offerẽda sunt libamina ex auro purissimo: et pones supra mensam panes p̃positiõis in conspectu meo semper. Facies ⁊ candelabrũ ductile de auro mũdissimo hastile eius ⁊ calamos. cyphos ⁊ sphærulas ac lilia ex ipso procedentia. Per calami egredientur de lateribus. tres ex vno latere: ⁊ tres ex altero. Tres cyphi quasi i nucis modum per calamos singulos: sphæruleq; simul. ⁊ lilia. ⁊ tres similiter cyphi istar nucis in calamo altero: sphæ-

ruleq̃ simul ⁊ lilia. Hoc erit op⁹ sex calamoꝝ: qui ꝓducẽdi sunt de hastili. In ipso aũt candelabro erunt quattuor cyphi in nucis modũ: spheruleq̃ ꝑ singulos ⁊ lilia. Spherule sb̃ duob⁹ calamis per tria loca. qui simul sex fiunt ꝓcedentes de hastili vno. Et spherule igit̃ ⁊ calami ex ipso: erunt vniuersa ductilia ex auro purissimo. Facies ⁊ lucernas septem: ⁊ pones eas sup̃ candelabrũ vt luceant ex aduerso. Emũctoria q̃z ⁊ vbi ea que emuncta sunt extinguãtur: fiant d̃ auro purissimo. Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis habebit talẽtũ auri purissimi. Inspice ⁊ fac ſm exemplar qd̃ tibi in mõte mõstratũ est.

Tabernaculum v̄o ita facies. Decez cortinas de bysso retorta ⁊ hyacintho ac purpura coccoq̃ bis tincto variatas op̃e plumario facies. Longitudo cortine vnius habebit vigintiocto cubitos: latitudo q̃ttuor cubitoꝝ erit. Vnius mẽsure fient vniuersa tentoria. Quinq̃ cortine sibi iũgent̃ mutuo: ⁊ alie quinq̃ nexu simili coherebunt. Ansulas hyacinthinas ĩ lateribꝫ ac summitatibꝫ facies cortinaꝝ. vt possint inuicem copulari. Quinq̃genas ãsulas cortina habebit in vtraq̃ ꝑte. ita insertas. vt ansa ꝯtra ansam veniat: ⁊ altera alteri possit aptari. Facies et quinq̃ginta circulos aureos quibꝫ cortinarũ vela iungenda sunt vt vnũ tabernaculũ fiat. Facies ⁊ saga cilicina vndecim. ad op̃iendũ tectũ tabernaculi. Longitudo sagi vni⁹ habebit triginta cubitos ⁊ latitudo q̃ttuor. Equa erit mẽsura sagoꝝ oĩm. E quibꝫ quinq̃ iũges seorsuz ⁊ sex sibi mutuo copulabis. ita vt sextũ sagũ in fronte tecti duplices. Facies ⁊ quinq̃ginta ansas in ora sagi vni⁹ vt ꝯiungi cũ altero queãt. ⁊ quinq̃ginta ansas in ora sagi alterius vt cum altero copuletur. Facies ⁊ quinquaginta fibulas eneas quibus iũgantur anse: vt vnũ ex omnibꝫ op̃imentũ fiat. Qd̃ aũt sup̃fuerit in sagis que parãtur tecto. i. vnũ sagũ qd̃ amplius est: ex medietate eius op̃ies tabernaculi posteriora. ⁊ cubit⁹ ex vna ꝑte pendebit. ⁊ alter ⁊ altera qui plus est in sagoꝝ lõgitudĩe. vtrũq̃ latus tabernaculi ꝓtegens. Facies ⁊ operimẽtũ aliud tecto de pellibꝫ arietuz rubricatis ⁊ sup̃ hoc rursum alid̃ op̃imẽtũ de hyacinthinis pellibꝫ. Facies et tabulas stantes tabernaculi d̃ lignis sethim que singule denos cubitos in lõgitudine habeãt. ⁊ in latitudine singulos ac semissez. In lateribꝫ tabule due incastrature fiẽt quibꝫ tabula alteri tabule connectat̃. Atq̃ in hũc modũ cũcte tabule parabũt̃. Quarũ viginti erũt in latere meridiano qd̃ vergit ad austrũ: quibꝫ q̃draginta bases argenteas fundes: vt bine bases singulis tabulis ꝑ duos angulos subijciant̃. In latere q̃z secũdo tabernaculi qd̃ vergit ad aquilonẽ. viginti tabule erũt: q̃draginta hñtes bases argẽteas: Bine bases singul̃ tabulis supponẽtur. Ad occidẽtalẽ v̄o plagaz tabernaculi facies sex tabulas. ⁊ rursuz alias duas que in angulis erigant̃ post tergũ tabernaculi. Erũtq̃ sibi ꝯiuncte a deorsuz vsq̃ ad sursuz. ⁊ vna oẽs cõpago retinebit. Duabꝫ q̃z tabulis que in angul̃ ponẽde sunt: similis iũctura seruabit̃. Et erũt simul tabule octo: bases eaꝝ argẽtee sedecim. duabꝫ basibꝫ ꝑ vnã tabulaz supputatis. Facies ⁊ vectes de lignis sethim quĩq̃. ad ꝯtinẽdas tabulas ĩ vno latere tabnaculi. ⁊ q̃nq̃ alios in altero. ⁊ eiusdez numeri ad occidentalẽ plagaz qui mittent̃ per medias tabulas a summo vsq̃ ad summuz. Ip̃as q̃z tabulas deaurab̃. ⁊ fundes in eis annulos aureos ꝑ q̃s vectes tabulata ꝯtineãt. q̃s op̃ies laminis aureis. Et eriges tabnaculũ iurta exẽplar qd̃ tibi in mõte mõstratũ est. Facies ⁊ velũ de hyacintho ⁊ purpura. coccoq̃ bis tincto ⁊ bysso retorta opere plumario. ⁊ pulcra varietate contextum: quod appendes ante quattuor colũnas de lignis sethim que ipse quidem deaurate erunt. ⁊ habebunt capita aurea: ⁊ bases argẽteas. Inseretur aũt velum ꝑ circulos: intra qd̃ pones arcaz

testimonij:quo ⁊ sanctuariū ⁊ sanctua/
rij sanctuaria diuidētur.Pones ⁊ ꝓpi/
tiatoriū sup arā testimonij ī sancta san/
ctoꝝ:mensamqꝫ extra velū.⁊ contra mē
sam cādelabrū in latere tabernaculi me
ridiano.Mensa enī stabit in ꝑte aquilo
nis.Facies ⁊ tentorium in introitu ta/
bernaculi de hyacintho ⁊ purpura cocco
qꝫ bis tincto ⁊ byssо retorta opere plu/
mario.⁊ q̄nqꝫ colūnas deaurabis ligno
rū sethim.ante q̄s ducet tentoriū.qua/
rū erūt capita aurea ⁊ bases enee.

FAcies ⁊ altare de lignis sethim qđ hēbit q̄nqꝫ cu
bitos in lōgitudine.⁊ totidē in
latitudine.i.q̄drū ⁊ tres cubitos in alti
tudine.Cornua autē ꝑ q̄ttuor angulos
ex ipso erūt.⁊ operies illud ere.Facieſqꝫ
in vsus eius lebetes ad suscipiendos ci
neres ⁊ forcipes atꝫ fuscinulas.⁊ igniuꝫ
receptacula.Oīa vasa ex ere fabricabis
Craticulāqꝫ in modū retis eneā:ꝑ cui?
q̄ttuor āgulos erūt q̄ttuor āguli enei q̄s
pones subter arulā altaris.Eritqꝫ crati
cula vsqꝫ ad altaris mediū.Facies ⁊ ve/
ctes altaris de lignis sethī duos q̄s ope
ries laminis eneis ⁊ induces ꝑ circuluꝫ
erūtqꝫ ex vtroqꝫ latere altaris ad portā/
dū.Non solidū sed inane ⁊ cauū intrī/
secus facies illud:sicut tibi in mōte mō
stratū est.Facies ⁊ atriū tabernaculi:ī cu/
ius australi plaga ꝓtra meridiem erunt
tentoria de byssо retorta. Centum cubi
tos vnū latus tenebit in lōgitudine.et
colūnas viginti cum basibꝰ totideꝫ ene
is:q̄ capita cū celaturis suis hēbunt ar
gētea.Similiter ⁊ in latere aq̄lonis ꝑ
lōgum erunt tētoria centū cubitorū co
lūne viginti. ⁊ bases enei eiusdē nume
ri:⁊ capita earū cū celaturis suis argen
tea.In latitudine vero atrij quod respi
cit ad occidentē erūt tentoria ꝑ quinq̄/
ginta cubitos.⁊ columne decē. baseſqꝫ
totidem.In ea q̄ꝫ atrij latitudīe que re
spicit ad orientē quinq̄ginta cubiti erūt.
in quibus quindecim cubitorum tēto/
ria lateri vno deputabuntur.colūneqꝫ
tres ⁊ bases totidem.⁊ in latere altero

XXVII

erunt tentoria cubitos obtinentia qui/
decim.columneqꝫ tres.⁊ bases totideꝫ.
In introitu vero atrij fiet tentoriuꝫ cu
bitoruꝫ viginti ex hyacintho ⁊ purpua.
coccoqꝫ bis tincto ⁊ byssо retorta opere
plumario.Colūnas hēbit quattuor cū
basibꝰ totidem.Omnes colūne atrij ꝑ
circūitum vestite erūt argenteis lamis:
capitibꝰ argenteis ⁊ basibꝰ eneis.In lō
gitudine occupabit atriū cubitos cētuꝫ
in latitudīe quinq̄ginta :altitudo q̄nqꝫ
cubitoꝝ erit .Fietqꝫ de byssо retorta: et
habebit bases eneas. Cūcta vasa taber/
naculi in oēs vsus ⁊ cerimonias tā par
illos eius q̄ꝫ atrij ex ere facietis. Præci/
pe filijs israel vt afferant tibi oleū de ar
boribꝰ oliuarū purissimū.piloqꝫ ꝓtusuꝫ
vt ardeat lucerna semꝑ in tabernaculo
testimonij extra veluꝫ qđ oppansum est
testimonio.⁊ collocabūt eā aaron ⁊ filij
eius ⁊ vsqꝫ mane luceat corā dño. Per
petuus erit cultus per successiones eo/
rum corā filijs israel.

XXVIII

APplica q̄ꝫ ad te aaron fratrē tu
um cū filijs suis de medio filio/
rum isrl.vt sacerdotio fungan
tur mihi.aaron.nadab.⁊ abiu.eleaçar ⁊
ythamar:facieſqꝫ vestē sanctā aaron fra
tri tuo in gloriā ⁊ decorem. Et loq̄ris cū
ctis sapientibꝰ corde q̄s repleui spiritu
prudentie:vt faciant vestes aaron fratri
tuo in gloriā ⁊ decorem:in quibꝰ sancti/
ficatus ministret mihi. Hec aūt erūt ve
stimenta que facient.Rōnale ⁊ suphūe
rale:tunicā ⁊ lineā strictā.cydarim ⁊ bal
theū.Facient fratri tuo aarō ⁊ filijs ei⁹
vestimenta sancta:vt sacerdotio fungā
tur mihi.Accipientqꝫ aurum ⁊ hyacin/
thum ⁊ purpuram.coccūqꝫ bis tinctuꝫ
⁊ byssum.Facient autē superhumerale
de auro ⁊ hyacintho ⁊ purpura. coccoqꝫ
bis tincto ⁊ byssо retorta ope polymito
Duas oras iunctas habebit in vtroqꝫ la
tere summitatū:vt in vnuꝫ redeāt.Ip
sa q̄ꝫ textura ⁊ cūcta operis varietas erit
ex auro.⁊ hyacintho ⁊ purpura: coccoqꝫ
bis tīcto ⁊ byssо retorta. Sumeſqꝫ du/
os lapides onychinos.⁊ sculpes in eis

nomina filioꝝ israel sex nomīa in lapide vno. ⁊ sex reliq̄ in altero iuxta ordinē natiuitatis eoꝝ. Ope sculptoris ⁊ celatura gemmarij. sculpes eos noībꝫ filiorum isrl'. inclusos auro atq̄ circūdatos: ⁊ pones in vtroq̄ latere suphumeralis. memoriale filijs isrl'. Portabitq̄ aarō nomina eoꝝ corā dño supvtrūq̄ humerū ob recordatiōem. Facies ⁊ vncinos ex auro. ⁊ duas catenulas auri purissimi sibi inuicē coherētes. quas inseres vncinis. Rationale quoq̄ iudicij facies ope polymito iuxta texturā superhumeralis ex auro hyacītho ⁊ purpura. coccoq̄ bis tincto ⁊ bysso retorta. Quadrangulum erit ⁊ duplex. Mensuram palmi habebit. tam in longitudine q̄ in latitudine ponesq̄ in eo quattuor ordines lapidū. In primo versu erit lapis sardius ⁊ topaçius ⁊ smaragdus. In secundo carbunculus ⁊ sapphyrus ⁊ iaspis. In tertio ligurius achates ⁊ amethistus. In quarto chrysolitus onychinus ⁊ beryllus. Inclusi auro erunt ꝑ ordīes suos: habebuntq̄ nomina filioꝝ isrl'. Duodecim nominibꝫ celabuntur. singuli lapides nominibꝫ singuloꝝ ꝑ duodecim tribus. Facies in rationali catenas sibi inuicem coherentes ex auro purissimo. et duos ānulos aureos q̄s pones in vtraq̄ rōnalis summitate: catenasq̄ aureas iunges annulis qui sunt in marginibꝫ eius. ⁊ ipsarū catenarum extrema duobꝫ copulabis vncinis in vtroq̄ latere suphumeralis quod rationale respicit. Facies ⁊ duos annulos aureos q̄s pones in summitatibꝫ rationalis. ⁊ ī oris que e regiōe sunt suphumeralis ⁊ posteriora eius aspiciunt. necnon ⁊ alios duos annulos aureos qui ponēdi sunt ī vtroq̄ latere suphumeralis deorsum. quod respicit ꝯtra faciē iuncture inferioris vt aptari possit cum suphumerali. ⁊ stringat' rationale annulis suis cum annul' suphūeralis. vitta hyacinthina vt maneat iunctura fabrefacta. ⁊ a se inuicem rationale ⁊ suphumerale nequeant separari. Portabitq̄ aaron nomina filiorum israel in rationali iudicij sup pect' suū qñ ingredieť sanctuariū memoriale corā dño in eternū. Pones aūt in rationali iudicij doctrinā ⁊ veritatē q̄ erūt in pectore aarō qñ ingredieť corā dño. ⁊ gestabit iudicium filioꝝ isrl' in pectore suo in ꝯspectu dñi semp. Facies ⁊ tunicā suphumeralis totā hyacinthinā. in cuius medio sup̄ erit capitium et ora per gyrum eius textilis: sicut fieri solet in extremis vestiū ꝑtibꝫ ne facile rūpantur. Deorsum vo ad pedes eiusdē tunice per circūitum quasi malapunica facies ex hyacītho ⁊ purpura ⁊ cocco bis tīcto ⁊ bysso retorta: mixtis in medio tintinnabulis: ita vt tintinnabulū sit aureum ⁊ malūpunicū. rursumq̄ tintinnabulū aliud aureū ⁊ malūpunicū. Et vestieť ea aaron in officio ministerij vt audiať sonitus qñ ingrediť ⁊ egrediť sanctuariū in ꝯspectu domini. ⁊ nō moriať Facies ⁊ laminam de auro purissimo: ī qua sculpes ope celatoris sanctū domīo Ligabisq̄ eā vitta hyacinthina ⁊ erit super thyaram īminens fronti pontificis Portabitq̄ aarō iniq̄tates eoꝝ q̄ obtulerūt ⁊ sanctificauerūt filij isrl': in cūctis muneribꝫ ⁊ donarijs suis. Erit autē lamina semp in fronte eius vt placat' sit ei dñs. Stringesq̄ tunicā bysso ⁊ thyaram byssinā facies ⁊ baltheū ope plumarij. Porro filijs aarō tunicas lineas parabis ⁊ baltheos ac thyaras in gloriā et decorez: vestiesq̄ his omnibꝫ aaron fratrem tuū ⁊ filios eius cum eo. ⁊ cunctorum cōsecrabis manus: sanctificabisq̄ illos vt sacerdotio fungātur mihi. Facies ⁊ femīalia linea vt opiāt carnē turpitudinis sue. a renibꝫ vsq̄ ad femora: ⁊ vtētur eis aarō ⁊ filij eius qñ ingredienť tabernaculum testimonij. vel qñ appropinq̄nt ad altare vt ministrēt in sanctuario: ne iniquitatis rei moriant'. Legittimum sempiternum erit aaron ⁊ semini eius post eum.

XXIX

Sed ⁊ h̄ facies vt mihi in sacerdotio ꝯsecrenť. Tolle vitulū de armēto ⁊ arietes duos īmacu-

latos: panesq; açymos ⁊ crustulaz absq; fermento. q̄ ꝯspersa sint oleo. lagana q̄z açyma: oleo lita. De simila triticea cuncta facies. ⁊ posita ī canistro offeres: vitulū aūt ⁊ duos arietes. ⁊ aaron ac filios eius applicabis ad ostiū tabnaculi testimonij. Cūq; lauer̄ p̄rez cū filijs suis aqua indues aaron vestimentis suis. i. linea ⁊ tunica ⁊ sup̄hūerali ⁊ rōnali qd̄ ꝯstrīges baltheo. ⁊ pones thyarā in capite eius ⁊ laminā sctām sup̄ thyarā. ⁊ oleum vnctiōis fundes sup̄ caput ei⁹: atq; hoc ritu ꝯsecrabit̄. Filios q̄z illius applicabis ⁊ indues tunicis lineis. cingesq; baltheo. aaron. s. ⁊ liberos eius. ⁊ impones eis mitras erūtq; sacerdotes mihi religione p̄petua. Postq̄ initiauer̄ manus eoꝝ: applicab̄ ⁊ vitulū coram tabernaculo testimonij. Imponentq; aaron ⁊ filij eius man⁹ sup̄ caput illius. ⁊ mactabis eum in ꝯspectu dñi. iuxta ostiuz tabnaculi testimonij: sumptūq; de sanguine vituli. pones sup̄ cornua altaris digito tuo: reliquū āt sanguinē fundes iuxta basim eius. Sumes ⁊ adipem totū qui op̄it intestina ⁊ reticuluz iecoris ac duos renes. ⁊ adipem qui sup̄ eos est ⁊ offeres incensuz sup̄ altare: carnes v̄o vituli ⁊ coriū ⁊ fimū cōbures foris extra castra: eo q̄ p̄ pctō sit. Unū q̄z arietem sumes sup̄ cuius caput ponēt aaron et filij eius manus. quē cū mactauer̄. tolles de sanguine eius. ⁊ fundes circa altare: ip̄m aūt arietē secabis in frusta: lotaq; intestina eius ⁊ pedes pones super concisas carnes ⁊ sup̄ caput illius. ⁊ offeres totū arietē in incēsum sup̄ altare. Oblatio est dño odor suauissimus victime dñi. Tolles q̄z arietē alterum. super cuius caput aaron ⁊ filij eius ponēt manus. Quē cum īmolaueris. sumes de sanguine eius. ⁊ pones sup̄ extremū auricule dextre aaron ⁊ filioꝝ eius. ⁊ super pollices manus eoꝝ ac pedis dextri. fundesq; sanguinem sup̄ altare. p̄ circūitum. Cūq; tuleris de sanguine: qui est super altare. ⁊ de oleo vnctionis asp̄ges aaron ⁊ vestes eius. filios ⁊ vestimenta eoꝝ. Consecratisq; ipsis ⁊ vestib⁹ tolles adipem de ariete. ⁊ caudam. ⁊ aruinaz q̄ op̄it vitalia. ac reticuluz iecoris ⁊ duos renes atq; adipem qui sup̄ eos ē. armūq; dextrū eo q̄ sit aries ꝯsecratiōis: tortamq; panis vni⁹. crustulā ꝯspersaz oleo laganū de canistro açymoꝝ qd̄ positum est in ꝯspectu dñi. ponesq; oīa sup̄ man⁹ aaron ⁊ filioꝝ eius ⁊ sanctificabis eos: eleuās corā domino. Suscipiesq; vniūsa de manib⁹ eoꝝ. ⁊ incendes sup̄ altare in holocaustū. odorem suauissimum in conspectu dñi. q̄r oblatio eius est. Sumes q̄z pectusculū de ariete q̄ initiatus est aaron. sanctificabisq; illud eleuatuz corā domino. ⁊ cedet in p̄tē suam. Sanctificabisq; ⁊ pectusculū ꝯsecratum ⁊ armū quē de ariete sep̄asti. q̄ initiatus est aarō ⁊ filij eius: cedentq; in p̄tez aaron ⁊ filioꝝ eius iure perpetuo a filijs isrl̄: q̄r primitiua sunt ⁊ initia de victimis eoꝝ pacificis q̄ offerūt dño. Vestē aūt sctāz qua vtet̄ aaron. habebūt filij ei⁹ post eū vt vngātur in ea. ⁊ ꝯsecrent̄ manus eorum. Septem dieb⁹ vtet̄ illa qui pontifex p̄ eo fuerit ꝯstitutus de filijs eius. ⁊ qui ingredie t̄ tabernaculuz testimonij vt ministret in sanctuario. Arietē autē cōsecratiōis tolles. ⁊ coques carnes ei⁹ in loco sancto: quib⁹ vescet̄ aaron ⁊ filij eius. Panes q̄z qui sunt in canistro. in vestibulo tabernaculi testimonij comedēt. vt sit placabile sacrificiū. ⁊ sctīficentur offerētiū manus. Alienigena nō vescet̄ ex eis: q̄r sancti sunt. Q̄ si remāserit de carnib⁹ ꝯsecratis siue de panib⁹ vsq; mane: cōbures reliquias igni. Non cōmedent̄: q̄r sctīficata sunt. Oīa q̄ precepi tibi facies sup̄ aarō ⁊ filijs ei⁹. Septem dieb⁹ ꝯsecrabis manus eoꝝ. ⁊ vitulum p̄ pctō offeres p̄ singulos dies ad expiādum. Mundabisq; altare cū īmolaueris expiatiōis hostiā ⁊ vngues illud in sctīficatiōem. Septem dieb⁹ expiab̄ altare ⁊ sctīficab̄. ⁊ erit sctm̄ sctōꝝ. Oīs qui tetigerit illud. sanctificabitur. Hoc est quod facies in altari. Agnos agniculos duos p̄ singulos dies iugiter. vnū

agnū mane ⁊ alterū vespere. decimā ptē
simile ofperse oleo tuso: quod hēat mē
suraꝫ q̄rtam ptem hin. ⁊ vinū ad libādū
eiusdem mēsure in agno vno. Alteruꝫ
vo agnū offeres ad vesperā iuxta ritum
matutine oblationis: iuxta ea que diri
mus in odorē suauitatis. Sacrificiuꝫ ē
domino deo oblatiōe ꝑpetua in genera
tiones vestras. ad ostiū tabnaculi testi
monij coꝝ dño: vbi ostit uaꝫ vt loq̄r ad
te. Ibiq̄ precipiā filijs israel. ⁊ sanctifi
cabit altare in gloria mea. Sanctifica
bo ⁊ tabernaculū testimonij cum altari
⁊ aaron cū filijs suis: vt sacerdotio fun
gāt mi. Et hītabo ī medio filioꝝ isrl. ero
q̄ eis de⁹. ⁊ sciēt qꝝ ego dns de⁹ eoꝝ. qui
eduri eos de tra egypti. vt manerez int
illos: ego dns deus ipoꝝ

XXX

Facies q̄ꝫ altare ad adolendum
thymiama de lignis sethim: ha
bens cubitū lōgitudinis ⁊ alte
rū latitudinis. i. q̄drāgulum. ⁊ duos cu
bitos in altitudine. Cornua ex ipso pro
cedent: vestieq̄ illō auro purissimo taꝫ
craticulā eius q̄ꝫ parietes ꝑ circūituꝫ ⁊
cornua. Facieq̄ ei coronā aureolam ꝑ
gyrū. ⁊ duos annulos aureos sub coro
na per singula latera: vt mittātur in eos
vectes ⁊ altare portet. Ipsos q̄ꝫ vectes
facies de lignis sethim ⁊ inaurab. Po
neq̄ altare contra velū qđ añ arcā pendz
testimonij. coraꝫ ꝓpitiatorio q̄ tegit testi
moniū. vbi loq̄r tibi: ⁊ adolebit incēsuꝫ
super eo aarō. suaue fragrās. Mane q̄n
cōponet lucernas incendet illud ⁊ quā
do collocat eas ad vesperū vret thymia
ma sempiternū coraꝫ dño in generatio
nes vras. Non offeretis sup eo thimia
ma cōpositionis alterius. nec oblatiōez
⁊ victimaꝫ: nec libabitis. Et deprecabit
aaron super cornua eius semel ꝑ annuꝫ
in sanguine qđ oblatū est ꝑ pctō. ⁊ pla
cabit sup eo in generatiōib⁹ vris. Sanc
tū sctoꝝ erit domino. Locutusq̄ est do
minus ad moysen dicens. Cū tuleris
summā filioꝝ isrl iuxta numerū. dabūt
singuli preciuꝫ ꝑ aīab⁹ suis dño. ⁊ non
erit plaga in eis cū fuerit recēsiti. Hoc
aūt dabit oīs qui trāsit ad nomē: dimi
diū sicli iuxta mēsuraꝫ templi. Siclus
viginti obolos habet. Media ps sicli of
feretur dño. Qui hētur in nūero a vi
gīti ānis ⁊ sup dabit ꝑciū. Diues nō ad
det ad mediū sicli: ⁊ paup nihil minuet
Susceptāq̄ pecuniā q̄ collata est a filijs
isrl trades in vsus tabernaculi testimo
nij: vt sit monimentū coꝝ coraꝫ dño. ⁊ p
pitiet aīab⁹ eoꝝ. Locutusq̄ est dominus
ad moysen dicens: Facies ⁊ labiū eneū
cū basi sua ad lauandum: ponesq̄ illud
inter tabnaculū testimonij. ⁊ altare. Et
missa aq̄: lauabūt in ea aaron ⁊ filij eius
man⁹ suas ac pedes: q̄n ingressuri sūt ta
bernaculū testimonij: ⁊ q̄n accessuri sūt
ad altare. vt offerāt in eo thymiama do
mio: ne forte moriant. Legittimū sem
piternū erit ipsi ⁊ semini ei⁹ ꝑ successiones
Locutusq̄ est dns ad moysen dicens:
Sume tibi aromata ꝑme myrrhe ⁊ ele
cte q̄ngētos siclos. ⁊ cinamomi mediū.
i. ducētos q̄nq̄ginta siclos. calami similit
ducentos q̄nq̄ginta siclos. casie aūt q̄n
gentos siclos in pondere scūarij: oleū de
oliuetis mēsurā hin. Facieq̄ vnctiōis
oleū sctm̄: vnguentū cōposituꝫ ope vn
guentarij. ⁊ vnges ex eo⁹ tabernaculū te
stimonij ⁊ arcā testamēti. mēsamq̄ cuꝫ
vasis suis. candelabrū ⁊ vtensilia ei⁹. al
taria thymiamatis ⁊ holocausti. ⁊ vniu
sam suppellectilē q̄ ad cultuꝫ eoꝝ ptinet
sctificabisq̄ oīa. ⁊ erit sctā sctoꝝ. Qui te
tigerit ea sctificabit. Aarō ⁊ filios eius
vnges. sctificabisq̄ eos vt sacdotio fun
gāt mihi. Filijs q̄ꝫ isrl dices: Hoc oleū
vnctiōis scm̄ erit mihi ī gnatiōes vras
Caro hominis non vnget er eo. ⁊ iuxta
cōpositiōem eius nō facietis aliud. quia
sanctificatū ē. ⁊ sctm̄ erit vobis. Homo
q̄cūq̄ tale cōposuerit ⁊ dederit ex eo alie
no. exterminabit ⁊ ppl'o suo. Dixitq̄ dns
ad moysen. Sume tibi aromata. stacte
⁊ onychā. galbanen boni odoris. ⁊ thus
lucidissimū. eq̄lis pōderis erūt oīa. Fa
cieq̄ thymiama cōpositū ope vnguen
tarij mixtum diligēter ⁊ purū ⁊ sanctifi
catiōe dignissimū. Cūq̄ in tenuissimū

puluerē vniuersa cōtuderis: pones ex eo
corā tabernaculo testimonij: in quo lo-
co apparebo tibi. Sctm̄ sctōꝝ erit vobis
thymiama. Talē cōpositiōem nō faciet̄
in vsus vr̄os: qꝛ sctm̄ est dño. Homo q̄
cūq; fecerit simile: vt odore illi⁹ ꝑfruat̄
peribit de populis suis. XXXI.

Locutusq; ē dñs ad moysen di-
cens: Ecce vocaui ex noīe besele
el filium huri filij hur de tribu
iuda. ⁊ impleui eū spū dei. sapiētia ⁊ in-
telligētia ⁊ sciētia in omni ope ad exco-
gitanduz quicq̄d fabrefieri pōt ex auro
⁊ argento ⁊ ere marmore ⁊ gēmis. ⁊ diu̇-
sitate lignoꝝ. Dediq; ei sociū ooliab fili
um achisamech de tribu dan. Et in cor
de hoīs eruditi posui sapiam vt faciant
cuncta que precepi tibi. tabernaculū fe-
deris. ⁊ arcam testimonij. ⁊ ꝓpitiatoriuz
quod sup eā est. ⁊ cūcta vasa tabernacu-
li mensamq; ⁊ vasa eius. cādelabruz pu
rissimū cuz vasis suis. ⁊ altaria thymia
matis ⁊ holocausti ⁊ oīa vasa eoꝝ: labiū
cum basi sua: vestes sanctas in ministe-
rio aaron sacerdoti ⁊ filijs eius vt fun-
gātur officio suo in sacris. oleū vnctio-
nis. ⁊ thymiama aromatū ī sanctuario
Oīa q̄ precepi tibi facient. Et locut⁹ est
dñs ad moysen dicēs. Loq̄re filijs isrl̄.
⁊ dices ad eos: Videte vt sabbatū meū
custodiatis: qꝛ signū est inter me ⁊ vos
in generationib⁹ vr̄is: vt sciatis qꝛ ego
dñs qui sctificovos. Custodite sabbatū
meū. Sctm̄ est enim vob̄. Qui pollue-
rit illud. morte moriat̄. Qui fecerit in
ea opus: ꝑibit aīa illius de medio ꝓpl̄i
sui. Sex dieb⁹ facietis opus: in die sep
timo sabbatū est. req̄es sctā dño. Oīs q̄
fecerit opus in hac die. morieť. Custo-
diāt filij isrl̄ sabbatū. ⁊ celebrēt illud in
generationib⁹ suis. Pactū est sempiter
nū int̄ me ⁊ filios isrl̄: signūq; perpetuū
Sex enim diebus fecit dñs celuz ⁊ ter-
ram. ⁊ in septimo ab omni opere cessa-
uit. Deditq; dominus moysi cōpletis
huiuscemōi sermonib⁹ in monte sinai:
duas tabulas testimonij lapideas: scri-
ptas digito dei. XXXII

Videns aūt ꝓpl̄us q̄ morā face-
ret moyses descēdendi de mōte
cōgregatus aduersus aaron di
xit: Surge fac nobis deos qui nos pre-
cedāt. Moysi eī huic viro qui nos edu
xit d̄ terra egypti: ig̃ram⁹ quid acciderit
Dixitq; ad eos aaron: Tollite inaures
aureas de vxoꝝ filiorūq; ⁊ filiarū vestra-
rum auribꝰ. et afferte ad me. Fecit ꝓpl̄s
q̄ iusserat: deferens in aures ad aaron.
Quas cuz ille accepisset: formauit ope
fusorio ⁊ fecit ex eis vitulū ꝯflatilē. Di-
xer̄tq;: Hi sunt dij tui isrl̄ qui te eduxe-
runt de terra egypti. Qd̄ cū vidisset aa-
ron edificauit altare corā eo. ⁊ preconis
voce clamauit dicens: Cras sollennitas
dñi est: Surgentesq; mane obtulerūt
holocausta ⁊ hostias pacificas. ⁊ sedit po
pulus manducare ⁊ bibere: ⁊ surrexerūt
ludere. Locutus est aūt dñs ad moysen
dicens: Vade ⁊ d̄scēde. peccauit ꝓpl̄s tu
us quē eduxisti de terra egypti. Recesse
rūt cito de via quā oñdisti eis. Fecer̄tq;
sibi vitulū ꝯflatilem ⁊ adorauerūt: atq;
immolātes ei hostias dixerūt: Isti sunt
dij tui isrl̄. qui te eduxerūt de terra egy-
pti. Rursumq; ait dñs ad moysen: Cer
no q̄ ꝓpl̄s iste dure ceruicis sit. Dimit-
te me vt irascat̄ furor meus ꝯtra eos ⁊
deleā eos: faciāq; te in gentē magnam.
Moyses aūt orabat dñm deum suuz di
cens: Cur domine irascitur furor tuus
contra populū tuum quem eduxisti de
terra egypti. in fortitudine magna ⁊ in
manu robusta? Ne queso dicāt egyptij
callide eduxit eos vt interficeret in mō
tibus. ⁊ deleret e terra: quiescat ira tua.
⁊ esto placabilis super nequitia populi
tui. Recordare abraam ⁊ ysaac ⁊ israel
ꝑuoꝝ tuoꝝ: quib⁹ iurasti ꝑ temetipsum
dicens: Multiplicabo semen vr̄m sicut
stellas celi. ⁊ vniu̇sam terrā hāc de q̄ lo-
cutus suz dabo semini vr̄o. ⁊ possidebit̄
eā sp. Placatusq; ē dñs ne faceret ma-
lū qd̄ locut⁹ fuerat adu̇sus ꝓpl̄z suū. Et
reu̇sus ē moyses de mōte portās duas
tabulas testimonij ī manu sua. scriptas
ex vtraq; parte. et factas opere domini.

Scriptura q̄z dei erat sculpta in tabulis. Audiens aūt iosue tumultū populi vociferātis. dixit ad moysen: Ululatus pugne audit̄ in castris. Qui rn̄dit: Nō est clamor adhortātium ad pugnā: neq; vociferatio cōpellentiū ad fugā: sed vocem cāntātium ego audio. Cumq; approp̄inq̄sset ad castra. vidit vitulū & choros iratusq; valde: iecit de manu tabulas & p̄fregit eas ad radicē mōtis. Arripiēsq; vitulū quē fecerāt cōbussit & p̄triuit usq; ad puluerē quē sparsit in aquā & dedit ex eo potū filijs isrl̄. Dixitq; ad aarō Quid tibi fecit hic ppl̄us: vt induceres sup eū peccatū maximū? Cui ille rn̄dit: Ne indigneť dñs meus. Tu enim nosti ppl̄m istū q̄ pronus sit ad malū. Dixerūt mihi: Fac nobis deos qui nos p̄cedant. Huic enī moysi qui nos eduxit de terra egypti: nescimus quid acciderit. Quib⁹ ego dixi: Quis vīm habz aurum? Tulerūt & dederūt mihi. & ieci illud in ignē: egressusq; est hic vitulus. Videns ergo moyses ppl̄m q̄ eēt nudat⁹. spoliauerat enī eū aarō p̄pť ignominiā sordis & inter hostes nudū p̄stituerat & stans i porta castrop̄ ait: Si quis est dñi iungatur mihi: Cōgregatiq; sunt ad eū oēs filij leui. Quib⁹ ait: Hec dicit dñs deus isrl̄: Ponat vir gladiū sup femur suum: Ite & redite de porta usq; ad portā p̄ medium castrop̄. & occidat vnusquisq; fratrē suū & amicū & p̄ximū suū. Fecerūtq; filij leui iuxta ꝓmonē moysi: cecideruntq; in die illo quasi viginti tria milia hoīm Et ait moyses: Cōsecrastis man⁹ vras hodie dño. vnusq̄sq; i filio & i fratre suo: vt det vobis benedictio. Facto aūt altero die locut⁹ est moyses ad ppl̄m: Peccastis peccatū maximū: Ascendā ad dñm si q̄ mō quiuero eū depcari p̄ scelere vestro. Reuersusq; ad dñm ait: Obsecro. peccauit ppl̄us iste peccatū maximū fecerūtq; sibi dēos aureos: Aut dimitte eis hāc noxam: aut si non facis: dele me de libro tuo quē scripsisti. Cui rn̄dit dominus: Qui peccauerit mihi: delebo eum de libro meo. Tu aūt vade. & duc ppl̄m istum quo locutus sum tibi. Angelus meus precedet te. Ego aūt in die vltionis visitabo & hoc peccatum eop̄. Percussit autem dñs ppl̄m p̄ro reatu vituli: quem fecerat aaron.

XXXIII

Locutusq; ē dñs ad moysen dicens. Vade. ascende ď loco isto tu & ppl̄us tuus quē eduxisti de terra egypti in terrā quā iuraui abraam ysaac & iacob dicens: Semini tuo dabo eā. & mittā precursorē tui āgelum. vt eiciā chananeum & ammorreū & ethēū et pherizeū & eueū & iebuseū. & ītres in trā fluentē lacte & melle. Nō enī ascendā tecū: qp̄ ppl̄s dure ceruicis est ne forte disperdā te in via. Audiensq; ppl̄us sermonē hūc pessimum luxit. & nullus ex more indutus est cultu suo. Dixitq; dñs ad moysen: Loqre filijs isrl̄. Populus dure ceruicis es. semel ascendam in medio tui & delebo te. Jam nunc depone ornatum tuū. vt sciā quid faciā tibi. Deposuerunt g̃ filij isrl̄ ornatū suū a mōte oreb. Moyses q̄z tollēs tabernaculū tetēdit extra castra procul: vocauitq; nomen eius tabnaculū federis. Et oīs ppl̄us q̄ habebat aliquā q̄stiōem. egrediebatur ad tabernaculū federis extra castra. Cūq; egrederet̄ moyses ad tabnaculū surgebat vniuersa plebs & stabat vnusq̄sq; in ostio papilionis sui: respiciebātq; tergum moysi donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo tabernaculum federis: descendebat columna nubis et stabat ad ostium: loquebaturq; dominꝰ cum moyse cernentibus vniuersis q̄ columna nubis staret ad ostium tabernaculi. Stabantq; & ipsi et adorabant per fores tabernaculorum suorum. Loquebatur autem dominus ad moysen facie ad faciem: sicut solet loqui homo ad amicum suum: Cumq; ille reuerteretur in castra: minister eiꝰ iosue filiꝰ nun puer non recedebat de tabernaculo. Dixit autem moyses ad dominum: Precipis vt educam populum istum & nō indicas mihi quem missurus sis mecum p̄sertim cum dixeris. noui te ex nomine.

ꝛ inueniſti gꝛam coꝛã me. Si g̃ inueni gꝛam in ꝯſpectu tuo:oñde mihi faciem tuã vt ſciã te ꝛ iueniã gꝛam ante ocl̃os tuos. Reſpice ꝓpl̃m tuũ gentẽ hãc. Dixitq; dñs:Facies mea p̃cedet te. ꝛ requiez dabo tibi. Et ait moyſes: Si nõ tuipſe p̃cedas ne educas nos ꝺ loco iſto. In q̃ ei ſcire poterim? ego ꝛ ꝓpl̃s tuus inueniſſe nos gꝛam in ꝯſpectu tuo. niſi ãbulauer; nobiſcũ: vt gl̃ificem̃ ab oĩb; ꝓpl̃is qui habitãt ſup̃ terrã? Dixit autez dñs ad moyſen: Et ꝝbũ iſtꝺ qꝺ locut? es faciã. Inueniſti ei gꝛam coꝛã me. ꝛ teipm noui ex noie. Qui ait: Oñde mihi gl̃iã tuã. Rñdit: Ego oñdã oẽ bonũ tibi ꝛ vocabo in noie dñi coꝛã te: ꝛ miſereboꝛ cui voluero. ꝛ clemẽs ero in quẽ mihi placuerit. Rurſumq; ait: Nõ poteris videre faciẽ meã. Nõ enĩ videbit me hõ ꝛ viuet. Et iterũ: Ecce inq̃t eſt loc? apꝺ me. ꝛ ſtabis ſup̃ petrã. Cũq; trãſibit gloria mea ponã te in foꝛamine petre. ꝛ ꝓtegaz dextera mea donec trãſeaz. Tollãq; manũ meã ꝛ videꝭ poſterioꝛa mea: faciẽ ãt meam videre nõ poteris.

XXXIIII

Et dixit dñs ꝓcide ait tibi duas tabulas lapideas inſtar priꝯ et ſcribã ſup̃ eas ꝝba q̃ habuerãt tabule q̃s fregiſti. Eſto parꝯ mane vt aſcẽdas ſtatim in mõtem ſinai: ſtabiſq; mecũ ſup̃ vticẽ mõtis. Nullus aſcẽdat tecũ: nec videaꝭ q̃ſpiã p̃ totuz mõtem: boues q̃z ꝛ oues nõ paſcanꝭ ecõtra. Excidit g̃ duas tabulas lapideas q̃les antea fuerãt. ꝛ de nocte ꝯſurgẽs aſcẽdit in mõtez ſinai ſic̃ p̃ceperat ei dñs: portãs secuz tabulas. Cũq; deſcendiſſet dñs p̃ nubẽ ſtetit moyſes cũ eo. inuocãs nomẽ dñi Quo trãſeunte coꝛã eo: ait: Deus creator domine de?. miſericors ꝛ clemẽs. patiẽs et mlte miſeratiõis ac veraz. qui cuſtodis miſericordiã in milia: qui auferſ iniq̃tatẽ ꝛ ſcelera atq; peccata. nulluſq; apꝺ te p̃ſe innocẽs eſt. qui reddis iniq̃tatẽ patruz filiis ac nepotibꝫ in tertiã ꝛ q̃rtã ꝓgeniẽ Feſtinuſq; moyſes curuat? eſt ꝓnus in terrã ꝛ adoraſ ait: Si inueni gꝛam in cõſpectu tuo dñe: obſecroꝝt g̃diaris nobiſcum. ꝓpl̃us enĩ dure ceruicis eſt: vt auferas iniq̃tates nr̃as atq; pcta noſq; poſſideas. Rñdit dñs: Ego inito pactuz videntibꝫ cũctis: ſigna faciã que nũq; viſa ſunt ſup̃ terram. nec in vllis gentibus: vt cernat ꝓpl̃us iſte in cuius es medio. opus dñi terribile quod facturus ſum Obſerua cuncta que hodie mãdaui tibi. Egoipſe eijciaz ante faciem tuã amorreuz ꝛ chananeũ ꝛ et hetheũ: pherezeuz q̃z ꝛ eueum ꝛ iebuſeũ. Caue ne vnq; cũ habitatoribꝫ terre illius iũgas amicitias. que ſint tibi in ruinã: ſed ꝛ aras eoꝝ deſtrue. confringe ſtatuas: lucoſq; ſuccide. Noli adoꝛare deũ alienũ. Dñs ꝯlotes nomen eius: deus eſt emulatoꝝ. Ne ineas pactũ cum hoĩbꝫ illarũ regionuz: ne cum foꝛnicati fuerint cũ diis ſuis et adoꝛauerint ſimulacra eoꝝ: vocet te q̃ſpiã vt comedas de imolatis. Nec vxoꝛẽ de filiabꝫ eoꝛum accipies filiis tuis. ne poſtq; ipſe fuerint foꝛnicate. foꝛnicari faciant ꝛ filios tuos in deos ſuos. Deos conflatiles nõ facies tibi. Sollennitatẽ azymoꝝ cuſtodies. Septem diebus veſceris azymis. ſicut p̃cepi tibi in tẽpoꝛe menſis nouoꝝ. Menſe enĩz verni tp̃is egreſſus es de egypto. Omne qꝺ aperit vuluã generis maſculini. meum erit. De cunctis aĩantibꝫ tã de bobus q̃z de ouibus. meum erit. Primogenituz aſini redimes oue. Si autem nec p̃cium p̃o eo dederis. occidetur. Primogenitũ filioꝝ tuoꝝ redimeſ: nec appareꝭ in ꝯſpectu meo vacuus. Sex diebꝫ opaberis: die ſeptimo ceſſabꝭ arare ꝛ metere Solẽnitatẽ hebdomadarũ facies tibi i p̃mitijs frugũ meſſis tue triticee. ꝛ ſolẽnitatẽ q̃n redeunte anni tempoꝛe cũcta condunꝭ. Tribꝫ tempoꝛibꝫ anni appareꝭbit omne maſculinum tuũ. in cõſpectu omnipotentis dñi dei iſrael. Cũ enĩ tulero gẽteſ a facie tua ꝛ dilatauero terminos tuos. nullus inſidiabitur terre tue: aſcendente te ꝛ apparente in conſpectu dñi dei tui ter in anno. Non immolabis ſuper fermento ſanguinem hoſtie mee: neq; ꝛeſidebit mane ꝺ victimis

solennitatis phase. Primitias fruguz terre tue offeres ī domo domini dei tui Non coques hedu3 in lacte matris sue. Dixitq3 dñs ad moysen: Scribe tibi v̄ba hec: quib3 ⁊ tecū ⁊ cum isrl' pepigi fedus. Fuit ḡ ibi cū dño moyses q̄draginta dies ⁊ q̄draginta noctes: panē nō comedit ⁊ aquā nō bibit. ⁊ scripsit in tabulis verba federis decē. Cunq3 descenderet moyses d̄ mōte sinai. tenebat duas tabulas lapideas testimonij. ⁊ ig̊rabat q̄ cornuta esset facies sua. ex ꝯsortio sermonis dñi. Uidētes aūt aaron ⁊ filij israel cornutū moysi faciē: timuerūt ꝓpe accedere. Uocatiq3 ab eo reuersi sunt: ta3 aarō q̄3 principes synagoge. Et postq̄3 locutus est ad eos: venerūt ad eū etiā oēs filij isrl'. Quib3 precepit cūcta q̄ audierat a dño in mōte sinai. Impletisq3 sermonib3 posuit velamē sup̄ faciem suam Qui ingressus ad dñm ⁊ loquēs cū eo: auferebat donec exiret. ⁊ tūc loq̄bat' ad filios isrl' oīa q̄ sibi fuerāt imp̄ata. Qui videbāt faciē egrediētis moysi esse cornutā sed op̄iebat ille rursus faciē suam si qñ loq̄batur ad eos.

XXXV

Igit' ꝯgregata oī turba filioꝝ israel. dixit ad eos: Hec sunt que iussit dñs fieri. Sex dieb3 facietis opus. Septimus dies erit vob̄ sanctus: sabbatu3 ⁊ req̄es dñi. Qui fecerit opus in eo. occidet'. Nō succēdetis ignē in oīb3 habitacul' vr̄is p̄ diē sabbati. Et ait moyses ad oēm cateruā filioꝝ israel. Iste est sermo quē precepit dñs dicēs: Separate apud vos primitias domino Oīs voluntarius ⁊ ꝓno aīo offerat eas dño: Aurū ⁊ argentū ⁊ es. hyacinthum ⁊ purpurā. coccūq3 bis tinctū ⁊ byssum pilos caprar̄. pellesq3 arietū rubricatas ⁊ hyacinthinas: ligna sethim. ⁊ oleum ad luminaria ꝯcinnanda. ⁊ vt ꝯficiatur vnguētū ⁊ thymiama suauissimū. lapides onychinos ⁊ gēmas ad ornatū sup̄humeral' ⁊ rōnalis. Quisquis vr̄m sapiens est. veniat ⁊ faciat q̄d̄ domin⁹ imp̄auit tab̄naculū sc3 ⁊ tectū eius at3 operimētū. annulos ⁊ tabulata cū vectib3. paxillos ⁊ bases. arcam ⁊ vectes. ꝓpitiariū ⁊ velū. q̄d̄ ante illud oppandit': mensam cū vectib3 ⁊ vasis ⁊ ꝓpositiōis panibus. cādelabrū ad luminaria sustentanda. vasa illius ⁊ lucernas ⁊ oleū ad nutrimēta igniū: altare thymiamatis ⁊ vectes ⁊ oleum vnctionis ⁊ thymiama ex aromatib3: tētoriū ad ostiu3 tab̄naculi. altare holocausti ⁊ craticulā eius eneaz cum vectib3 ⁊ vasis suis: labru3 ⁊ bases eius: cortinas atrij cū colūnis ⁊ basib3. tentoriū in forib3 vestibuli. paxillos tab̄naculi atrij cū funicul' suis: vestimenta q̄ꝝ vsus est in ministerio sanctuarij: vestes aarō pontificis ac filioꝝ eius vt sac̄dotio fungant' mihi. Egressaq3 oīs mlt̄itudo filioꝝ isrl' de ꝯspectu moysi. obtulerūt mēte ꝓmptissima at3 deuota p̄mitias dño. ad faciēdū opus tab̄naculi testimonij. Quicq̄d ad cultu3 ⁊ ad vestes sanctas necessariū erat. viri cū mulieribus prebuerūt armillas ⁊ inaures annulos ⁊ dextralia. Oē vas aureū in donaria dñi sep̄atū est. Si quis hēbat aurū. hyacinthū ⁊ purpurā. coccūq3 bis tīctū. byssum ⁊ pilos caprarū. pelles arietum rubricatas hyacinthinas. argenti ⁊ auri erisq3 metalla obtulerunt dño: lignaq3 sethim in varios vsus. Sz ⁊ mulieres docte que venerant dederunt hyacinthū purpurā ac vermiculū ac byssu3 ⁊ pilos caprarū. sponte ꝓpria cuncta tribuentes. Principes vero obtulerūt lapides onychinos. ⁊ gēmas ad superhumerale ⁊ rōnale. aromataq3 ⁊ oleum ad luminaria cōcinnanda ⁊ ad prep̄andu3 vnguentū ac thymiama odoris suauissimi cōponēdū. Oēs viri ⁊ mulieres mēte deuota obtulerūt donaria vt fierent op̄a q̄ iusserat dñs p̄ manū moysi. Cuncti filij isrl' volūtaria dño dedicauerunt Dixitq3 moyses ad filios israel. Ecce vocauit dñs ex noīe beseleel filiū huri. filij hur de tribu iuda. īpleuitq3 eū spū dei. sapientia ⁊ intelligentia ⁊ scientia ⁊ omni doctrina. ad excogitandū ⁊ faciendu3 opus in auro ⁊ argēto ⁊ ere ⁊ ferro. sculpendisq3 lapidibus ⁊ opere carpentario.

Quicquid fabre adinueniri pōt: dedit in corde eius. Ooliab q̄z filium achisamech de tribu dan ambos erudiuit sapiētia: vt faciāt opa abietarij polymitarij ac plumarij de hyacītho ⁊ purpura. coccoq̄z bis tincto ⁊ bysso. ⁊ texāt omnia ac noua queq̄z reperiant.

XXXVI

Fecit ergo beseleel ⁊ ooliab ⁊ oīs vir sapiēs. quibꝫ dedit dn̄s sapientiā ⁊ intellectū vt scirent fabre opari que in vsu sanctuarij necessaria sunt ⁊ q̄ precepit dn̄s. Cūq̄z vocasset eos moyses ⁊ oēm eruditū virū cui dederat dn̄s sapiāz. ⁊ qui sponte sua obtulerant se ad faciendū opus. tradidit eis oīa donaria filioꝝ isrl'. Qui cū instarent opi q̄tidie: mane vota ꝓplus offerebat. Unde artifices venire cōpulsi. dixerunt moysi: Plus offert ꝓplus q̄z necessariū est. Jussit ergo moyses p̄conis voce cātari: Nec vir nec mlr quicq̄z offerat vltra in ope sanctuarij. Sicq̄z cessatuz est a muneribꝫ offerēdis: eo ꝙ oblata sufficerēt ⁊ supabundarēt. Feceruntq̄z oēs corde sapientes ad explendū opus tabernaculi: cortinas decē. de bysso retorta et hyacītho ⁊ purpura. coccoq̄z bis tincto. opere vario: ⁊ arte polymita. Quarum vna hēbat in longitudine vigintiocto cubitos. ⁊ in latitudine quattuor. Una mensura erat oīm cortinarū. Cōiunxitq̄z cortinas q̄nq̄z alteram alteri. ⁊ alias q̄nq̄z sibi inuicem copulauit. Fecit ⁊ ansas hyacinthinas in ora cortine vnius ex vtroq̄z latere ⁊ in ora cortine alterius silr vt ꝯtra se inuicem venirent anse. et mutuo iūgerent. Uñ ⁊ quinq̄ginta fudit circulos aureos. qui morderent cortinarū ansas. ⁊ fieret vnū tabnaculum. Fecit ⁊ saga vndecim de pilis capraruz: ad opiendū tectū tabernaculi. Unū sagū in lōgitudine habebat cubitos trigīta. ⁊ in latitudine cubitos q̄ttuor. Uniꝰ mēsure erant oīa saga. Quoꝝ q̄nq̄z iunxit seorsuz ⁊ sex alia sepatim. Fecitq̄z ansas quinq̄ginta in ora sagi vniꝰ. ⁊ q̄nq̄gīta in ora sagi alteriꝰ vt sibi inuicē iūgerent. ⁊ fibulas eneas q̄nq̄ginta quibꝫ necteret tectū: vt vnū palliū ex omnibꝫ sagis fieret. Fecit ⁊ optoriuz tabnaculi de pellibꝫ arietuz rubricatis. aliudq̄z desup velamen de pellibꝫ hyacinthinis. Fecit ⁊ tabulas tabnaculi de lignis sethim stātes. Decē cubitoꝝ erat lōgitudo tabule vniꝰ ⁊ vnū ac semis cubitū latitudo retinebat. Bine incastrature erant per singulas tabulas. vt altera alteri iūgeret. Sic fecit in omnibꝫ tabernaculi tabul'. E quibꝫ viginti ad plagā meridianam erant ꝯtra austrū cuz q̄draginta basibꝫ argēteis. Due bases sub vna tabula ponebātur ex vtraq̄z pte anguloꝝ: vbi incastrature laterū in angulis terminantur. Ad plagam q̄z tabnaculi que respicit ad aquilonē fecit viginti tabulas cū q̄draginta basibus argenteis duas bases p singulas tabulas. Contra occidentem vero. i. ad eā ptez tabernaculi q̄ mare respicit. fecit sex tabulas. ⁊ duas alias per singulos āgulos tabernaculi retro que iūcte erant a deorsum vsq̄z sursum. ⁊ in vnā cōpagez pariter ferebant. Ita fecit ex vtraq̄z pte per angulos: vt octo essent simul tabule ⁊ haberēt bases argenteas sexdecim: binasscz bases sub singul' tabulis. Fec̄ ⁊ vectes de lignis sethim q̄nq̄z ad ꝯtinendas tabulas vnius lateris tabernaculi. ⁊ q̄nq̄z alios ad alterius lateris coaptandas tabulas. ⁊ extra hos. quinq̄z alios vectes ad occidentalez plagam tabernaculi contra mare. Fecit q̄z vectem alium qui per medias tabulas ab angulo vsq̄z ad angulum perueniret. Ipsa autem tabulata deaurauit: fusis basibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos. per quos vectes induci possent quos ⁊ ipsos laminis aureis opuit. Fecit ⁊ velū de hyacītho ⁊ purpura. ꝟmiculo ac bysso retorta ope polymitario. variū atz distinctū. ⁊ quattuor colūnas de lignis sethim q̄s cum capitibus deaurauit: fus basibꝫ eaꝝ argēteis. Fec̄ ⁊ tētoriū in ītroitu tabnacl'i ex hyacītho purpura ꝟmiculo byssoq̄z retorta ope plumarij ⁊ colūnas q̄nq̄z cū capitibꝫ suis q̄s opuit auro: basesq̄z earuz fudit

eneas quas ⁊ operuit auro. XXXVII

Fecit autem beseleel ⁊ arcam de lignis sethim habentez duos ⁊ semis cubitos in longitudine. ⁊ cubitum ac semissem in latitudine: altitudo quoqz vnius cubiti fuit ⁊ dimidij: vestiuitqz eaz auro purissimo intus ⁊ foris. Et fecit illi coronam aureaz. per gyrum cōflans quattuor annulos aureos per quattuor angulos eius. duos annulos ī latere vno ⁊ duos ī altero. Vectes quoqz fecit de lignis sethim q̄s vestiuit auro ⁊ quos misit in ānulos qui erant in lateribꝫ arce ad portādum eam Fecit ⁊ ꝓpitiatoriū id est oraculū de auro mūdissimo duoꝝ cubitoꝝ ⁊ dimidij in longitudine ⁊ cubiti ac semis in latitudine. Duos etiaz cherubī ex auro ductili q̄s posuit ex vtraqz parte propitiatorij. cherub vnum in summitate vniꝰ ꝑtis. ⁊ cherub alterū in summitate ꝑtis alteriꝰ. Duos cherubin in singul' summitatibꝫ ꝓpitiatorij: extēdentes alas et tegentes ꝓpitiatoriū. seqz mutuo ⁊ illd̄ respicientes. Fecit ⁊ mēsam de lignis sethim in lōgitudine duoꝝ cubitorum: ⁊ in latitudine vnius cubiti q̄ habebat in altitudine cubitū ac semissem. Circūdeditqz eā auro mūdissimo: ⁊ fecit illi labium aureū ꝑ gyrum: ipsiqz labio coronā aureā intrasilē q̄ttuor digitoꝝ: ⁊ sup eādem alterā coronā aureā. Fudit ⁊ q̄ttuor circulos aureos q̄s posuit in q̄ttuor angulis per singulos pedes mense ꝯtra coronaz: misitqz in eos vectes vt possit mensa portari. ipsos q̄z vectes fecit de lignis sethim ⁊ circūdedit eos auro. Et vasa ad diuꝰsos vsus mense: acetabula: phialas ⁊ cyathos et thuribula ex auro puro. in quibus offerenda sunt libamina. Fec̄ ⁊ candelabꝝ ductile d̄ auro mūdissimo. De cuius vecte. calami. cyphi spheruleqz ac lilia ꝓcedebant sex in vtroqz latere. Tres calami ex ꝑte vna. ⁊ tres ex altera. Tres cyphi in nucis moduz ꝑ calamos singulos. spheruleqz simul ⁊ lilia. ⁊ tres cyphi instar nucis in calamo altero: spheruleqz simul ⁊ lilia. Equum erat opus sex calamoꝝ qui procedebant de stipite candelabri. In ipso autē vecte erāt q̄ttuor cyphi in nucis moduz spheruleqz ꝑ singulos ⁊ lilia. ⁊ spherule sub duobꝫ calamis ꝑ loca tria qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte vno: Et spherule igit̄ ⁊ calami ex ipso erant: vniuꝰsa ductilia ex auro purissimo. Fec̄ ⁊ lucernas septem cū emūctorijs suis. ⁊ vasa vbi ea que emūcta sunt extinguātur de auro mundissimo. Talentū auri appendebat cādelabrū cū omnibꝫ vasis suis. Fec̄ ⁊ altare thymiamat' de lignis sethim ꝑ quadrum singulos hn̄s cubitos. ⁊ in altitudine duos: e cuius angulis procedebant cornua. vestiuitqz illud auro purissimo cum craticula ac parietibꝫ ⁊ cornibꝫ. Fecitqz ei coronā aureolā per gyrum. ⁊ duos annulos aureos sub corona per singula latera: vt mittantur in eos vectes. ⁊ possit altare portari. Ipsos aūt vectes fecit de lignis sethim. et oꝑuit laminis aureis. Composuit ⁊ oleum ad sanctificatiōis vnguentū ⁊ thymiamata de aromatibꝫ mundissimis opere pigmentarij. XXXVIII

Fecit ⁊ altare holocausti d̄ lignis sethim: quinqz cubitoruz per q̄drum. ⁊ trium in altitudine. cuius cornua d̄ angulis procedebant. operuitqz illud laminis eneis. Et in vsus eiꝰ parauit ex ere vasa diuersa: lebetes: forcipes. fuscinulas. vncinos. ⁊ ignium receptacula. Craticulāqz eius in modū retis fecit eneam ⁊ subter eam in altar' medio arulaz fusis quattuor annulis ꝑ totidem retiaculi summitates: ad īmittendos vectes ad portandum. Quos et ipsos fecit de lignis sethim. ⁊ operuit laminis eneis: induritqz in circulos qui ī lateribꝫ altaris eminebāt. Ipsum aūt altare nō erat solidū sed cauū ex tabulatis ⁊ intꝰ vacuū. Fec̄ ⁊ labꝝ eneū cū basi sua de specul' mlierꝝ. q̄ excubabāt ī ostio tabnaculi. Fec̄ ⁊ atriū ī cuiꝰ australi plaga erāt tētoria de bysso retorto cubitoꝝ cētū colūne enee vigīti cū basibꝫ suis: capita colūnarum ⁊ tota operis celatura

argentea: Eque ad septētriōalē plagaz tētoria colūne basesqz ⁊ capita colūnaꝝ eiusdem mēsure ⁊ opis ac metalli erāt. In ea vo plaga q̄ ad occidentē respicit fuerūt tentoria cubitoꝝ q̄nq̄ginta. colūne decem cū basibꝫ suis enee. ⁊ capita colūnaꝝ ⁊ tota operis celatura argentea. Porro ꝯtra orientē quinq̄gīta cubitoꝝ ꝑauit tētoria. e quibꝫ quīdecim cubitos colūnaꝝ triū cū basibꝫ suis vnum tenebat latꝰ. ⁊ in ꝑte altera. qꝛ inter vtraqz ītroituz tabnaculi fecit. quīdecim eque cubitoꝝ erāt tētoria. colūneqz tres ⁊ bases totidē. Cuncta atrij tentoria byssus retorta texuerat. Bases colūnarū fuere enee. capita autē earū cū cūctis celaturꝫ suis argentea: sed ⁊ ipsas colūnas atrij vestiuit argento. Et in introitu eiꝰ opere plumario fecit tentoriū ex hyacintho purpura. vermiculo ac bysso ꝛtorta. qđ habebat viginti cubitos in lōgitudine: altitudo vo quinqz cubitoꝝ erat. iuxta mēsuram quā cūcta atrij tentoria habebāt. Colūne aūt in ingressu fuere q̄ttuor cum basibꝫ eneis. capitaqz eaꝝ ⁊ celature argentee. Paxillos q̄z tabernaculi ⁊ atrij ꝑ gyruz fecit eneos. Hec sunt instrumēta tabernaculi testimonij q̄ enumerata sunt iuxta preceptū moysi in cerimonijs leuitarū ꝑ manū ythamar filij aarō sacerdotis: q̄ beseleel filiꝰ huri filij hur de tribu iuda. dño ꝑ moysen iubēte cōpleuerat: iūcto sibi socio ooliab filio achisamech đ tribu dan. qui ⁊ ipse artifex lignoꝝ egregius fuit. ⁊ polymitarius atz plumarius ex hyacītho. purpura. vmiculo ⁊ bysso. Oē aurū qđ expensum ē in ope sanctuarij. ⁊ qđ oblatū est in donarijs. viginti ⁊ nouē talentoꝝ fuit. ⁊ septingentoꝝ triginta sicloꝝ: ad mēsurā sanctuarij. Oblatū est āt ab his q̄ trāsierūt ad numerū a viginti annis et supra: de sexcentis tribꝫ milibꝫ ⁊ quīgētis quinq̄gīta armatoꝝ. Fuerūt ꝑterea cētū talēta argenti: e quibꝫ cōflate sunt bases sanctuarij. ⁊ introitꝰ vbi velū pendet. Centū bases facte sunt de talētis cētuz singulis talentis ꝑ bases singulas supputatis. De mille aūt septingentis ⁊ septuagintaquinqz siclis fecit capita colūnarum q̄s ⁊ ipsas vestiuit argento. Eris q̄z oblata sunt talenta septuagintaduo milia: ⁊ q̄drīgēta sup̄ sicli: ex q̄bꝫ fuse sunt bases in introitu tabernaculi testimonij: ⁊ altare eneū cū c̄ticula sua. oīaqz vasa q̄ ad vsum eius ꝑtinēt. ⁊ bases atrij tam in circūitu q̄z in īgressu eius. ⁊ paxilli tabnaculi atz atrij ꝑ gyruz

De hyacintho vo ⁊ purpura vmiculo ac bysso fecit vestes quibꝫ indueret aaron qñ mīstrabat in sanctis sicut precepit dñs moysi. Fecit igit̄ suꝑhumerale de auro hyacintho ⁊ purpura coccoqz bis tincto ⁊ bysso retorta. opere polymitario. Inciditqz bracteas aureas ⁊ extenuauit in fila vt possent torqueri cū prioꝝ coloruz sub tegmine: duasqz oras sibi inuicē copulatas in vtroqz latere sūmitatū. ⁊ baltheū ex eisdē coloribꝫ: sicut ꝑceꝑat dñs moysi. Parauit ⁊ duos lapides onychinos astrictos ⁊ īclusos auro. ⁊ sculptos arte gēmaria noībꝫ filioꝝ isrl̄. Sex nomina in lapide vno. ⁊ sex in altero: iuxta ordinē natiuitatis eoꝝ. Posuitqz eos ī lateribꝫ suꝑhumeralis in monimētū filioꝝ isrl̄. sic̄ preceꝑat dñs moysi. Fecit ⁊ rationale ope polymito iuxta opus suꝑhūeral̄. ex auro. hyacītho. purpura. coccoqz bis tincto ⁊ bysso retorta. q̄drangulū duplex. mēsure palmi. ⁊ posuit in eo gemmarum ordines quattuor. In primo versu erat sardius. topaçius. smaragdus. In secundo: carbunculus. sapphyrus iaspis. In tertio. liguriꝰ. achates ⁊ amethistus. In quarto chrisolithus. onychinus. ⁊ berillus: circundati ⁊ inclusi auro per ordines suos. Ipsiqz lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim tribuum israel: singuli per nomina singulorum. Fecerunt in rationali ⁊ catenulas sibi inuicem coherentes de auro purissimo ⁊ duos vncinos. totidēqz ānulos aureos. Porro ānulos posuerūt ī vtroqz latere rōal̄: ex q̄bꝫ pēderēt due catene auree q̄s īseruerūt

vncinis qui in superhumeralis angu/
lis eminebant. Hec ante et retro ita cō
ueniebāt sibi. vt suphūerale et ratiōna/
le mutuo necterent: stricta ad balteū et
annulis fortius copulata. qs iungebat
vitta hyacinthina ne lara fluerēt et a se
inuicem mouerent. sicut precepit dñs
moysi. Fecerūt q3 tunicā suphumeralis
totā hyacinthinā. et capitiū in supiori p
te contra mediū oraq3 p gyrū capitij tex
tilē: deorsum aūt ad pedes malapunica
ex hyacintho. purpura: vermiculo ac byſ/
so retorta. et tintinabula de auro puriſſi/
mo. que posuerūt inter malogranata in
extrema pte tunice p gyrū: tintinnabu
lum aūt aureū et malūpunicū. quib9 or/
natus incedebat pōtifex qn ministerio
fungebat: sicut precepit dominꝰ moysi.
Fecerūt et tunicas byssinas ope textili
aarō et filijs eius. et mitras cū coronulis
suis ex byſſo: feminalia q3 linea byſſina.
cingulū vo de byſſo retorta: hyacintho:
purpura ac vermiculo distinctū arte plu
maria sicut precepat dñs moysi. Fecerūt
et laminā sacre veneratiōis de auro pu/
rissimo: scripserūtq3 in ea ope gēmario
sanctū dñi. et strinxerūt eā cū mitra vit/
ta hyacinthina. sic precepat dñs moysi.
Perfectū est igit oē opus tabernaculi et
tecti testimonij. Fecerūtq3 filij israel cū
cta q precepat dñs moysi. et obtulerūt ta/
bernaculū et tectū. et vniūsam suppelle/
ctilez: annulos. tabulas. vectes. colum/
nas ac bases. opertoriū de pellib9 arietū
rubricatis. et aliud operimētū de hyacin
thinis pellib9: velū. arcā. vectes. ppitia/
toriū. mēsam cū vasis suis. et ppositiōis
panib9 candelabrū. lucernas. et ptensilia
earū cū oleo. altare aureū et vnguentuz
et thymiama ex aromatib9. et tētoriuz in
introitu tabernaculi. altare eneū. retiacu
lū vectes et vasa eius oīa. labrū cuz basi
sua tentoria atrij et columnas cū basib9
suis. tentoriū in introitu atrij: funicu/
losq3 illius et paxillos. Nihil ex vasis de/
fuit q in ministeriū tabernaculi et in tectū
federis iussa sunt fieri. Vestes q3 q̄b9 sa
cerdotes vtūtur in sctūario. aaron. s. et
filij eius. obtulerūt filij israel. sicut pre/
cepat dñs. Que postq3 moyses cūcta vi
dit completa. benedixit eis. XL.

Locutusq3 ē dñs ad moysen di/
cēs: Mense primo. prima die mēsis
eriges tabernaculū testimonij. et
pones in ea arcā. demittesq3 ante illaz ve
lum. et illata mensa pones sup eam que
rite ppcepta sunt: candelabrū stabit cū lu/
cernis suis. et altare aureuz in q̄ adolet
incēsuz: coram arca testimonij. Tentoriū
in introitu tabernaculi testimonij pones. et
ante illud altare holocausti. Labrū inter
altare et tabernaculū: q̄ implebis aq̄. Cir
cūdabisq3 atriū tētoriis et ingressum ei?
Et assumpto vnctionis oleo vnges ta/
bernaculū cū vasis suis vt sanctificent:
altare holocausti et oīa vasa ei? labrū cū
basi sua. Oīa vnctionis oleo ꝯsecrabis
vt sint sancta sanctoꝝ. Applicabisq3 aarō
et filios eius ad fores tabernaculi testi/
monij. et lotos aqua indues sanctis ve/
stibus vt ministrent mihi: et vnctio eo/
rum in sacerdotiū sempiternum profici/
at. Fecitq3 moyses oīa q̄ precepat dñs:
Igit mense primo anni secundi. prima
die mensis collocatū est tabernaculum
Erexitq3 moyses illud et posuit tabulas
ac bases et vectes: statuitq3 colūnas et ex/
pandit tectum super tabernaculum: im
posito desup operimento: sicut dominus
imperauerat. Posuit et testimoniuz in
arca. subditis infra vectib9. et oraculum
desuper: Cunq3 intulisset arcam in ta/
bernaculum testimonij. appendit ante
eam velū vt expleret dñi iussiōem. Po
suit et mēsaz in tabernaculo testimonij
ad plagā septētrionalem extra velū: or/
dinatis coram ppositionis panib9: sicut
precepat dñs moysi. Posuit et candela/
brū i tabernaculo testimonij e regiōe mē
se in pte australi: locatis p ordinem lu/
cernis iuxta preceptū dñi. Posuit et al/
tare aureum sub tecto testimonij. con/
tra velum. et adoleuit super eo incēsum
aromatum: sicut iusserat dominꝰ moy/
si. Posuit et tentoriū in introitu taber/
naculi testimonij. et altare holocausti in

vestibulo testimonij: offerēs in eo holocaustū ⁊ sacrificia vt dñs īpauerat. Labrū q̄z statuit int̄ tab̄naculū testimonij ⁊ altare implēs illud aq̄: lauerūtq̄ in eo moyses ⁊ aaron ac filij eius manus suas ⁊ pedes cū ingrederētur tectū federis. ac accederent ad altare: sic̄ precepat dñs moysi. Erexit ⁊ atriū p̄ gyrū tab̄naculi. ⁊ altaris: ducto in introitu eius tētorio Postq̄ oīa p̄fecta sūt. op̄uit nubes tab̄naculū testimonij. ⁊ gloria dñi īpleuit illud. Nec poterat moyses īgredi tectuz federis nube op̄iēte oīa. ⁊ maiestate dñi coruscāte q̄r cuncta nubes op̄uerat. Si qñ nubes tab̄naculū deserebat: p̄ficiscebant̄ filij isrl̄ p̄ turmas suas. Si pēdebat desup̄: manebāt in eod̄ loco. Nubes quippe dñi incubabat p̄ diez tab̄naculo ⁊ ignis in nocte: vidētib̄ cūctis populis israel per cunctas mansiones suas.

Explicit liber exodi. Incipit vaiecra id est liber leuiticus Capitulum. I

Vocauit autem moysen. ⁊ locutus est ei dñs de tabernaculo testimonij dicens: Loq̄re filijs israel. ⁊ dices ad eos: Homo qui obtulerit ex vob̄ hostiā dño de pecorib̄. i. d̄ bobus ⁊ ouib̄. offerēs victimas: si holocaustū fuerit eius oblatō ac de armēto. masculū īmaculatū offerz ad ostiū tab̄naculi testimonij ad placādū sibi dñm. Ponetq̄ sup̄ caput hostie manus ⁊ acceptabil̄ erit: atz in expiationē eius p̄ficiēs. Immolabitq̄ vituluz corā dño ⁊ offerent filij aarō sacerdotis sanguinē eius. fundētes p̄ altaris circūitū: qd̄ est ante ostiū tabernaculi. Detractaq̄ pelle hostie artus in frusta ꝯcident ⁊ subijciēt ī altari ignē: strue lignoꝝ ante cōposita ⁊ mēbra q̄ sunt cesa desup̄ ordinātes caput videlicet ⁊ cūcta que adherēt iecori: intestinis ⁊ pedib̄ lotis aq̄. adolebitq̄ ea sacerdos sup̄ altare in holocaustū ⁊ suauem odorez dño: Q̄ si de pecorib̄ oblatio est. de ouib̄ siue de capris holocaustū: agnū anniculū ⁊ absq̄ macula offeret: immolabitq̄ ad lat⁹ altaris qd̄ respicit ad aquilonem corā domino. Sanguinē vero illius fundent sup̄ altare filij aaron per circūitum: diuidentq̄ membra. caput ⁊ oīa que adherent iecori. ⁊ imponent sup̄ ligna quib̄ subijciendus est ignis. Intestina vero ⁊ pedes lauabūt aqua. ⁊ oblata oīa adolebit sacerdos sup̄ altare in holocaustuz ⁊ odorem suauissimū domino. Si autē de auib̄ holocausti oblatio fuerit domino. de turturib̄ ⁊ pullis colūbe: offeret eā sacerdos ad altare. ⁊ retorto ad collū capite. ac rupto vulneris loco. decurrere faciet sanguinē super crepidinem altaris. vesiculā vero gutturis ⁊ plumas proijciet p̄pe altare ad orientalez plagā: in loco in quo cineres effundi solēt. Cōfringetq̄ ascellas eius. ⁊ nō secabit: neq̄ ferro diuidet eam ⁊ adolebit super altare lignis igne supposito: Holocaustū est ⁊ oblatio suauissimi odoris dño II

Anima cum obtulerit oblationez sacrificij dño: simila erit ei⁹ oblatio. Fundetq̄ sup̄ eam oleum. ⁊ ponet thus ac deferet ad filios aaron sacerdotis. Quorū vnus tollet pugillū plenum simile. ⁊ olei ac totū thus ⁊ ponet memoriale super altare in odorem suauissimū domino. Quod autem reliquū fuerit de sacrificio. erit aaron et filioꝝ eius. sanctuz sanctoꝝ de oblatiōibus domini. Cum autē obtuleris sacrificiū coctuz in clibano de simila. panes scilicet absq̄ fermēto ꝯspersos oleo. ⁊ lagana açyma oleo lita: si oblatio tua fuerit de sartagine simile consperse oleo et absq̄ fermento: diuides eam minutatī ⁊ fundes super eam oleum. Si autem de craticula fuerit sacrificiuz. eque simila oleo conspergetur: quam offerens domino. trades manib̄ sacerdotis. Qui cū obtulerit eā: tollet memoriale de sacrificio: ⁊ adolebit sup̄ altare ī odorē suauitatis dño. Quicq̄d aūt reliquū ē. erit aaron ⁊ filioꝝ ei⁹: sanctū sanctoꝝ de oblationib̄ dñi. Oīs oblatō que offertur domino absq̄ fermento: fiet nec quicq̄

fermẽti ac mellis adolebiť in ſacrificio
dñi. Primitias tñ eoꝝ offeretis ac mu
nera: ſup altare vo nõ ipponeť in odorẽ
ſuauitatis. Quicqd obtuleris ſacrificij
ſale ꝺdies: nec auferes ſal federiſ dei tui
de ſacrificio tuo. In oi oblatiõe offeres
ſal. Si aũt obtuleris munꝰ primitiaꝝ
frugũ tuarũ dño. de ſpicis adhuc viren
tib⁹: torrebis eas igni. ꝛ ꝓfringes in mo
rem farris. ꝛ ſic offeres primitias tuas
dño fundẽs ſup ea oleum. ꝛ thus impo
nẽs. qꝫ oblatio domini eſt: de q̃ adolebit
ſacerdos in memoriã muneris. ptẽ far
ris fracti. ꝛ olei ac totũ thus. VIII

Quod ſi hoſtia pacificoꝝ fuerit
oblatio. ꝛ de bobus voluerit
offerre. marẽ ſiue feminã: ĩma
culata offeret coram dño. Ponetq; ma
nũ ſup caput victime ſue. q̃ immolabiť
in introitu tabernaculi teſtimonij. Fun
detq; filij aaron ſacerdotis ſanguinez
p altaris circũituz. ꝛ offerẽt de hoſtia pa
cificoꝝ in oblatiõem dño adipẽ qui ope
rit vitalia. ꝛ quicqd pinguedinis eſt in
trinſecus. duos renes cũ adipe q̃ tegun
tur ilia. ꝛ reticulũ iecoris cum renũcul': ad
olebũtq; ea ſup altare in holocauſtuz
lignis igne ſuppoſito in oblatiõem ſua
uiſſimi odoris dño. Si vo ō ouib⁹ fue
rit eius oblatio ꝛ pacificoꝝ hoſtia: ſiue
maſculũ obtulerit ſiue feminã: imma
cognationes suas possessionē cuius hec
diuisio est. Terminus gaçer ⁊ oēs ciui-
tates galaad. ⁊ dimidiā ꝑtem terre filio
rū āmon vsq; ad aroer q̄ est ꝯtra rabba
⁊ ab esebō vsq; ramoth. masphe ⁊ betha
nim. ⁊ a manaim vsq; ad terminos da-
bir. In valle q̊z betharā ⁊ bethnemra et
soccoth ⁊ saphon reliquā partem regni
seon regis esebon. Huius q̊z finis iorda
nis est vsq; ad extremā ꝑtē maris cene-
reth trās iordanē ad orientalē plagam.
Hec est possessio filioꝝ gad per familias
suas ⁊ ciuitates ⁊ ville eaꝝ. Dedit ⁊ di-
midie tribui manasse filijsq; eius iuxta
cog̃tiōes suas possessiōem. cuius h̊ p̄nci
piū est: A manaim vniuersam basan et
cūcta regna og regis basan. oēsq; vicos
iahir qui sunt in basan sexagīta oppida
⁊ dimidiā ꝑtē galaad. ⁊ astaroth ⁊ edrai
vrbes regni og in basan filijs machir fi-
lij manasse dimidie ꝑti filioꝝ machir.
iuxta cognationes suas. Hāc possessio-
nem diuisit moyses in campestribꝫ mo
ab trās iordanē ꝯtra hiericho od orien-
talē plagā. Tribui aūt leui nō dedit pos-
sessiōeꝫ. qm̄ dñs de⁹ isrl' ipse est possessio
eius vt locutus est illi.

XIIII

Hoc est q̄d possederūt filij isrl' in
terra chanaā quā dederunt eis
eleaçar sacerdos ⁊ iosue filius
nun ⁊ p̄ncipes familiaꝝ ꝑ tribꝫ isrl' sorte
oīa diuidentes. sicut p̄ceꝑat dñs in ma
nu moysi nouem tribubꝫ ⁊ dimidie tri
bui manasse. Duabꝫ enī tribubꝫ ⁊ dimi
die dederat moyses trās iordanē posses-
sioneꝫ absq; leuitis qui nihil terre acce-
perūt inter fratres suos: sed in eoꝝ suc-
cesserāt locum filij ioseph. in duas diui
si tribꝫ: manasse ⁊ effraim. Nec accepert
leuite aliam in terra partem nisi vrbes
ad habitādum ⁊ suburbana eaꝝ ad alē-
da iumenta ⁊ pecora sua. Sicut prece-
perat dñs moysi. ita feceruut filij israel
⁊ diuiserūt terram. Accesserunt itaq; fi-
lij iuda ad iosue in galgala. locutusq; ē
ad eum caleph filius iephone ceneçeus
Nosti quid locutus sit domin⁹ ad moy
sen hominē dei de me ⁊ te in cadesbarne
Quadraginta annoꝝ eram quādo mi-
sit me moyses famulus dñi de cadesbar
ne vt ꝯsiderarē terram nūciauiq; ei q̄d
mihi verū videbat. Fratres autez mei
qui ascenderāt mecū dissoluerūt cor po
puli. ⁊ nihilominus ego secut⁹ suꝫ dñm
deū meū. Jurauitq; moyses in die illo
dicēs: Terra quā calcauit pes tuus erit
possessio tua ⁊ filioꝝ tuoꝝ in eternū. q̄r
secut⁹ es dñꝫ deū tuū. Cōcessit g̊ dñs vi
tā mihi sic pollicit⁹ est vsq; in pñteꝫ diē
Quadragīta ⁊ q̄nq; āni sūt ex q̊ locut⁹ ē
dñs v̄bū istud ad moysen qñ ambula-
bat israel ꝑ solitudinē. hodie octoginta-
q̄nq; ānoꝝ suꝫ sic valēs vt eo valebā tp̄e
qñ ad explorādū miss⁹ suꝫ: illi⁹ ī me tp̄is
fortitudo vsq; hodie ꝑseuerat tā ad bel
lādū q̄z ad g̃diēdū. da g̊ mihi mōtē istuꝫ
quem pollicitus est dñs te q̊z audiente

in quo enachim sunt vrbes magne atq; munite: si forte sit dominus mecū ⁊ po/ tuero delere eos sicut pmisit mihi. Be/ nediritq; ei iosue. ⁊ tradidit ei hebrō in possessiōem atq; ex eo fuit hebrō caleph filio iephone cenezeo vsq; in pñtem di em: qz secutus est dñm deū isrl'. Nomē hebron antea vocabat cariatharbe. Adā maximus ibi inter enachim situs est. et terra cessauit a prelijs.

XV

Igitur sors filioz iude p cogna tiōes suas ista fuit: a tmīo edō vsq; ad dextū sin ꝯ meridiem ⁊ vsq; ad extremā ptē australis plage. Ju itiū eius a summitate mar̄ salsissimi. ⁊ a lingua eius q̄ respicit meridiē egredi/ turq; ꝑtra ascēsum scorpionis ⁊ ptransi/ it in sina. ascenditq; in cadesbarne ⁊ per uenit in esrom. ascendens ad darā ⁊ cir cūiens cariathaa: atq; inde pertrasiens in asemona ⁊ peruenies ad torrētez egy pti. eruntq; termini eius mare magnū Hic erit finis meridiane plage. Ab orie te vero erit initiū mare salsissimuz vsq; ad extrema iordanis: ⁊ ea que respiciūt ad aquilonē a lingua maris vsq; ad eū/ dem iordanis fluuiū: ascenditq; termi/ nus in bethagla ⁊ transit ab aquilone i betharaba. ascendens ad lapidem boem filij ruben. ⁊ tendens vsq; ad terminos debera de valle achor contra aquilonem respicies galgala q̄ est ex aduerso ascen/ sionis adōmim ab australi parte torrē/ tis. trāsitq; aq̄s que vocātur fons solis ⁊ erūt exitus eius ad fontē rogel: ascen/ ditq; per ꝯuallem filij ennon ex latere ie busei ad meridiem. Hec est hierl'm. ⁊ in/ de se erigens ad montē mōtis qui est con tra gehēnon ad occidentem in summi/ tate vallis raphaim ꝯtra aquilonem: pertrāsitq; a vertice mōtis vsq; ad fon/ tem aque nepthoa. ⁊ puenit vsq; ad vi/ cos mōtis ephron. inclinaturq; in bala que est cariathiarim. i. vrbs siluaz ⁊ cir cūit de bala ꝯtra occidentē vsq; ad mon tem seir: trāsitq; iurta latus mōtis iarī ad aquilonē in chesslon. ⁊ descēdit in beth sames trāsitq; in thāna. ⁊ puenit cōtra aquilonē ptis accaron ex latere: inclina turq; secrona ⁊ transit montē baala: p uenitq; in gebneel. ⁊ magni maris ꝯtra occidentē fine ꝯcludit. Hi sunt termi/ ni filioz iuda p circūitum in cogtionib; suis. Caleph vero filio iephone dedit p tem i medio filioz iuda. sicut p̄cepat ei dñs. cariatharbe ptis enach. ipsa est he/ bron. deleuitq; ex ea caleph tres filios enach: sesai ⁊ haymā ⁊ tholmai de stirpe enach: atq; inde conscendēs venit ad hi tatores dabir q̄ prius vocabat cariath/ sepher. i. ciuitas lītaruz. Dixitq; caleph. Qui percusserit cariathsepher ⁊ ceperit eā: dabo ei axā filiā meā vxorez. Cepitq; eā othoniel filius cenez frater caleph iu nior. deditq; ei axā filiā suā vxorē. Que cum pgerent simul. suasa est a viro suo vt peteret a pte suo agruz: suspirauitq; vt sedebat i asino. Cui caleph: quid ha bes inqt. At illa rīdit: Da mihi benedi ctiōem. Terrā australē ⁊ arentez dedisti mihi: iunge ⁊ irriguā. Dedit itaq; ei ca leph irriguū supius ⁊ inferius. Hec est possessio trib; filioz iuda p cogtiōes su/ as: erātq; ciuitates ab extremis ptibus filioz iuda iurta terminos edom a me/ ridie. cabseel ⁊ eder ⁊ iagur ⁊ cina ⁊ di/ mona ⁊ adada ⁊ cedes ⁊ asor ⁊ iethanci/ phethtelem ⁊ baloth asor noba ⁊ cario thiesrom hec est assoromāsame et melo da ⁊ asergadda ⁊ assemoth ⁊ bethfeleth ⁊ aserual ⁊ bersabee ⁊ baciothia ⁊ abala ⁊ humesem ⁊ heltholad ⁊ exul ⁊ sarma ⁊ siceleth ⁊ medemena ⁊ sensēna lebaoth ⁊ selim ⁊ alxemremmon: omnes ciuita tes vigintinouem ⁊ ville earuz. In cā/ pestribus vero estaol ⁊ sarea ⁊ asena et acone ⁊ engannim ⁊ taphua ⁊ enaym ⁊ hiermoth ⁊ adulamsocho ⁊ acecha ⁊ sa rim ⁊ adithaym ⁊ gedera ⁊ giderothaiz vrbes q̄ttuordeci ⁊ ville eaz. Sanam ⁊ adasa ⁊ magdalgad dileā ⁊ masepha ⁊ iectel lachis ⁊ baschat ⁊ eglō tebbō ⁊ lee mas ⁊ cethis ⁊ gideroth ⁊ bethdagon ⁊ neama ⁊ maceda: ciuitates sedecī ⁊ ville eaz. Labana ⁊ ether ⁊ asā: iepta ⁊ esna ⁊ nesib ⁊ ceyla ⁊ achzib ⁊ maresa ciuitates

nouem ⁊ ville eaꝝ. Accaron cum vicis ⁊ villulis suis. Ab accaron vsq̄ ad mare omīa q̄ v̄gūt ad açotum ⁊ viculos ei⁹. Açotus cum vicis ⁊ villulis suis. Gaça cum vicis ⁊ villulis suis vsq̄ ad torrē/tem egypti. ⁊ mare magnū termin⁹ ei⁹. ⁊ in monte samir ⁊ iecther ⁊ socchoth et edēna cariathsenna. hec est dabir: anab ⁊ histemo ⁊ anym gosen ⁊ olon ⁊ gylo. ciuitates vndecim ⁊ ville earuz: Arab ⁊ roma ⁊ esaan ⁊ ianum ⁊ bethafua ⁊ afe ca athmatha ⁊ cariatharbe. hec est hebrō ⁊ sior: ciuitates nouē ⁊ ville eaꝝ. Maon ⁊ chermel ⁊ çiph ⁊ loche ieçrahel ⁊ iuca/daz ⁊ çanoe accaym gabaa ⁊ thāna ciui/tates decem ⁊ ville eaꝝ. Alul ⁊ bethsor ⁊ hiedormareth ⁊ bethanoth ⁊ helthecen ciuitates sex ⁊ ville eaꝝ Cariath baal: h̄ est cariathiarim vrbs siluaꝝ ⁊ arebba: ci uitates due ⁊ ville earuz. In deserto be tharaba meddyn ⁊ sacha ⁊ nebsā: ciuita tes salis. ⁊ engaddi: ciuitates sex ⁊ ville earuz. Fiūt simul cētuz quindecim. Je buseum autē hītatorē hierl'm nō potue rūt filij iuda d̄lere: hītauitq̄ iebuse⁹ cū filijs iuda in hierl'm vsq̄ ī p̄ntem diez.

XVI

Cecidit q̄z sors filioꝝ io/seph ab iordane ꝯ hiericho ⁊ ad aq̄s ei⁹ ab oriēte solitudo q̄ ascē dit de hiericho ad mōtē bethel. ⁊ egredit̄ de bethel luçā. trāsitq̄ t̄minū archiatha roth ⁊ descēdit ad occidētē iuxta t̄minū iefleti vsq̄ ad terminos bethoron infe/rioris ⁊ gaçer: finiunturq̄ regiōes eius mari magno: possederuntq̄ filij ioseph manasses ⁊ effraim. Et factus est termi nus filioꝝ effraim per cognatiōes suas ⁊ possessio eoꝝ ꝯtra orientez astaroth ad dar vsq̄ bethorō supiorē: egrediūturq̄ confinia in mare. Machmetath v̄o aq̄/lonem respicit ⁊ circūit terminos ꝯtra orientem in thanatselo. ⁊ pertrāsit a tor rente ianoe. descenditq̄ de ianoe ī atha/roth ⁊ noaratha ⁊ peruenit in hiericho. egrediturq̄ ad iordanem de taphua. p̄/transitq̄ contra mare in villam harun dineti. suntq̄ egressus eius in mare sal sissimum. Hec est possessio trib⁹ filioruz effraim per familias suas: vrbesq̄ sepa/rate sunt filijs effraī in medio possessio nis filioꝝ manasse ⁊ ville earum. Et nō interfecerunt filij effraim chananeum qui habitabat in gaçer: habitauitq̄ cha naneus in medio effraim vsq̄ in diem hanc tributarius.

XVII

Cecidit autem sors tribui ma/nasse ipse enim est primogenit⁹ ioseph. machir p̄iogenito ma nasse patri galaad qui fuit vir pugna/tor. habuitq̄ possessionē galaad ⁊ basan ⁊ reliquis filioruz manasse iuxta famili as suas. filijs abieçer ⁊ filijs helech ⁊ fi/lijs hesrihel ⁊ filijs sichem ⁊ filijs epher ⁊ filijs semida. Isti sunt filij manasse fi/lij ioseph. mares per cognationes suas Salphaat vero filio epher filij galaad filij machir filij manasse non erant filij sed sole filie. quarum ista sunt nomina. maala ⁊ noa et egla et melcha et thersa. Veneruntq̄ in conspectu eleaçari sacer dotis ⁊ iosue filij nun ⁊ principum di/centes: dominus precepit p̄ manū moy si vt daret̄ nobis possessio in medio fra/trum nostroꝝ. Deditq̄ iuxta imperiuz domini possessionem in medio fratrum patris eaꝝ. ⁊ ceciderunt funiculi manas se decez absq̄ terra galaad ⁊ basan trās iordanem. Filie enim manasse possede/runt hereditatem in medio filioruz ei⁹: Terra autem galaad cecidit in sortez fi/liorum manasse qui reliqui erant. Fuit q̄ terminus manasse ab aser machma/ta que respicit sychem ⁊ egreditur ad de xteram iuxta habitatores fontis tha/phue. Etenī in sorte manasse ceciderat terra thaphue: que est iuxta terminos manasse filioꝝ effraim. Descēditq̄ ter/min⁹ vallis harūdineti in meridiē tor/rēt̄ ciuitatū effraiz: q̄ in medio sunt vr biū manasse. Terminus manasse ab aq̄ lone torrētis ⁊ exit⁹ eius p̄git ad mare: ita vt possessio effraim sit ab austro. ⁊ ab aquilone manasse. et vtranq̄ claudat mare. ⁊ cōiungātur sibi in tribu aser ab aquilone. ⁊ in tribu ysachar ab oriente Fuitq̄ hereditas manasse in ysachar et

in aser. bersan ⁊ viculi eius. ⁊ iebblaan
cum viculis suis. ⁊ hitatores dor cū op
pidis suis. hitatores q̄z endor cū vicul'
suis fil'rq̄z hitatores thenach cum vicu
lis suis. ⁊ hitatores mageddo cuz vicul'
suis. ⁊ tertia ꝑs vrbis nophech. Nec po-
tuerūt filij manasse has ciuitates sub-
uertere. sed cepit chananeus hitare in
terra sua. Postq̄z autē ꝯualuerunt filij
israel. subiecerūt chananeos ⁊ fecerunt
sibi tributarios. nec interfecerunt eos.
Locutiq̄z sunt filij ioseph ad iosue. ⁊ di
xerūt: Quare dedisti mihi terrā ī posses-
sionē sortꝫ ⁊ funiculi vnius. cū sim tāte
multitudīs ⁊ bñdixerit mihi dñs? Ad
q̄s iosue ait: Si ꝓpl's multus es ascēde
in siluā. ⁊ succide tibi spatia in terra phe
reçei ⁊ raphaim: quia angusta est tibi
possessio mōtis effraim. Cui rñderūt fi-
lij ioseph: Nō poterim' ad mōtana con
scendere: cū ferreis curribꝫ vtantur cha
nanei qui habitāt in terra cāpestri: in q̄
siti sunt bersan cū vicul' suis. ⁊ ieçrahel
mediā possidēs vallez. Dixitq̄z iosue ad
domū ioseph ⁊ effraim ⁊ manasse. Po-
pulus multus es ⁊ magne fortitudīs.
nō habebis sortem vnā: sed trāsibis ad
mōtez. ⁊ succides tibi atq̄z purgabis ad
hitandū spatia. ⁊ poteris vltra ꝓcedere
cuz subuerteris chananeū quē dicis fer
reos hr̄e curr' ⁊ eē fortissimū. XVIII

Congregatiq̄z sunt oēs filij isrl'
in sylo. ibiq̄z fixerūt tab'naculuz
testimonij. ⁊ fuit eis terra sub-
iecta. Remāserāt autē filioꝝ isrl' septez
tribꝫ que necduz accepant possessiones
suas. Ad quos iosue ait: Usq̄z q̄ marcetꝫ
ignauia. ⁊ nō intratis ad possidēdaz ter-
ram quā dñs deus pr̄m vr̄oꝝ dedit vob
Eligite de singulis tribubus ternos vi
ros vt mittā eos. ⁊ ꝑgant atz circūeant
terrā ⁊ describāt eā iuxta nūeruz vnius-
cuiusq̄z multitudīs. referātq̄z ad me q̄d
descripserint. Diuidite vob terraz in se-
ptē ꝑtes. Iudas sit in termīs suis ab
australi plaga. ⁊ domus ioseph ab aqui
lone: mediā inter hos terram in septem
ꝑtes describite. ⁊ huc venietis ad me vt
coram domino deo vestro mittaz vobis
hic sortem. q̄z nō est inter vos pars leui
taꝝ. sed sacerdotiū dñi est eoꝝ hereditas
Gad aūt ⁊ rubē ⁊ dimidia tribꝫ manas
se. iam accepant possessiones suas trās
iordanē ad orientalē plagaz. q̄s dedit eis
moyses famulus dñi. Cūq̄z surrexissent
viri vt ꝑgerēt ad describendā terrā ꝑce-
pit eis iosue dicēs: Circūite terraz ⁊ de-
scribite eā. ac reuertimini ad me vt hic
corā dño deo vr̄o in sylo mittā vobis sor
tem. Itaq̄z ꝑrexerūt ⁊ lustrātes eaz in se
ptem ꝑtes diuiserūt scribentes in volu
mīe. reuꝫsiq̄z sunt ad iosue in castra sylo:
Qui misit sortes corā dño in sylo: diui
sitq̄z terrā filijs israel in septem partes
Et ascēdit sors p̄ma filioꝝ beniamin ꝑ
familias suas vt possiderēt terraz inter
filios iuda ⁊ filios ioseph. Fuitq̄z termi
nus eoꝝ ꝯtra aquilonē a iordane ꝑgēs
iuxta lat' hiericho septētrionalis plage.
⁊ inde ꝯtra occidentē ad mōtana ꝯscen-
dens ⁊ ꝑueniēs ad solitudinē bethauen
atq̄z pertāsiens iuxta lusam ad meridi-
em. ipsa est bethel: descēditq̄z in astaroth
addar in montem qui est ad meridiem
bethoron inferioris. ⁊ inclinatur circūi-
ens ꝯtra mare ad meridiem mōtis qui
respicit bethoron contra africuz. Sunt
q̄z exitus eius in cariathabaal. que voca
tur ⁊ cariathiarī vrbē filioꝝ iuda. Hec
est plaga ꝯtra mare ad occidentē. A me-
ridie aūt ex ꝑte cariathiarim egreditur
terminus ꝯtra mare. ⁊ peruenit vsq̄z ad
fontem aq̄ꝝ nepthoa. Descenditq̄z in ꝑ-
tem mōtis qui respicit vallē filioꝝ en-
nan. ⁊ est contra septentrionalem pla-
gam in extrema parte vallis raphaim.
Descēditq̄z in gehēnon. i. vallis ennon
iuxta lat' iebusei ad austrū. ⁊ ꝑuenit ad
fontē rogel trāsiēs ad aquilonez. ⁊ egre
diens ad ensemes. i. fontem solis. ⁊ per
trāsit vsq̄z ad tumulos qui sunt e regiōe
ascensus adōmim: descenditq̄z habenbo
em id ē lapidem boem filij ruben. ⁊ per-
trāsit ex latere aquilonis ad campestria
descenditq̄z in planitiez. ⁊ p̄tergredit' ꝯ
aq̄lonē bethagla: suntq̄z exit' eius ꝯtra

linguam maris salsissimi ab aquilone in fine iordanis ad australē plagam qui est terminus illius ab oriente. Hec est possessio filioꝝ beniamin per termīos suos in circūitu ⁊ familias suas. Fuerūtq; ciuitates eius hiericho ⁊ bethagla et vallis casis betharaba ⁊ samaraim ⁊ bethel ⁊ auim ⁊ affara ⁊ offora villa hemona ⁊ offui ⁊ gabee: ciuitates duodecim ⁊ ville earum. Gabaon ⁊ rāma ⁊ beroth ⁊ mesphe caphara ⁊ amosa ⁊ recem iarephel ⁊ tharela ⁊ sela heleph ⁊ iebus q̄ est hierusalem gabaad ⁊ cariath: ciuitates q̄ttuordecim ⁊ ville eaꝝ. Fuerūt omēs ciuitates vigintisex. Hec est possessio filioꝝ beniamī iuxta familias suas. XIX

Et egressa est sors secūda filioꝝ symeon ꝑ cognatiōes suas: fuitq; hereditas eoꝝ in medio possessiōis filioꝝ iuda. bersabee ⁊ sabee ⁊ molada ⁊ asersua baala ⁊ asem ⁊ heltholad bethularma ⁊ sicelech ⁊ bethmarchaboth ⁊ asersua ⁊ bethlepaboth ⁊ sarohez. ciuitates tredecim ⁊ ville eaꝝ. Aym ⁊ rēmon ⁊ athar ⁊ asan: ciuitates q̄ttuor et ville eaꝝ. Omēs viculi per circūituz vrbiū istaꝝ vsq; ad balaad bercameth ꝯtra australē plagam. Fueruntq; oēs ciuitates decē ⁊ septē. Hec est hereditas filioꝝ symeon iuxta cog̃tiones suas ī possessione ⁊ funiculo filioꝝ iuda. qꝛ maior erat. ⁊ idcirco filij symeon possederūt in medio hereditatis eius. Ceciditq; sors tertia filioꝝ çabulon per cog̃tiones suas. ⁊ factus est terminus possessionis filioꝝ çabulon vsq; sarit. Ascenditq; de mari ⁊ medalaa. ⁊ ꝑuenit ī debbaseth vsq; ad torrētem q̄ est ꝯ ieconan. ⁊ reuertit̄ d̄ sarith ꝯtra orientē in finē ceseleth thabor ⁊ egredit̄ ad dabereth ascenditq; ꝯ iasie ⁊ inde ꝑtransit vsq; ad orientalē plagaz gethefer ⁊ thachasin. ⁊ egredit̄ in rēmō amphar ⁊ noa. ⁊ circūit ad aq̄lonē ⁊ nathan. Sūtq; egressus eius vallis ieptahel ⁊ cathethet naalol ⁊ semron ⁊ iedaba ⁊ bethleem: ciuitates duodecim ⁊ ville earum. Hec est hereditas tribꝰ filioruz çabulon per cognationes suas. vrbes ⁊ viculi earuz. ysachar egressa est sors q̄rta per cognationes suas: fuitq; eius hereditas ieçrahel ⁊ casaloth ⁊ sunem ⁊ affraim ⁊ senon ⁊ naaroth ⁊ rabboth ⁊ cesien haemes ⁊ rameth ⁊ enganni ⁊ hennada ⁊ bethfeses. ⁊ peruenit terminus eius vsq; thabor ⁊ seesnna ⁊ bethsames erantq; exitus eius iordanis ciuitates sedecim ⁊ ville earum. Hec est possessio filiorum ysachar per cognationes suas vrbes ⁊ viculi earum. Ceciditq; sors q̄nta tribui filiorum aser per cognationes suas: fuitq; terminus eorum alchat et cali ⁊ bethen ⁊ axab ⁊ elmeleth ⁊ amaad ⁊ messal. ⁊ peruenit vsq; ad carmelū maris ⁊ syor ⁊ labanath: ac reuertitur ꝯtra orientem bethdagon. ⁊ pertrāsit vsq; çabulon ⁊ vallem ieptahel ꝯtra aquilonē in bethemeth ⁊ neiel: egrediturq; ad leuam cahul ⁊ acran ⁊ roob ⁊ amon ⁊ chana vsq; ad sydonem magnam. reuertiturq; in horma vsq; ad ciuitatem munitissimam tyrum ⁊ vsq; osam: erūtq; exitus eius in mare de funiculo acçiba et amma ⁊ afeg et roob: ciuitates viginti due ⁊ ville earum. Hec est possessio filiorum aser per cognationes suas: vrbesq; ⁊ viculi earum. Filiorum neptalim sexta pars cecidit per familias suas. ⁊ cepit terminus de beleb ⁊ helon sannanim ⁊ adami que est neceb ⁊ iebnahel. vsq; lecun. ⁊ egressus eorum vsq; ad iordanez reuertiturq; terminus contra occidentem ⁊ açauoth thabor: atq; inde egreditur in vcuca. ⁊ pertransit in çabulon cōtra meridiem. ⁊ in aser contra occidentem ⁊ in iuda ad iordanē ꝯ ortum solis ciuitates munitissime: assedim ser ⁊ ammad ⁊ rechath et cenereth et edema et arama asor et cedes ⁊ edrai nasor et ieron et magdihel horeç ⁊ bethanath ⁊ bethsames: ciuitates decem ⁊ nouē ⁊ ville eaꝝ. Hec ē possessio tribꝰ filioꝝ neptaliz per cognationes suas vrbes ⁊ viculi earum. Tribui filioꝝ dan ꝑ familias suas egressa ē sors septīa. ⁊ fuit t̄minꝰ possessionis eiꝰ saraa ⁊ hestaol ⁊ hairsemes. i. ciuitas solis: selebin ⁊ ahialon ⁊ iethela

helon ⁊ thēna ⁊ achron helcheten iebtō
⁊ baaladiud ⁊ bane ⁊ barach ⁊ iethrem-
mō atq; hiercon ⁊ arechon. cū termīo q̄
respicit ioppen. ⁊ ipso fine ꝯcludit̄. Ascē
derūtq; filij dan ⁊ pugnauerūt ꝯtra lesen.
ceperūtq; eam. ⁊ ꝑcusserūt eaz in ore gla
dij. ⁊ possederūt ⁊ hītauerūt in ea vocan
tes nomē eius lesen. dan ex nomīe dan
pr̄is sui. Hec est possessio trib⁹ filiorum
dan per cognationes suas: vrbes ⁊ vicu
li eaꝝ. Cūq; cōplesset sorte diuidere t̄rā
singulis per trib⁹ suas dederunt filij is-
rael possessionem iosue filio nun in me-
dio sui iuxta p̄ceptū domini. vrbez quā
postulauit tānathsaraa in mōtem effra-
im. Et edificauit ciuitatē habitauitq; ī
ea. He sunt possessiones quas sorte di-
uiserunt eleaçar sacerdos ⁊ iosue filius
nun. ⁊ principes familiaꝝ ac tribuū filio
rum israel in sylo. corā domino ad ostiū
tab̄nacl̄i testimonij. ꝑtitiq; sunt terram

XX

Et locutus est dn̄s ad io
sue dicens: Loq̄re filijs isrl̄ ⁊ dic
eis: Separate vrbes fugitiuoꝝ
de quib⁹ locutus sum ad vos ꝑ manuz
moysi: vt ꝯfugiat ad eas quicunq; aīaz
percusserit nescius ⁊ possit euadere iram
ꝓximi qui vltor est sanguīs. cū ad vnaz
haꝝ ꝯfugerit ciuitatuz: stabitq; ante por
tam ciuitatis ⁊ loq̄tur senioribꝰ vrbis
illius ea que se cōprobent innocētez: sic
q; suscipiēt eū ⁊ dabūt ei locum ad ha-
bitādum. Cunq; vltor sanguinis eum
fuerit ꝑsecutus. non tradent in man⁹
eius. q̄r ignorās ꝑcussit ꝓximū eius. nec
ante biduū triduū ve eius ꝓbat̄ inimi-
cus. Et habitabit in ciuitate illa donec
stet ante iudiciū causaz reddēs facti sui.
⁊ moriat̄ sacerdos magnus qui fuerit ī
illo tp̄e. Tūc reuertetur homicida. ⁊ in-
gredietur ciuitatem ⁊ domū suā de qua
fugerat. Decreuerūtq; cedes in galilea
montis neptalī. ⁊ sychem in mōte effra
im ⁊ cariatharbe. ip̄a est hebron in mon
te iuda. ⁊ trans iordanē ꝯtra orientalez
plagā hiericho statuerūt bosor q̄ sita est
in campestri solitudine de tribu ruben ⁊
ramoth galaad de tribu gad. ⁊ gaulon ī
basan de tribu manasse. He ciuitates cō
stitute sunt cunctis filijs isrl̄ ⁊ aduenis
qui habitabāt inter eos vt fugeret ad
eas qui aīam nescius ꝑcussissz. ⁊ nō mo
reret̄ in manu ꝓximi. effusum sangui-
nem vindicare cupiētis donec staret an
te ꝓpl̄m expositurus causaz suā.

XXI

Accesserūtq; principes familiaꝝ
leui ad eleaçaꝝ sacerdotem ⁊ io-
sue filiū nun. ⁊ ad duces cogna
tionū per singulas trib⁹ filioꝝ israel: lo-
cutiq; sunt ad eos in sylo terre chanaan
atq; dixerunt: Dominus precepit ꝑ ma
num moysi vt darent̄ nobis vrbes ad
habitādum ⁊ suburbana eaꝝ ad alenda
iumenta. Dederūtq; filij isrl̄ de posses-
sionib⁹ suis iuxta imperiū domini ciui-
tates ⁊ suburbana eaꝝ. Egressaq; ē sors
in familiā caath filiorū aarō sacerdotis
de tribu iuda ⁊ symeon ⁊ beniamin ciui
tes tredecim. ⁊ reliquis filioꝝ caath id ē
leuitis qui suꝑfuerant de tribub⁹ effra
im ⁊ dan ⁊ dimidie trib⁹ manasse. ciui-
tates decem. Porro filijs gerson egres-
sa est sors vt acciperēt de tribub⁹ ysach-
ar ⁊ aser ⁊ neptaliz. dimidiaq; tribu ma
nasse in basan ciuitates numero trede-
cim. Et filijs merari per cognatiōes su-
as de tribub⁹ ruben ⁊ gad ⁊ çabulon: vr
bes duodecim. Dederūtq; filij israel le-
uitis ciuitates ⁊ suburbana earuz sicut
precepit dominus per manum moysi.
singulis sorte tribuentes. De tribub⁹
filiorum iuda ⁊ symeō dedit iosue ciui-
tates: quaruz ista sunt nomina. filijs aa
ron per familias caath leuitici generis.
prima enim sors illis egressa est: caria-
tharbe pr̄is enach. que vocatur hebron
in monte iuda. ⁊ suburbana eius ꝑ cir-
cumitum. Agros vero ⁊ villas eius de-
derat caleph filio iephone ad possidēduz
Dedit ergo filijs aaron sacerdotis he-
bron confugij ciuitatem ac suburbana
eius. et lobnam cum suburbanis suis.
et iether et istimon et helon et dabir et
ain et iethan et bethsames cum sub-
urbanis suis. ciuitates nouem de tri-
bubus vt dictuz est duabus. De tribu

autez filioꝝ beniamin. gabaõ ⁊ gabae ⁊ anathot ⁊ almon cũ suburbanis suis. ciuitates q̃ttuor: oẽs simꝫ ciuitates filioꝝ aaron sac̃dotis tredecim cum suburbanis suis. Reliquis vo ꝑ familias filioꝝ caath leuitici generis hec est data possessio. De tribu effraiz vrbes ꝯfugij sychẽ cũ suburbanis suis in mõte effraiz ⁊ gaçer ⁊ iebsam ⁊ bethoron cuz suburbanis suis ciuitates q̃ttuor. De tribu q̃z dan helteco ⁊ gabathon ⁊ haialon ⁊ iethremmon cũ suburbanis suis. ciuitates q̃ttuor. Porro de dimidia tribu manasse tenach ⁊ iethrẽmon cuz suburbanis suis. ciuitates due. Oẽs ciuitates decẽ. et suburbana eaꝝ date sunt filijs caath inferioris gradus. Filijs q̃z gerson leuitici generis dedit de dimidia tribu manasse confugij ciuitates. gaulon in basan ⁊ bosram cum suburbanis suis. ciuitates duas. Porro de tribu ysachar. cesion ⁊ dabereth ⁊ iaramoth ⁊ engãnim cũ suburbanis suis. ciuitates q̃ttuor. De tribu autem aser. masan ⁊ abdon ⁊ elrath ⁊ roob cum suburbanis suis. ciuitates q̃ttuor. De tribu q̃z neptalim ciuitates confugij cedes in galilea ⁊ amothdor ⁊ carthari cũ suburbanis suis. ciuitates tres. Oẽs vrbes familiaꝝ gerson tredeciz cũ suburbãis suis. Filijs ãt merari leuitis ĩferioris gradus ꝑ familias suas: data ẽ de tribu çabulõ iecnal ⁊ cartha ⁊ dãna ⁊ naalol. ciuitates q̃ttuor cũ suburbãis suis. De tribu gad ciuitates cõfugij ramoth in galaad ⁊ manaim ⁊ esebon ⁊ iaçer. ciuitates q̃ttuor cũ suburbanis suis. De tribu ruben vltra iordanẽ cõtra hiericho ciuitates refugij: bosor in solitudĩe. misor ⁊ iaçer ⁊ iethson ⁊ maspha ciuitates q̃ttuor cũ suburbanis suit. Omnes vrbes filioꝝ merari per familias ⁊ cognatiões suas duodecim. Itaq̃z ciuitates vniuerse leuitaꝝ in medio possessionis filioꝝ israel. fuerũt quadragintaocto cũ suburbanis suis. singule per familias distribute. Deditq̃z dñs deus israeli oẽm terram quã traditurũ se p̃ribꝫ eoꝝ iurauerat: ⁊ possederunt illaz atq̃z habitauerunt in ea. Dataq̃z est ab eo pax in oẽs per circũituz nationes: nullusq̃z eis hostiũ resistere ausus est: sed cũcti in eoꝝ ditionẽ redacti sunt. Ne vnũ quidem verbũ qd̃ illis p̃stiturũ se esse ꝓmiserat. irritum fuit: sed rebus expleta sunt omnia.

XXII

Eodem tp̃e vocauit iosue rubenitas ⁊ gadditas. ⁊ dimidiaz tribuz manasse. dixitq̃z ad eos: Fecistis oĩa que p̃cepit vob̃ moyses famulus dñi: mihi q̃z in oĩbꝫ obedistis: nec reliquistis frẽs vr̃os longo tp̃e vsq̃z in p̃sentẽ diẽ: custodiẽtes imp̃iũ dñi dei vr̃i Quia igitur dedit dñs deus vr̃ fratribꝫ vr̃is quietẽ ⁊ pacẽ sicut pollicitus est: reuertimini ⁊ ite in tab̃nacula vr̃a ⁊ in terram possessionis quã tradidit vob̃ moyses famulus dñi trãs iordanẽ: ita dũtaxat vt custodiatis attẽte ⁊ op̃e compleatis mãdatum ⁊ legez quã p̃cepit vobis moyses famulus dñi: vt diligatis dñm deũ vr̃m. ⁊ ambuletis in oĩbꝫ vijs eius ⁊ obs̃uetis mãdata illiꝰ: adhereatisq̃z ei: ac s̃uiatis in omni corde. ⁊ in oĩ aĩa vr̃a Bñdixitq̃z eis iosue ⁊ dimisit eos. Qui reuersi sunt ĩ tab̃nacula sua. Dimidie aũt tribui manasse possessiõem moyses dederat in basan. ⁊ idcirco medie q̃ sup̃fuit dedit iosue sortez inter ceteros fratres suos trãs iordanẽ ad occidentalez eius plagam. Cunq̃z dimitteret eos in tabernacula sua ⁊ benedixisset eis. dixit ad eos. In multa substantia atq̃z diuitijs reuertimini ad sedes vestras cum argento ⁊ auro. ere ac ferro ⁊ veste multiplici. Diuidite predam hostium cum fratribus vestris. Reuersiq̃z sunt ⁊ abierunt filij ruben ⁊ filij gad ⁊ dimidia tribus manasse a filijs israel de sylo que sita est in chanaan: vt intrarẽt galaad terram possessionis sue: quam obtinuerãt iuxta imperium domini in manu moysi. Cunq̃z venissent ad tumulos iordanis in terrã chanaan. edificauerunt iuxta iordanẽ altare infinite magnitudĩs. Qd̃ cũ audissent filij isrl̃. ⁊ ad eos certi nũcij detulissent edificasse filios ruben ⁊

gad ⁊ dimidie tribus manasse altare in terra chanaan sup iordanis tumulos ꝯ filios israel. ꝯuenerūt oēs in sylo vt ascēderent ⁊ dimicarēt ꝯ eos. Et interī miserunt ad illos in terrā galaad phinees filiū eleaçari sacerdotis. ⁊ decem principes cuꝫ eo singulos de singulis tribubꝫ Qui venerūt ad filios ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribꝫ manasse in terram galaad. dixerūtq; ad eos. Hec mādat oīs ꝓpl'us dñi. Que est ista trāsgressio? Cur reliq̄stis dñm deū israel edificantes altare sacrilegum. ⁊ a cultu illius recedētes? An paꝝ vobis est ꝙ peccastis in beelphegor ⁊ vsq; in pñtem diē macula huius sceleris in vobis ꝑmanet: mlt'iq; de ꝓpl'o corruerūt? Et vos hodie reliquistis dñm. ⁊ cras in vniuersum israel ira eius deseuiet? Q si putatis īmundā esse terrā possessionis vr̄e. trāsite ad terrā in q̄ tabnaculū dñi ē ⁊ hītate int' nos: tm̄ vt a dño ⁊ a nr̄o ꝯsortio ñ recedat'. edificato altari p̄ter altare dñi dei nr̄i. Nōne achā filius çare p̄terijt mādatuꝫ dñi. ⁊ super oēꝫ ꝓpl'm israel ira ei⁹ incubuit? Et ille erat vnus homo atq; vtinam solus ꝑisset in scelere suo. Rñderūtq; filij ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribꝫ manasse p̄ncipibꝫ legationis isrl'. Fortissim⁹ dñs deus ipse nouit. ⁊ israel simul intelliget si p̄uaricatōnis aīo h̄ altare ꝯstruxim⁹: nō custodiat nos sed puniat nos in pñti. Et si ea mēte fecim⁹ vt holocausta ⁊ sacrificiū ⁊ pacificas victimas sup eo imponerem⁹ ipse querat ⁊ iudicet. ⁊ non ea magis cogitatiōe atq; tractatu vt dicerem⁹ cras dicent filij vr̄i filijs nr̄is: Quid vob' ⁊ domino deo israel? Terminuꝫ posuit dñs int' nos ⁊ vos o filij ruben ⁊ filij gad iordanē fluuiū: ⁊ idcirco ꝑtem nō habetis in domino. ⁊ per hanc occasiōem auertent filij vr̄i filios nr̄os a tīore dñi. Putauimus itaq; melius. ⁊ diximus: Extruam⁹ nobis altare. nō in holocausta neq; ad victimas offerēdas: sed in testimonium inter nos ⁊ vos. ⁊ sobolem nostrā. vr̄amq; ꝓgeniē vt ꝓuiamus dño. ⁊ iuris nr̄i sit offerre ⁊ holocausta ⁊ victimas ⁊ pacificas hostias. ⁊ neq̄q̄ dicant cras filij vr̄i filijs nr̄is. non est vobis ꝑs in dño. Q si voluerīt dicere: rñdebunt eis: Ecce altare dñi qd̄ fecerūt p̄res nr̄i non in holocausta. neq; in sacrificiū: sed in testimoniū nr̄m ac vr̄m. Absit a nob' h̄ scelus vt recedamus a dño ⁊ eius vestigia relinq̄mus. extructo altari ad holocausta ⁊ sacrificia ⁊ victimas offerēdas: preter altare dñi dei nr̄i qd̄ extructum ē ante tabnaculū eius. Quibꝫ audit' phinees sacerdos ⁊ p̄ncipes legationis israel qui erāt cum eo placati sunt. ⁊ verba filioꝝ ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manasse libentissime susceperunt. Dixitq; phinees filius eleaçari sacerdos ad eos Nunc scimus ꝙ nobiscum sit dominus qm̄ alieni estis a p̄uaricatiōe hac. ⁊ liberastis filios israel de manu dñi. Reuersusq; ē cū principibꝫ a filijs rubē ⁊ gad de terra galaad finiū chanaan ad filios israel: ⁊ retulit eis. Placuitq; sermo cūctis audientibꝫ. Et laudauerunt deum filij israel. ⁊ neq̄q̄ vltra dixerūt vt ascēderent ꝯtra eos atq; pugnarēt. ⁊ delerēt terrā possessiōis eoꝝ. Vocauerūtq; filij ruben ⁊ filij gad altare qd̄ extruxerāt: testimoniū nr̄m. ꝙ dñs ipse sit deus.

XXIII

Euoluto autē multo tempore postq̄ pacez dederat dominus israeli. subiectis in gyro nationibꝫ vniuersis. ⁊ iosue iam longeuo ⁊ persenilis etat'. postq̄ diuiserat terram filijs israel ꝓm quod dominus imꝑauerat: vocauit iosue omnem israeelꝫ maioresq; natu ⁊ principes ac duces ac magistros. dixitq; ad eos: Ego senui ⁊ progressioris etatis suꝫ: vosq; cernitis omnia que fecerit dominus deus vester cunctis per circūitum nationibus quomodo ꝓ vobis ipse pugnauerit. Et nūc quia vobis sorte diuisit omnem terraꝫ ab orientali parte iordanis vsq; ad mare magnuꝫ multeq; adhuc supsunt nationes: dñs deus vr̄ dispdet eas ⁊ auferet a facie vr̄a. ⁊ possidebit' terraꝫ sic vob' pollicitus est: Tm̄ cōfortamini ⁊ estote solliciti vt custodiat' cūcta q̄ scripta sūt

in volumine legis moysi ⁊ non declinetis ab eis neq; ad dexteraz neq; ad sinistrā ne postq̄z intraueritis ad gentes que inter vos future sunt. iuretis in nomie deop eap ⁊ ꝓuiatis eis ⁊ adoretis illos: sed adhereatis dño deo vro qđ fecistis vsq; in diez hāc. Et tūc auferet dñs de⁹ in ꝯspectu vro gentes magnas ⁊ robustissimas ⁊ nullus vobis resistere poterit Unus e vobis pseqūtur hostiū mille viros: q⁹ dñs deus vester ꝓ vobis ipse pugnabit sicut pollicit⁹ est. Ꝟ tm̄ diligētissime p̄cauete vt diligatis dñm deū vr̄m. Q si voluerit⁹ gētiū hap que inter vos habitāt erroribꝫ adherere. ⁊ cū eis miscere cōnubia atq; amicitias copulare: iam tunc scitote q⁹ dñs deus vester nō eas deleat ante faciē vr̄am: sed erūt vob in foueā ac laqueū ⁊ offendiculū et latere vestro. ⁊ sudes in oculis vr̄is. donec vos auferat atq; disperdat de terra hac optia quā tradidit vobis. En ego hodie ingrediar viam vniūse terre. ⁊ toto aīo cognoscetis q⁹ de oīb⁹ vobis que locut⁹ dñs p̄stituꝫ vobis eē pollicit⁹ est: vnū non p̄terierit incassum. Sic ergo impleuit ope qđ ꝓmisit. ⁊ ꝓspa cūcta venerūt: sic adducet sup vos quicq̄d maloꝝ cōminat⁹ est. donec vos auferat atq; dispdat de terra hac optia quā tradidit vob: eo q⁹ p̄terieritis pactū dñi dei vr̄i qđ pepigit vobiscum ⁊ seruieritis dijs alienis ⁊ adoraueritis eos. Cito atq; velociter ꝓsurget in vos furor dñi. ⁊ auferemini ab hac tra optima quam tradidit vobis. XXIIII

Congregauitq; iosue oēs tribꝰ israel in sychē. ⁊ vocauit maiores natu ac principes ⁊ iudices ⁊ mḡros. steteruntq; in ꝓspectu dñi. ⁊ ad pplm sic locutus est. Hec dicit dñs de⁹ israel. Trās fluuiū habitauerunt p̄res vr̄i ab initio: thare p̄ abraam ⁊ nachor fuieruntq; dijs alienis. Tuli q̄ p̄rem vestrū abraaz de mesopotamie finib⁹. ⁊ adduri eū in terrā chanaan. multiplicaui q; semē eius. ⁊ dedi ei ysaac. illiq; rursuz dedi iacob ⁊ esau. Et quib⁹ esau dedi mōtem seyr ad possidēduz. iacob vero ⁊ filij eius descenderūt in egyptum. Misiq; moysen ⁊ [illegible]ō. ⁊ ꝓcussi egyptū multis signis atq; p̄tēt⁊; eduxiq; vos ⁊ p̄res vestros de egypto. ⁊ venistis ad mare: persecutiq; sunt egyptij p̄res vr̄os cū curribꝰ ⁊ equitatu vsq; ad mare rubrum. Clamauerūt aūt ad dominū filij israel: qui posuit tenebras inter vos ⁊ egyptios. ⁊ adduxit sup eos mare ⁊ opuit eos Uiderūt oculi vestri cūcta que i egypto fecerim. ⁊ habitastis in solitudine multo tpe. ⁊ introduxi vos in terrā āmorrei qui habitabat trans iordanē. Cūq; pugnarēt contra vos. tradidi eos in manꝰ vras. ⁊ possedistis terrā eop atq; interfecistis eos. Surrexit autē balach filius sephor rex moab. ⁊ pugnauit cōtra israelem. Misitq; ⁊ vocauit balaā filiū beor vt malediceret vobis ⁊ ego nolui audire eum: sed econtrario per illū benedixi vobis ⁊ liberaui vos de manu ei⁹. Trāsistisq; iordanē ⁊ venistis ad hiericho: pugnauerūtq; ꝯtra vos viri ciuitatis ei⁹: ammorreus ⁊ phereꝫeus ⁊ chananeus ⁊ ethe⁹ ⁊ gergeseus ⁊ eue⁹ ⁊ iebuseus. et tradidi illos in manus vras. Misiq; ante vos scabrones. ⁊ eieci eos de locis suis duos reges āmorreop. nō in gladio ⁊ in arcu tuo: dediq; vobis terrā in q̄ non laborastis. ⁊ vrbes q̄s non edificastis vt habitaretis in eis vineas ⁊ oliueta que non plātastis. Nūc ḡ timete dñm ⁊ seruite ei perfecto corde atq; verissimo. ⁊ auferte deos quib⁹ fuierūt p̄res vr̄i in mesopotamia ⁊ in egypto ac fuite domino Sinautē malū vobis videt⁊ vt dño seruiatis. optio vob⁹ dat⁊. Eligite hodie qđ placet cui fuire potissimū debeatis: vtp dijs quib⁹ fuier⁊ p̄res vr̄i in mesopotamia. an dijs āmorreop in q̄p terra habitatis. Ego aūt ⁊ dom⁹ mea fuiem⁹ dño Rñditq; ppls ⁊ ait: Absit a nob vt relinquamn⁹ dñm ⁊ seruiamus dijs alienis. Dñs deus nr̄ ipse eduxit nos ⁊ p̄res nostros de terra egypti ⁊ de domo seruituꝫ fecitq; videntib⁹ nob sig̃ ingētia. ⁊ custodiuit nos in oi via p quā ambulauim⁹ ⁊ in cūctis pplis p q̄s trāsiuim⁹. ⁊ eiecit

vniuersas gentes amorreuz hitatorē terre quā nos itrauim⁹. Seruiem⁹ igit dño qz ipse est deus nr̄. Dixitqz iosue ad populū. Nō poteritis seruire dño: de⁹ enim scūs ⁊ fortis emulator est: nec ignoscet sceleribꝫ vr̄is atqz peccatis. Si dimiseritis dñm ⁊ seruieritis dijs alienis. ꝯuertet se ⁊ affliget vos atqz subuertet: postqz vobis p̄stiterit bona. Dixitqz ppl's ad iosue. Nequaqz ita vt loqris erit: sed dño seruiemus. Et iosue ad ppl'm: testes inquit vos estis: qz ipi elegeritis vob dñz vt seruiatis ei. Responderuntqz: Testes. Nūc ergo ait auferte deos aliēos de medio vr̄i. ⁊ inclinate corda vr̄a ad dñz deum isrl'. Dixitqz ppl'us ad iosue: Dño deo nr̄o seruiemus. ⁊ obediētes erim⁹ preceptis eius. Percussit g̃ iosue in die illo fedus. ⁊ ꝓposuit ppl'o p̄cepta atqz iudicia in sychē. Scripsit q̃z omnia v̄ba hec in volumine legis dñi. ⁊ tulit lapidē pergrandē. posuitqz eū subter quercum que erat ī sanctuario dñi. ⁊ dixit ad omnem populū. En lapis iste erit vobis in testimoniū q̄ audieritis oiā v̄ba dñi q̄ locutus est vobis: ne forte postea negare velitis ⁊ mentiri dño deo vestro. Dimisitqz populū singulos in possessionez suam. Et post hec mortuus est iosue filius nun seruus dñi centum decē annoꝝ sepelieruntqz eum in finibꝫ possessionis sue in tānathsare: que sita est in monte effraim. a septentrionali parte montis gaas. Seruiuitqz israel dño cūctis diebus iosue ⁊ senioꝝ qui lōgo vixerāt tp̄e post iosue. ⁊ qui nouerant omnia opera domini que fecerat ī israel. Ossa quoqz ioseph q̄ tulerāt filij israel de egypto sepelierunt in sychē ī parte agri quez emerat iacob a filijs emmor patris sychem centū nouellis ouibꝫ ⁊ fuit in possessionem filiorum ioseph. Eleaçar quoqz filius aaron mortuus est. ⁊ sepelierūt eū in gabaath phinees. filij eius: que data est ei in monte effraim.

Explicit liber iosue. Incipit lib̄ sophtiz quē nos Judicū appellam⁹. Caplm. I

Post mortez iosue ꝯsuluerūt filij isrl' dñm dicentes. Quis ascendet ante nos cōtra chananeū ⁊ erit dux belli: Dixitqz dñs: Judas ascendet. Ecce tradidi terrā in manu ei⁹: Et ait iudas symeoni fratri suo. Ascēde mecū in sortem meā. ⁊ pugna ꝯtra chananeū: vt ⁊ ego pergā tecū in sortē tuā. Et abijt cuz eo symeō. Ascēditqz iudas ⁊ tradidit domin⁹ chananeuz ac phereçeū in manus eoꝝ. ⁊ p̄cusserūt in beçech decē milia viroꝝ. Inuenerūtqz adonibeçech ī beçech. ⁊ pugnerūt ꝯ eū ac p̄cusserūt chananeuz ⁊ phereçeū. Fugit aūt adonibeçech. quē p̄secuti cōprehēderūt cesis summitatibus manuū ei⁹ ac pedum. Dixitqz adonibeçech. Septuaginta reges āputatz manuuz ac peduz summitatibꝫ colligebāt sub mēsa mea ciboꝝ reliquias: sicut feci. ita reddidit mihi de⁹. Adduxerūtqz eum in hierl'm ⁊ ibi mortuus est. Oppugnātes g̃ filij iuda hierl'm. ceperūt eaz ⁊ p̄cusserūt in ore gladij tradentes cunctā incēdio ciuitatem. Et postea descendentes pugnerūt ꝯtra chananeum qui hitabat in mōtanis ⁊ ad meridiē in cāpestribꝫ. Pergensqz iudas ꝯ chananeū qui habitabat in hebrō cui⁹ nomen fuit antiquit⁹ cariatharbe. p̄cussit sesai ⁊ haiman ⁊ tholmai: atqz inde ꝓfect⁹ abijt ad habitatores dabir: cui⁹ nomē vet⁹ erat cariathsepher. i. ciuitas litteraꝝ. Dixitqz caleph. Qui p̄cusserit cariathsepher ⁊ vastauerit eam dabo ei axam filiā meā vxorē. Cunqz cepisset eā othoniel filius ceneç frater caleph minor: dedit ei axaz filiā suā ꝯiugē. Quā p̄gentez in itinere monuit vir suus vt peteret a p̄re suo agrū. Que cū suspirasset sedēs in asino dixit ei caleph. Quid habes? At illa rn̄dit. Da mihi bn̄dictiōem: qz terrā arentez dedisti mihi: da ⁊ irriguā aquis. Dedit ergo caleph irriguum superius ⁊ irriguum inferius. Filij autez cinei cog̃ti moysi ascenderūt de ciuitate palmaꝝ

cum filijs iuda in sortem sortis ei⁹ qđ est ad meridiē arath: & habitauerūt cuz eo. Abijt autē iudas cū symeone fratre suo. & percusserūt simul chananeū qui hī tabat in sephat. & interfecerūt euz. Vocatū qz est nomē vrbis horma id ē anathema Cepitqz iudas gazaz cum finibz suis. & aschalonē atz accharon cū termis suis. Fuitqz dñs cū iuda. & mōtana possedit. Nec potuit delere hītatores vallis: quia falcatis curribz abundabāt. Dederunt qz caleph hebrō sic dixerat moyses: qui deleuit ex ea tres filios enach. Jebuseū autē hītatorē hierl'm nō deleuerūt filij beniamin: hītauitqz iebuseus cuz filijs beniamin in hierl'm vsqz in pñtem diez Dom⁹ qz ioseph ascēdit ī bethel: fuitqz dñs cuz eis. Spā cuz obsideret urbē q prius luza vocabat. viderunt hoiem egredientez de ciuitate. dixeruntqz ad eum. Ondē nob introitū ciuitatis & faciem⁹ tecum mīam. Qui cuz ondisset eis. percusserūt urbē in ore gladij. hoiem autez illū & oēm cogtionē ei⁹ dimiserūt. Qui dimissus abijt in terrā ethim & edificauit ibi ciuitatē vocauitqz eā luzam q̄ ita appellat vsqz in pñtem diez. Manasses qz nō deleuit bethsan & canath cum viculis suis. & hītatores dor & ieblaā & mageddo cum viculis suis: cepitqz chananeus hītare cū eis. Postqz autē ꝓfortatus est israel fecit eos tributarios & delere noluit. Effraim etiam nō interfecit chananeum qui hītabat in gazer. sz hītauit cum eo. Zabulō nō deleuit hītatores tethrō & naalō sed hītauit chanane⁹ in medio ei⁹ factusqz est ei tributarius. Aser qz nō deleuit hītatores accho & sidonis alab & achazib & āma & aphech & rohob: habitauitqz in medio chananei habitatoris illi⁹ terre nec interfecit euz. Neptalī qz nō deleuit hītatores bethsemes & bethanath. & hītauit int chananeū hītatorē terre: fuerūtqz eibethsemite & bethanite tributarij. Artauitqz āmorre⁹ filios dan in monte: nec dedit eis locuz vt ad planiora descenderēt: habitauitqz in mōte hares qđ interpt̄at testatio in haylō & salabim. Et aggrauata est manus domus ioseph: factⁱ⁹qz ē ei tributarius. Fuit aūt termin⁹ āmorrei ab ascē su scorpiōis petra & supiora loca.

VII

Ascenditqz angelus dñi de galgalis ad locuz fletiū & ait. Eduxi vos de egypto. & introduxi in terrā p q̄ iurauī pribz vris. & pollicitus sum vt nō facerē irritū pactū meum vobiscū in sempiternum. ita dūtaxat vt nō feriretis fedus cū hītatoribz terre huj⁹ & aras eor subūteretis. & noluistis audire vocē meam. Cur ꝺ fecistis? Quāobrem nolui delere eos a facie vra: vt habeatis hostes. & dij eor sint vobis in ruinam. Cūqz loqret angelus dñi hec verba ad oēs filios israel. eleuauerūt vocē suam & fleuerūt. Et vocatū est nomē loci illi⁹ locus flentiū siue lachrymar. ímolauerūtqz ibi hostias dño. Dimisit g̈ iosue pplm. & abierūt filij israel vnusq̄sqz in possessionē suā vt obtinerēt eā. Fuieruntqz dño cūctis diebz eius & seniorez qui lōgo post eū vixerūt tpe. & nouerant oīa opa dñi que fecerat cum isral. Mortuus est autē iosue filius nun famulus dñi centū & decez annor. & sepelierūt eū in finibz possessionis sue in thānathsare in mōte effraim a septētrionali plaga mōtis gaas. Defqz illa generatio cōgregata est ad pres suos. & surrexerunt alij qui nō nouerūt dñm. & opa que fecerat cū isral. Fecerūtqz filij israel malum in ꝺspectu dñi & fuierūt baalim. ac dimiserūt dñm deum patrū suor qui eduxerat eos de terra egypti. & secuti sunt deos alienos. deos q̄z pplor qui habitabāt in circuitu eor. & adorauerunt eos. & ad iracūdiā ꝓcitauerūt dñm. dimittentes eum. & seruientes baal & astaroth. Iratusqz dñs ꝓtra israel tradidit eos in manus diripientiū. qui ceperūt eos & vendiderūt hostibz qui habitabāt p gyrum nec potuerūt resistere aduersarijs suis: sed quocunqz pgere voluissent: manus dñi sup eos erat. sicut locut⁹ est & iurauit eis. & vexmēter afflicti sunt. Suscitauitqz dñs iudices qui liberarent eos

de vastantium manibꝫ: sed nec eos au-
dire voluerunt. fornicātes cuꝫ dijs alie
nis ⁊ adorantes eos. Cito deseruerunt
viā ꝑ quā ingressi fuerāt pr̄es eoꝝ ⁊ au-
diētes mādata dn̄i omīa fecere ꝯtraria.
Cunqꝫ dn̄s iudices suscitaret. in diebꝫ
eoꝝ flectebat̄ misericordia ⁊ audiebat af-
flictoꝝ gemitus. ⁊ liberabat eos de cede
vastantiū. Postq̄ aūt mortuꝰ esset iu-
dex reuꝫtebant̄. ⁊ multo faciebāt maio-
ra q̄ fecerāt pr̄es eoꝝ seq̄ntes deos alie
nos seruientes eis. ⁊ adorantes illos. Nō
dimiserūt adinuētiones suas. ⁊ viaꝫ du
rissimā ꝑ quam ambulare ꝯsueuerant.
Iratusqꝫ ē furor domini in israel. ⁊ ait:
Quia irritū fecit gēs ista pactuꝫ meuꝫ
qd̄ pepigerā cum pr̄ibꝫ eoꝝ ⁊ vocē meaꝫ
audire ꝯtempsit. ⁊ ego nō delebꝫ gētes
quas dimisit iosue. ⁊ mortuus est: vt in
ipsis experiar isrl̄ vtrū custodiāt viam
dn̄i. ⁊ ambulēt in ea: sicut custodierūt
pr̄es eoꝝ. an nō. Dimisit g̃ dn̄s oēs na-
tiones has. et cito subuertere noluit:
nec tradidit in manus iosue. III

HE sunt gentes quas dn̄s dereli
quit vt erudiret in eis israeleꝫ
⁊ oēs qui nō nouerāt bella cha-
naneoꝝ. ⁊ postea discerent filij eoꝝ certa
re cū hostibꝫ. ⁊ habere ꝯsuetudinē preliā
di. quinqꝫ satrapas philistinoꝝ. oēmqꝫ
chananeum ⁊ sidoniū. atqꝫ eueū qui hī
tabat in mōte libano de mōte baal her-
mon vsqꝫ ad introitū emath. Dimisit
qꝫ eos vt in ipsis expiretur israelē vtrū
audirēt mādata dn̄i q̄ p̄cepat pr̄ibꝫ eoꝝ
ꝑ manū moysi. an nō. Itaqꝫ filij isrl̄ hī-
tauerunt in medio chananei et ethei et
ammorrei ⁊ phereçei ⁊ euei ⁊ iebusei. et
duxerunt vxores filias eoꝝ: ipsiqꝫ filias
suas filijs eoꝝ tradiderūt: ⁊ seruierūt dijs
eoꝝ. Fecerūtqꝫ malum in ꝯspectu dn̄i.
⁊ obliti sunt dei sui seruientes baalim ⁊
astaroth. Iratusqꝫ ꝯtra israel dn̄s. tra-
didit eos in manus chusanrasathaim
regis mesopotamie seruierūtqꝫ ei octo an
nis. Et clamauerūt ad dn̄m qui suscita
uit eis saluatorē. ⁊ liberauit eos othoni-
el videlicet filiū ceneç frēm caleph mi-
norez: fuitqꝫ in eo spiritus domini: ⁊ iu-
dicauit israel. Egressusqꝫ est ad pugnaꝫ
⁊ tradidit dn̄s in manus eius chusan-
rasathim regem syrie. ⁊ oppressit eum.
Quieuitqꝫ terra q̄dragīta annis. ⁊ mor
tuus est othoniel filius ceneç. Addiderūt
autez filij israel facere maluꝫ in ꝯspectu
dn̄i: qui cōfortauit aduersum eos eglō
regeꝫ moab: quia fecerūt malū in ꝯspe-
ctu eius. Et copulauit ei filios āmon ⁊
amalech: abijtqꝫ ⁊ ꝑcussit isrl̄: atqꝫ posse
dit vrbē palmaꝝ. Seruierūtqꝫ filij isrl̄
eglon regi moab decē ⁊ octo annis ⁊ po-
stea clamauerūt ad dn̄m. Qui suscita-
uit eis saluatorem vocabulo aioth fili-
um gera filij gemini. qui vtraqꝫ manu
pro dextera vtebat̄. Miserūtqꝫ filij isrl̄
per illū munera eglon regi moab. Qui
fecit sibi gladium ancipitem hn̄tem in
medio capulū lōgitudinis palme ma-
nus. ⁊ accinctus est eo subter sagū in de
xtro femore. Obtulitqꝫ munera eglō re
gi moab. Erat aūt eglon crassus nimis
Cunqꝫ obtulisset ei munera ꝓsecutus
est socios qui cum eo venerant. ⁊ reuer-
sus de galgalis vbi erant idola. dixit ad
regem. Verbū secretū habeo ad te o rex
Et ille imperauit silentiū. Egressisqꝫ oī
bus qui circa eū erāt. īgressus est aioth
ad eum. Sedebat aūt in estiuo cenacu
lo solus. Dixitqꝫ. Verbuꝫ dei habeo ad
te. Qui statim surrexit de throno. Extē
ditqꝫ aioth sinistrā manum. ⁊ tulit sicā
de dextero femore suo. infixitqꝫ eam in
ventrē eius tam valide vt capulus seq̄-
ret̄ ferrū in vulnere: ac pinguissimo adi
pe stringeret̄. Nec eduxit gladiū. sed ita
vt ꝑcusserat reliquit in corpe: statimqꝫ
per secreta nature alui stercora ꝓrupert̄.
Aioth aūt clausis diligentissime ostijs
cenaculi ⁊ obfirmatis sera per posticum
egressus est. Seruiqꝫ regis ingressi. vi
derūt clausas fores cenaculi: atqꝫ dixerūt
Forsitan purgat aluū in estiuo cenacl̄o
Expectātesqꝫ diu donec erubescerent. et
videntes q̄ nullus aperiret. tulerūt cla
uem. ⁊ aperiētes inuenerūt dominū su
um in terra iacentem mortuuꝫ. Aioth

autem dum illi turbarẽtur.effugit ⁊ ꝑ
transijt locũ idoloꝝ vnde reuersus fue
rat.Uenitq; in seyrath.⁊ statim insonu
it buccina in mõte effraim.descenderũt
q; cum eo filij israel ipso in frõte gradi
ente.Qui dixit ad eos: Sequimini me.
Tradidit enĩ dñs inimicos nr̃os moa
bitas in manus nr̃as.Descenderuntq;
post eũ ⁊ occupauerũt vada iordanis q̃
trãsmittunt in moab ⁊ non dimiserũt
trãsire quẽq;:sed ꝑcusserunt moabitas
in tpe illo circiter decẽ milia oẽs robu
stos ⁊ fortes viros.Nullus eoꝝ euade
re potuit. Humiliatusq; est moab in die
illo sub mãu israel.⁊ quieuit terra octo
ginta annis a plijs.Post hunc fuit san
gar filiꝰ anath q̃ ꝑcussit d̃ philistijm sexcẽ
tos viros vomere.Et ipe q̃q; defẽdit isrl̃

Addideruntq; filij isrl̃ IIII
facere malũ in ꝯspectu dñi post
mortẽ aioth.⁊ tradidit illos do
minꝰ in manus iabin regis chanaan q̃
regnauit in asor.habuitq; ducẽ exercit⁹
sui noĩe sysaram. Ipse autẽ habitabat ĩ
aroseth gentium .Clamaueruntq; filij
isrl̃ ad dñm.Nongẽtos enĩ habebat fal
catos currꝰ.⁊ ꝑ viginti annos vexmen
ter oppressérat eos.Erat autẽ debora ꝓ
phẽtes vxor lapidoth.q̃ iudicabat ꝑplm
in illo tpe.⁊ sedebat sub palma q̃ nomi
ne illius vocabat̃:inter rama ⁊ bethel in
monte effraim.ascendebãtq; ad eaz filij
isrl̃ in omne iudiciuz.Que misit ⁊ voca
uit barach filiuz abinoem de cedes ne
ptalim.dixitq; ad eũ. Precepit tibi do
minꝰ deus isrl̃.Uade descẽde:⁊ duc exer
citum in mõtem thabor:tolleq; tecum
decem milia pugnatoꝝ de filijs neptaliz
⁊ de filijs çabulõ. Ego autẽ adducaz ad
te in loco torrẽtis cyson sysarã principẽ
exercitus iabin ⁊ currus eiꝰ atq; oẽm ml̃
titudinẽ:⁊ tradaz eos in manu tua.Di
xitq; ad eam barach:Si venis mecũ va
dam:si nolueris venire mecum non ꝓ
gam.Que dixit ad eũ . Ibo quidem te
cum sed in hac vice victoria nõ reputa
bitur tibi:quia in manu mulieris trade
tur sysara.Surrexit itaq; debora ⁊ ꝓce
sit cum barach in cedes.Qui accersitis
çabulon ⁊ neptalim ascendit cum decẽ
milibꝫ pugnatoꝝ hoĩs debora in comita
tu suo.Haber aũt cineus recesserat quõ
dam a ceteris cineis fratribꝫ filijs iuis
obab cognati moysi.⁊ tetenderat taber
nacula vsq; ad vallẽ que vocat̃ sennim.
⁊ erat iurta cedes.Nunciatumq; est sy
sare ꝙ ascendisset barach filius abinoez
in montem thabor. Et congregauit nõ
gentos falcatos currus.⁊ omnem exer
citum de aroseth gentium ad torrentẽ
cyson.Dixitq; debora ad barach: Sur
ge.Hec est enĩ dies in qua tradidit dñs
sysaram in manꝰ tuas. Ecce ipse ductor
est tuus.Descẽdit itaq; barach de mon
te thabor ⁊ decem milia pugnatoꝝ cum
eo.Perterruitq; dñs sysarã ⁊ oẽs cur
rus eius.vniuersamq; multitudinem
in ore gladij ad ꝯspectũ barach intãtuz
vt sysara de curru desiliens pedibꝫ fuge
ret.⁊ barach ꝑsequer̃ fugiẽtes currus ⁊
exercitum vsq; ad aroseth gentiũ.⁊ oĩs
hostiũ multitudo vsq; ad interitiõem
caderet.Sysara autem fugiens perue
nit ad tentoriuz iahel vxoris haber cinei.
Erat autẽ pax inter iabin regẽ asor.⁊ do
muz haber cinei.Egressa igit̃ iahel in oc
cursuz sysare.dixit ad eũ: Intra ad me
dñe mi:ne timeas.Qui ingressus taber
naculũ eius ⁊ optus ab ea pallio dixit
ad eam:Da mihi obsecro paululũ aq̃.
qꝝ sitio valde.Que aperuit vterem la
ctis.⁊ dedit ei bibere.⁊ opuit illũ .Dixit
q; sysara ad eam:Sta ante ostiũ taber
naculi:⁊ cũ venerit aliquis interrogãs te
⁊ dicens:nunquid hic est aliquis:rñde
bis:Nullus ẽ. Tulit itaq; iahel vxor ha
ber clauũ tabernaculi assumẽs pariter ⁊
malleũ.⁊ ingressa abscõdite ⁊ cum filen
tio.posuit supra tps capitis eius clauũ
percussumq; malleo defixit in cerebrum
vsq; ad terram:qui sopore mortis so
cians defecit:⁊ mortuus est.Et ecce ba
rach sequẽs sysarã veniebat.egressaq; ia
hel in occursuz eius dixit ei:Ueni.⁊ oñ
dam tibi virum quẽ queris.Qui cũ in
trasset ad eam.vidit sysarã iacentẽ mor

tuuz. ⁊ clauū infixū in tempe eius. Hu
miliauit ergo deus in die illo iabin regē
chanaan corā filijs israel: qui crescebāt
quotidie. ⁊ forti manu opprimebant ia
bin regē chanaā donec delerent eū. V

Cecineruntq; delbora ⁊ barach fi
lius abinoem in illo die dicen-
tes. Qui sponte obtulistis de isra
el aīas vr̄as ad periculuz: bn̄dicite dn̄o.
Audite reges auribꝫ ꝑcipite principes:
Ego sum ego sum q̄ dn̄o canā: psallam
dn̄o deo israel. Dn̄e cum exires de seyr.
⁊ transires ꝑ regiones edom. terra mo-
ta est: celiq; ac nubes distillauerūt aq̄s.
Mōtes fluxerūt a facie dn̄i. ⁊ sinai a facie
dn̄i d̄i isrl'. In diebꝫ sangar filij anath
in diebꝫ iahel quieuerunt semite ⁊ qui
ingrediebant̄ ꝑ eas ambulauerūt ꝑ cal
les deuios. Cessauerūt fortes in israel
⁊ quieuerūt donec surgeret delbora: sur-
geret mater in israel. Noua bella elegit
dn̄s: ⁊ portas hostiū ipse subuertit. Cly
peus ⁊ hasta si apparuerūt in quadragī-
ta milibꝫ israel. Cor meū diligit princi
pes israel: Qui ꝓpria voluntate obtuli-
stis vos discrimini bn̄dicite dn̄o: qui a-
scenditis sup̄ nitentes asinos. ⁊ sedetis
sup̄ in iudicio ⁊ ābulatis ī via loquimi
ni. Ubi collisi sunt curr⁹ ⁊ hostiū suffo-
catus est exercitus. ibi narrent̄ iusticie
dn̄i. ⁊ clemētia in fortes israel. Tunc de
scendit populus dn̄i ad portas: ⁊ obtinu
it principatum. Surge surge delbora:
surge surge ⁊ loquere canticum. Sur-
ge barach ⁊ apprehende captiuos tuos
fili abinoem. Saluate sunt reliquie po
puli. Dn̄s ī fortibꝫ dimicauit. Et effra-
im deleuit eos in amalech ⁊ post euz ex
beniamin in ꝓplos tuos o amalech. De
machir prīcipes descenderūt. ⁊ de çabu
lon qui exercitū ducerent ad bellanduz
Duces ysachar fuere cum delbora. ⁊ ba-
rach vestigia sunt secuti: qui quasi in p̄-
ceps ac baratrū se discrimini dedit. Di-
uiso contra se ruben. magnanimoꝝ re-
perta est contentio. Quare habitas in-
ter duos t̄mīos: vt audias sibilos gre-
gum? Diuiso contra se ruben: magna-
mei malicia adũsum te: reuelalꝺ aurez
tuã ꝛ dimittã te vt vadas in pace. et sit
dñs tecuz sicut fuit cũ ꝓre meo. Et si vi
xero. facies mihi misericordiã dñi: si ue
ro mortuꝰ fuero. nõ auferes misericor
diã tuã a domo mea vsqꝫ ĩ sempiternuz
Aut si nõ fecero qñ eradicauerit dñs i
imicos dauid vnũquenqꝫ de terra aufe
rat ionathan de domo sua. ꝛ requirat dñs
de manu inimicoꝝ dauid. Pepigit ꝙ io
nathas fedꝰ cuz domo dauid. Et requi
uit dñs de manu inimicoꝝ dauid. Et ad
didit ionathas dicere dauid eo ꝙ di
ligeret illũ. Sicut enĩ aiaz suã. ita dili
gebat eũ. Dixitqꝫ ad eũ ionathas. Cras
kalẽde sunt. ꝛ requireris. Requiret ei sessio
tua vsqꝫ perendie. Descẽdes ꝙ festinus
ꝛ venies in locũ vbi celandus es. in die
qñ opari licet. ꝛ sedeꝺ iuxta lapidez cui
nomẽ est ecel. Et ego tres sagittas mit
tam iuxta eũ. ꝛ iaciã q̃si exercens me ad
signuz. Puerũ q̃z ꝛ puerꝝ dicẽs ei: Uade
ꝛ affer mihi sagittas. Si dixero puero.
ecce sagitte intra te sunt. tolle eas: tuve
ni ad me: qꝛ pax tibi ẽ ꝛ nihil est mali vi
uit dñs. Si aũt sic locutꝰ fuero puero.
ecce sagitte vltra te sunt. vade ĩ pace: qꝛ
dimisitte dñs. De vlo aũt qõ locuti fu
imus ego ꝛ tu: sit dñs iter me ꝛ te vsqꝫ
in sempiternuz. Absc̃ditus ẽ ꝙ dauid ĩ
agro. ꝛ venerũt kalẽde. ꝛ sedit rex ad co
medẽdũ panẽ. Cumqꝫ sediſſet rex super
cathedrã suam ſm ꝯsuetudinẽ q̃ erat iu
xta parietẽ: surrexit ionathas ꝛ sedit ab
ner ex latere saul. vacuusqꝫ apparuit lo
cus dauid. ꝛ nõ ẽ locutꝰ saul q̃cqꝫ ĩ die il
la. Cogitabat enim q̃ forte eueniſſet ei vt
nõ eẽt mũdus nec purificatꝰ. Cũqꝫ illu
xiſſet dies scꝺa post kalẽdas. rursus ap
paruit vacuus locꝰ dauid. Dixitqꝫ saul
ad ionathan filiũ suũ. Cur nõ venit fili
us ysai nec heri nec hodie ad escenduz?
Rñditqꝫ ionathas sauli. Rogauit me
obnixe vt iret in bethleez. ꝛ ait. Dimit
te me: qñ̃ sacrificiuz solẽne ẽ in ciuitate
mea vnꝰ de fratribꝰ meis accersiuit me
Nunc ꝙ si inueni grãm in oculꝭ tuis: va
dam cito ꝛ videbꝫ frẽs meos. Ob hanc
causaz nõ venit ad mẽsaz regis. Irat⁹ au
tẽ saul adũsuz ionathã. dixit ei. Fili mu
lieris vltro viruz rapiẽtis: nunq̃d igno
ro qꝛ diligis filiuz ysai in ꝯfusionẽ tuaz.
ꝛ in ꝯfusionẽ ignominiose matris tue?
Cũctis enĩ diebꝰ q̃bus filiꝰ ysai vixerit
sup terrã. nõ stabilieris tu neqꝫ regnuz
tuũ. Itaqꝫ iã nunc mitte ꝛ adduc eũ ad
me: qꝛ filius mortis est. Rñdens autẽ io
nathas sauli ptri suo ait Quare morietꝰ?
Quid fecit? Et arripuit saul lanceaz vt
ꝑcuteret euz. Et intellexit ionathas ꝙ
diffinituz eẽt a ꝓre suo vt iterficeret da
uid. Surrexit ꝙ ionathas a mẽsa in ira
furoris. ꝛ nõ comedit in die kalendarũ
secũda panẽ. Cõtristatꝰ est enĩ super da
uid. eo ꝙ ꝯfudisset euz ptr suus. Cũqꝫ il
luxisset mane. venit ionathas in agruz
iuxta placitũ dauid. et puer puulus cuz
eo. Et ait ad puerꝝ suuz: Uade ꝛ affer mi
hi sagittas q̃s ego iacio. Cũqꝫ puer cu
curriſſet iecit aliã sagittã trans pueruz
Uenit itaqꝫ puer ad locuz iaculi qõ mi
serat ionathas. Et clamauit ionathas
post tergũ pueri. ꝛ ait: Ecce ibi ẽ sagitta
porro vltra te. Clamauitqꝫ iterum iona
thas post terguz pueri dicẽs: Festina ve
lociter ne steteris. Collegit autez puer
ionathe sagittas. ꝛ attulit ad dñm suuz.
ꝛ q̃d ageret penitus ignorabat. Tm̃mo
do enĩ ionathas ꝛ dauid rem nouerant
Dedit ꝙ ionathas arma sua puero. ꝛ di
xit ei: Uade ꝛ defer in ciuitatẽ. Cũqꝫ ab
iſſet puer surrexit dauid de loco q̃ vrge
bat ad austruz. ꝛ cadẽs ꝓnus in terrã ad
oravit tertio. Et osculãtes se alterutrũ
fleuerunt pariter: dauid autẽ ãplius. Di
xit ꝙ ionathas ad dauid: Uade in pace.
Quecunqꝫ iurauimꝰ ambo in noĩe dñi
dicẽtes: dñs sit inter me ꝛ te. ꝛ inter se
men tuũ ꝛ semẽ meum vsqꝫ ĩ sempiter
num. Et surrexit dauid ꝛ abiit: sed ꝛ io
nathas ingressus est ciuitatẽ. XXI

Uenit autẽ dauid ĩ nobe ad achi
melech sacerdotem. Et obstu
puit achimelech. eo ꝙ veniſſet
dauid et dixit ei: Quare tu solus. ꝛ nul

lus est tecum? Et ait dauid ad achimelech sacerdotem: Rex precepit mihi sermonem, et dixit: Nemo sciat rē propter quā missus es a me, et cuiusmodi precepta tibi dederim. Naz et pueris meis cōdixi in illū et illuz locum. Nunc ḡ si quid habes ad manuz vel quicq̄ panes da mihi, aut quicq̄d inueneris. Et rīdens sacerdos ad dauid, ait illi Non hēo laicos panes ad manū: sz tm̄ panē sanctū. Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribz manducēt. Et rīndit dauid sacerdoti, et dixit ei: Et quidē si de mulieribz agitur: continuimus nos ab hesterni et nudiustertiuz qm̄ egrediebamur, et fuerūt vasa puerorū sancta. Porro via hec polluta est: sed et ipa hodie scificabit in vasis. Dedit ergo ei sacerdos scificatum panē. Neq̄ enī erat ibi panis nisi tm̄ panes ppositionis qui subleuati fuerāt a facie dn̄i vt ponerent panes calidi. Erat aūt ibi vir quidā de seruis saul in die illa int' in tabernaculo dn̄i, et nomen eius doech idumeus potētissimus pastor saul. Hic pascebat mulas saul. Dixit autē dauid ad achimelech: Si habes hic ad manū hastam aut gladiū, da mihi: q̄z gladiuz meum et arma mea nō tuli mecū. Sermo enī regis vrgebat. Et dixit sacerdos: Ecce hic gladius goliath philistei quē percussisti in valle terebinthi: est inuolut' pallio post ephot. Si istum vis tollere, tolle. Neq̄ enī hic est alius absq̄ eo. Et ait dauid: Nō ē huic alter sil'is: Da mihi eum. Surrexit itaq̄ dauid, et fugit in die illa a facie saul, et venit ad achis regē geth. Direruntq̄ serui achis cuz vidissent dauid: Nūquid nō iste est dauid rex terre? Nōne huic cantabāt p choros dicentes: percussit saul mille, et dauid decem milia? Posuit aūt dauid sermōes istos in corde suo, et extimuit valde a facie achis regis geth. Et mutauit os suū coram achis, et collabebat inter manus eorum, et impingebat in ostia porte: defluebantq̄ saliue ei' in barbaz. Et ait achis ad suos suos: Vidistis hoiem insanum q̄re adduxistis eū ad me? An desunt no-

bis furiosi, q̄z introduxistis istum vt fureret me psente? Dimittite illum hinc ne ingrediat' domū meā.

CAPUT XXII

Abiit ergo dauid inde, et fugit in spelūcam odollam. Qđ cuz audissent frēs eius et oīs dom' patris ei' descēderūt ad euz illuc. Et cōuenerunt ad eū oēs qui erāt in angustia cōstituti, et oppressi ere alieno et amaro aio et fact' est eoz princeps. Fuerūtq̄ cū eo q̄si q̄dringenti viri. Et pfectus ē dauid inde in maspha, que est moab. Et dixit ad regē moab: Maneat ozo pr̄ meus et mater mea vobiscū: donec sciā quid faciat mihi deus. Et reliq̄t eos ante faciez regis moab. Manserūtq̄ apud eū cunctis diebz quibz dauid fuit in psidio. Dixitq̄ gad, pphēta ad dauid: Noli manere in psidio. Proficiscere et vade in terraz iuda. Et pfectus est dauid, et venit in saltum areth. Et audiuit saul q̄ apparuisset dauid, et viri q̄ erant cū eo. Saul autē cum maneret in gabaa et eēt in nemore qđ est in rama, hastaz manu tenens, cunctiq̄ serui ei' circūstarēt euz: ait ad seruos suos q̄ assistebant ei: Audite me nunc filij gemini. Nunq̄d oīb vobis dabit filius isai agros et vineas et vniuersos vos faciet tribunos et centuriones qm̄ coniurastis oēs aduersuz me, et nō est qui mihi renūciet, marie cuz et fili' me' fedus iunxerit cū filio isai? Nō est q̄ vicē meā doleat ex vobis: nec qui annunciet mihi, eo q̄ suscitauerit fili' meus suuz meum aduersuz me insidiantē mihi vsq̄ hodie. Rīndens aūt doech idume' qui assistebat, et erat prim' inter suos saul: vidi inquit filiū isai in nobe apud achimelech filiū achitob sacerdotē. Qui cōsuluit p eo dn̄m: et cibaria dedit ei. Sed et gladiū goliath philistei dedit illi. Misit ergo rex ad accersiendum achimelech sacerdotē filiuz achitob, et oēm domum pr̄is eius sacerdotum qui erāt in nobe. Qui vniuersi venerunt ad regē. Et ait saul ad achimelech: Audi fili achitob. Qui rīndit: Presto suz dn̄e. Dixitq̄ ad eum saul: Quare coniurastis aduersuz

me tu ⁊ filiꝰ ysai. ⁊ dedisti ei panes ⁊ gla/
dium. ⁊ consuluisti pro eo dñm vt psur
geret aduersuz me insidiator vsqꝫ hodie
pmanens? Rñdensqꝫ achimelech regi
ait. Et quis in oibus fuis tuis sicut da
uid fidelis ⁊ gener regis. ⁊ pgens ad im
perium tuuz. ⁊ gloriosus in domo tua?
Nũ hodie cepi p eo cõsulere dñm? Ab/
sit hoc a me. Ne suspiceꝛ rex aduersum ser
uum suũ rem huiuscemodi in vniuer/
sa domo ptis mei. Nõ enĩ sciuit seruus
tuus quicqꝫ sup hoc negocio. vel modi/
cum vel grãde. Dixitqꝫ rex: Vorte mo/
rieris achimelech: tu ⁊ ois domus ptis
tui. Et ait rex emissario q̃ circũstabant
eum: Conuertimini. ⁊ interficite sacer/
dotes dñi. Naz manus eoꝝ cuz dauid ẽ:
sciẽtes q̃ fugisset. ⁊ nõ indicauerũt mi/
hi. Noluerũt autez serui regis extẽdere
manꝰ suas in sacerdotes dñi. Et ait rex
ad doech: Cõuertere tu. ⁊ irrue in sacer
dotes dñi. Conuersusqꝫ doech idumeꝰ.
irruit in sacerdotes. ⁊ trucidauit in die
illa octogintaq̃nqꝫ viros vestitos ephot
lineo. Nobe autẽ ciuitatẽ sacerdotũ per
cussit in ore gladij viros ⁊ mulieres et
paruulos ⁊ lactantes bouẽqꝫ ⁊ asinuz ⁊
ouem in ore gladij. Euadens aũt vnus
filius achimelech filij achitob: cuiꝰ no/
men erat abiathar. fugit ad dauid. ⁊ an/
nunciauit ei q̃ occidisset saul sacerdotes
dñi. Et ait dauid ad abiathar: Sciebaz
enĩ in die illa q̃ cũ ibi eẽt doech idumeꝰ
proculdubio annũciaret sauli. Ego suz
reus oĩm aniaꝝ ptis tui. Vane mecuz
ne timeas. Si q̃s quesierit aĩam meaz
querat et animam tuam. mecumqꝫ ser/
uaberis.

XXIII

ET annũciauerũt dauid dicẽtes
Ecce philistiim oppugnãt ceilã
⁊ diripiũt areas. Consuluit er
go dauid dñm dicens: Nũ vadã ⁊ pcuti
az philisteos istos? Et ait dñs ad dauid
Vade ⁊ pcuties philisteos. ⁊ saluaꝭ cei
lam. Et dixerũt viri q̃ erãt cuz dauid ad
eum: Ecce nos hic in iudea cõsistentes
timemus: q̃ntomagis si erimꝰ in ceila
aduersum agmia philistinoꝝ? Rursuz
ergo dauid consuluit dñm. Qui respõ/
dens ait ei. Surge ⁊ vade in ceilã. Ego
enim tradam philisteos in manu tua.
Abiit ergo dauid ⁊ viri eius in ceilaz. et
pugnauit aduersum philisteos. Et abe
git iumẽta eoꝝ ⁊ pcussit eos plaga ma/
gna. ⁊ saluauit dauid habitatores ceile.
Porro eo tpe quo fugiebat abiathar fi
lius achimelech ad dauid i ceilaz: ephot
secum habens. descenderat. Nunciatũ ẽ
autẽ sauli q̃ venisset dauid in ceilaz. Et
ait saul: Tradidit eum dñs in manꝰ me
as. cõclususqꝫ ẽ introgressus vrbez in q̃
porte ⁊ sere sunt. Et precepit saul oĩ po/
pulo vt ad pugnam descẽderet ad ceilaz
⁊ obsideret dauid ⁊ viros eius. Qđ cũ
dauid resciſſet q̃ preparet ei saul clam
malum. dixit ad abiathar sacerdotem:
Applica ephot. Et ait dauid. Dñe deꝰ is/
rael. audiuit famam seruus tuus q̃ di/
sponat saul venire in ceilam. vt euertat
vrbem ppter me. Si tradẽt me viri cei/
le in manus eius. ⁊ si descendet saul si/
cut audiuit seruus tuus: dñe deus isra/
el indica seruo tuo. Et ait dñs. Descen
det. Dixitqꝫ rursum dauid. Si tradent
me viri ceile ⁊ viros qui sunt mecuz in
manꝰ sanl? Et dixit dñs: Tradẽt. Sur
rexit ergo dauid ⁊ viri eius q̃si sexcenti
⁊ egressi de ceila huc atqꝫ illuc vagaban
tur incerti. Nunciatũqꝫ est saul q̃ fugis
set dauid de ceila ⁊ saluatus esset: quam
obrem dissimulauit exire. Morabaꝭ au
tem dauid in deserto in locꝭ firmissimis
manſitqꝫ in monte solitudinis ziph in
monte opaco. Querebat eũ tñ saul cũ/
ctis diebꝰ: ⁊ nõ tradidit euz dñs in ma/
nus eius. Et vidit dauid q̃ egressus es
set saul vt q̃reret aĩam eius. Porro da/
uid erat in deserto ziph in silua. Et sur/
rexit ionathas filius saul et abiit ad da/
uid in siluam ⁊ cõfortauit manus eius
in deo. dixitqꝫ ei. Ne timeas. Neqꝫ enim
inueniet te manus saul ptis mei. Et tu
regnabis sup israel. ⁊ ego ero tibi secun
dus. Sed ⁊ saul pt meus scit hoc. Per
cussit q̃ vterqꝫ fedus coram dño. Man/
sitqꝫ dauid in silua. ionathas autem re/

uersus est in domũ suã. Ascẽderũt autẽ ciphi ad saul in gabaa dicẽtes: Nõne ecce dauid latitat apud nos in locis tutissimis silue in colle achile q̃ est ad dexteraz deserti? Nunc g̃ sicut desiderauit anima tua vt descẽderes. descende. nostruz autẽ erit vt tradamus eũ in manꝰ regis Dixitq; saul. Benedicti vos a dño: qz doluistis vicẽ meam. Abite g̃ ozo & diligẽtius preparate. & curiosius agite. & cõsiderate locum vbi sit pes eius. vel q̃s viderit eũ ibi vbi dixistis. Recogitat enim de me q̃ callide insidier ei. Considerate & videte oĩa latibula eius ĩ quibꝰ abscõditur: & reuertimini ad rem certã vt vadam vobiscũ. Qd̃ si etiã in terraz se obstruxerit: pscrutabor eũ in cũctis milibꝰ iuda. At illi surgentes abierũt ĩ ciphꝫ ante saul. Dauid aũt & viri eius erãt in deserto maon in campestribꝰ ad dexterã iesimuthꝫ. Iuit g̃ saul & socij eius ad querendũ eum. Et nunciatũ est dauid: statiq; descendit ad petrã. & versabaf in deserto maon. Qd̃ cum audisset saul. psecutus est dauid in deserto maon. Et ibat saul & viri eius ad latus montis ex pte vna. dauid autẽ & viri eius erãt in latere mõtis ex pte altera. Porro dauid desperabat se posse euadere a facie saul. Ita q; saul & viri eius in moduz corone cingebant dauid & viros eiꝰ vt capent eos Et nuncius venit ad saul dicens: Festina & veni quoniã infuderũt se philistiiz sup terram. Reuersus est g̃ saul desistẽs psequi dauid. & perexit in occursum philistinoꝝ. Propter hoc vocauerũt locum illum petrã diuidentẽ. ¶ XXIIII

Ascendit g̃ dauid inde. & habitauit in locis tutissimis engaddi. Cũq; reuersus eẽt saul postq; psecutus est philisteos. nũciauerunt ei dicentes: Ecce dauid in deserto est engaddi. Assumẽs g̃ saul tria milia electorum virorũ ex omni isrl̃. perexit ad inuestigandũ dauid & viros eius etiam sup abruptissimas petras q̃ solis ibicibus p uie sunt. Et venit ad caulas ouium q̃ se offerebãt viantĩ: eratq; ibi spelunca quã ingressus est saul vt purgaret ventrem Porro dauid & viri eius in interioze pte spelunce latebant. Et dixerũt pui dauid ad eum: Ecce dies de qua locutus ẽ dñs ad te: ego tradã tibi inimicũ tuum vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit g̃ dauid & pscidit ozã chlamidis saul sileter. Post hec pcussit coz suũ dauid: eo q̃ abscidisset ozam chlamidis saul. Dixitq; ad viros suos: Propitius sit mihi dñs ne faciam hanc rem domino meo christo dñi vt mittam manum meã in eũ. qz christus dñi est. Diuit dominus: qz nisi dñs pcusserit euz aut dies eius venerit vt moziatur. aut descendens in preliũ perierit. ppitius mihi sit dñs vt nõ mittam manũ meã in xpum dñi. Et confregit dauid viros suos sermonibꝰ istis. & nõ permisit eos vt consurgerent in saul. Porro saul exurgens de spelunca pgebat cepto itinere. Surrexit autẽ dauid post euz. & egressus de spelunca clamauit post tergum saul dicens Dñe mi rex. Et respexit saul post se & inclinans se dauid pronus in terrã adozauit. Dixitq; ad saul: Quare audis ꝟba hoĩum loquẽtium: dauid q̃rit malum ad uersum te? Ecce hodie viderũt oculi tui q̃ tradiderit te dñs in manu mea ĩ spelunca. & cogitaui vt occiderem te. sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim. Non extẽdam manum meã in dñm meum: qz christus dñi est. Quin potius pr̃ mi vide & cognosce ozam chlamidis tue ĩ manu mea: quõ cum pscinderem summitatem chlamidis tue: nolui extẽdere manum meã in te. Animaduerte & vide q̃niam non ẽ in manu mea malũ neq; iniquitas: neq; peccaui in te. Tu autẽ insidiaris anĩe mee vt auferas eã. Judicet dñs ĩter me & te & vlciscat me dñs ex te manus aũt mea nõ sit in te: sicut & in puerbio antiquo dicit. Ab impijs egredietur impietas. Manus g̃ mea nõ sit in te. Quẽ pseqũris rex israel quẽ pseqũris? Canẽ mortuũ pseqũris & pulicẽ vnum? Sit dñs iudex & iudicet inter me & te. & videat & iudicet causam meã & eruat me

de manu tua. Cū autez cōpleſſet dauid
loquēs ſermones hmuſcemōi ad ſaul.
dixit ſaul: Nunqd vox hec tua eſt fili mi
dauid? Et leuauit ſaul vocē ſuā ⁊ fleuit
dixitq; ad dauid: Juſtior tu es q̄ ego.
Tu enim tribuiſti mihi bona: ego autez
reddidi tibi mala. Et tu idicaſti mihi bo
die q̄ feceris mihi bona: quō tradiderit
me dñs i manu tua. ⁊ nō occideris me.
Quis enī cū inuenerit inimicū ſuū di⸗
mittet eū in via bona? Dz dñs reddat
tibi vicissitudinē hanc p eo quod hodie
opatus es i me. Et nūc qz ſcio q̄ certiſ⸗
ſime regnabis ⁊ habitur⁹ in manu
tua regnū iſrl: iura mihi in dño ne dele⸗
as ſemē meum poſt me. neq; auferas no
men meū de domo patris mei. Et iura⸗
uit dauid ſauli. Abiit q̄ ſaul in domuz ſu
am ⁊ dauid ⁊ viri eius aſcenderunt ad
tutiora loca.

XXV

Mortuus eſt autē ſamuel. ⁊ con
gregatus ē vniūſus iſrl. ⁊ plan
xerūt eū nimis ⁊ ſepelierūt euz
in domo ſua i ramatha. Conſurgenſq;
dauid deſcēdit in deſertuz pharan. Erat
aūt vir quiſpiā in ſolitudie maon ⁊ poſ
ſeſſio eius in carmelo. ⁊ hō ille magnus
nimis: erātq; ei oues tria milia ⁊ mille
capre. Et accidit vt tonderet grex eius
in carmelo. Nomē aūt viri illi⁹ erat na
bal. ⁊ nomē vxoris eius abigail. Eratq;
mlier illa prudētiſſima ⁊ ſpecioſa. Vi⁹
ro vir eius durus ⁊ peſſimus ⁊ malicio
ſus. Erat aūt de genere caleph. Cū aūt
audiſſet dauid i deſerto q̄ tonderet na⸗
bal gregē ſuuz. miſit decē iuuenes ⁊ di⸗
xit eis: Aſcendite in carmelū. ⁊ venietiſ
ad nabal. ⁊ ſalutabitiz eum ex nōie meo
pacifice. ⁊ ſic dicetis: Sit fratribz meis
⁊ tibi pax ⁊ domui tue pax. ⁊ oībus q̄cū⸗
q; habes ſit pax. Ex multz annis ſaluos
faciens tuos ⁊ oīa tua: Audiui q̄ tonde
rent paſtores tui greges tuos q̄ erant
nobiſcuz in deſerto. Nunq; eis moleſti
fuim⁹. nec aliq̄n defuit quicq; eis de gre
ge oī tpe quo fuerūt nobiſcū in carme⸗
lo. Interroga pueros tuos. ⁊ idicabūt
tibi. Nunc q̄ inueniāt pueri tui grāz in
oculis tuis (In die enī bona venimus
ad te) Quōcunq; inuenerit manus tua
da ſeruis tuis ⁊ filio tuo dauid. Cunq;
veniſſent pueri dauid: locuti ſunt ad na
bal oīa verba hec ex nōie dauid ⁊ ſiluerūt
Rñdēs autem nabal pueris dauid. ait.
Quis eſt dauid ⁊ q̄s eſt fili⁹ iſai? Hodie
increuerūt ſui q̄ fugiūt dños ſuos. Tol
lam q̄ panes meos ⁊ aq̄s meas ⁊ carnes
pecoꝝ q̄ occidi tonſoribz meis ⁊ dabo ui⁹
ris q̄s neſcio vnde ſint? Regreſſi ſunt
itaq; pueri dauid p viam ſuaz ⁊ reuerſi
venerūt ⁊ annūciauerūt ei omnia verba
q̄ dixerat nabal. Tunc ait dauid pueris
ſuis: Accingatur vnuſquiſq; gladio ſuo
Et accincti ſūt ſinguli gladijs ſuis. Ac⸗
cinctuſq; ē ⁊ dauid enſe ſuo. ⁊ ſecuti ſūt
dauid q̄ſi q̄dringenti viri. Vero duce
ti remanſerūt ad ſarcinas. Abigail aūt
vxori nabal nūciauit vn⁹ de pueris ſuis
dicens. Ecce dauid miſit nūcios de de⸗
ſerto vt benedicerēt dño nr̄o. ⁊ auerſa⸗
tus eſt eos. Boies iſti bni ſatis fuerūt
nobis ⁊ nō moleſti. nec quicq; aliq̄n pe⸗
rijt oī tpe quo fuim⁹ conuerſati cū eis in
deſerto. Vro muro erāt nobis tā in no
cte q; in die oībus diebz quibz pauim⁹
apud eos greges. Quāobrem cōſidera
⁊ recogita q̄d facias: qm̄ cōpleta eſt ma⸗
licia aduerſuz virū tuū ⁊ aduerſum do⸗
mū tuam. ⁊ ipe eſt filius belial: ita vt ne
mo poſſit ei loqui. Feſtinauit igitur abi
gail. ⁊ tulit ducētos panes ⁊ duos vtres
vini. ⁊ quinq; arietes coctos. ⁊ q̄nq; ſa⸗
ta polente. ⁊ centū ligaturas vue paſſe.
⁊ ducentas maſſas caricarū ⁊ poſuit ſu⸗
per aſinos. dixitq; pueris ſuis: Precedi
te me ⁊ ecce ego poſt tergū ſequar vos.
Viro aūt ſuo nabal nō indicauit. Cum
ergo aſcendiſſet aſinū ⁊ deſcenderet ad
radicē montis: dauid ⁊ viri ei⁹ deſcende
bant in occurſum eius. Quibz ⁊ illa oc
currit. Et ait dauid: Vere fruſtra ſerua
ui oīa que hui⁹ erāt in deſerto. ⁊ non pe
rijt quicq; de cūctis q̄ ad eū ptinebant.
⁊ reddidit mihi malum p bono. Hec faci
et dñs inimicis dauid ⁊ hec addat: ſi re⸗
liquero de oībz que ad ipm ptinēt vſq;

mane mingentē ad parietē. Cum autē vidisset abigail dauid: festinauit ⁊ descē/dit de asino. ⁊ pcidit coꝝ dauid super fa ciem suā: ⁊ adorauit sup terrā. ⁊ cecidit ad pedes eius. ⁊ dixit: In me sit dñe mi hec iniq̄tas. Loquat̄ obsecro ancilla tua in auribꝫ tuis. ⁊ audi verba famule tue. Ne ponat oro dñs meus rex cor suuꝫ su pervirum istū iniquū nabal: qm̄ sm̄ no men suum stultus est. ⁊ est stulticia cuꝫ eo. Ego aut ancilla tua nō vidi pueros tuos dñe mi quos misisti. Nunc ḡ dñe mi viuit dñs ⁊ viuit anīa tua q̄ phibuit te ne venires in sanguinē ⁊ saluauit ma num tuaꝫ tibi. Et nūc fiant sicut nabal inimici tui. ⁊ qui q̄runt dño meo malū Quapropter suscipe benedictionē hanc quā attulit ancilla tua tibi dño meo. et da pueris q̄ sequūtur te dñm meū. Au fer iniquitatē famule tue. Faciens enīꝫ faciet dñs tibi dño meo domū fidelem: q̄ prelia dñi dñe mi tu preliaris. Mali/cia ḡ nō inueniat̄ in te oibꝫ diebus vite tue. Si enī surrexerit aliq̄s homo p̄se/quens te vel q̄rens aīam tuaꝫ: erit anīa dñi mei custodita q̄si in vasiculo viuē tium apud dñm deū tuū. Porro inimi/corū tuoꝝ anīa rotabit̄: q̄si in impetu et circulo funde. Cuꝫ ḡ fecerit tibi dñs do mino meo oīa hec q̄ locut⁹ est bona de te ⁊ pstituerit te ducē sup israel nō erit ti/bi hoc in singultū ⁊ in scrupuluꝫ cordis dño meo q̄ effuderis sanguinē innocū aut ipe te vltus fueris. Et cū benefece/rit dñs dño meo. recordaberꝭ ācille tue. ⁊ tu bñfacies ei. Et ait dauid ad abigail Benedict⁹ dñs deus israel qui misit te hodie in occursuꝫ meuꝫ. ⁊ bñdictuꝫ elo/quiuꝫ tuum. ⁊ benedicta tu q̄ phibuisti me hodie ne irem ad sanguinē: ⁊ vlcisce rer me manu mea. Alioq̄n viuit dñs de us israel qui phibuit me ne malū facereꝫ tibi: nisi cito venisses in occursuꝫ mihi nō remāsisset nabal vsq̄ ad lucē matu/tinā mingens ad parietē. Suscepit er go dauid de manu ei⁹ oīa q̄ attulerat ei dixitq̄ ei: Vade pacifice in domū tuam Ecce audiui vocē tuā. ⁊ honorauī faciem tuam. Venit autē abigail ad nabal. Et ecce erat ei cōuiuiū in domo ei⁹ q̄si con/uiuiū regis: ⁊ cor nabal iocunduꝫ. Erat enī ebrius nimis. ⁊ nō indicauit ei ver/buꝫ pusillū aut grande vsq̄ mane. Di/luculo autē cuꝫ digessisset vinuꝫ nabal: indicauit ei vxor sua verba hec. Et emor tuū est cor ei⁹ intrinsec⁹. ⁊ factus est q̄si lapis. Cumq̄ p̄trāsissent decē dies. per cussit dñs nabal. ⁊ mortu⁹ est. Qđ cum au disset dauid mortuū nabal. ait: Benedi ctus dñs qui iudicauit causaꝫ oppro/brij mei de manu nabal. ⁊ seruum suū custo diuit a malo. ⁊ malicia nabal reddidit dñs in caput ei⁹. Misit ḡ dauid ⁊ locut⁹ est ad abigail vt sumeret eā sibi in vxo/rem. Et venerunt pueri dauid ad abi/gail in carmelū. ⁊ locuti sunt ad eā dicē tes: Dauid misit nos ad te vt accipiat te sibi in vxorem. Que cōsurgens ad orauit prona in terrā. ⁊ ait: Ecce famu/la tua sit ī ancillā vt lauet pedes seruoꝝ dñi mei. Et festinauit ⁊ surrexit abigail ⁊ ascēdit sup asinū. ⁊ quīq̄ puelle ierūt cū ea pedisseque ei⁹. Et secuta est nunci os dauid. ⁊ facta est illi vxor. Ezr achi/noē accepit dauid ꝺ ieꝛrahel ⁊ fuit vtra q̄ vxor eius. Saul aūt dedit michol fili am suā vxorem dauid phalthi filio lais qui erat de gallim.

XXVI

Et venerūt ziphei ad saul in ga/baa dicentes: Ecce dauid ab/scondit⁹ est in colle achile que est ex aduerso solitudinis. Et surrexit saul. ⁊ descendit in desertum ziph ⁊ cum eo tria milia virorꝝ de electis israel vt q̄ reret dauid ī deserto ziph. Et castrame tatus est saul ī gabaa achile: q̄ erat ex ad uerso solitudinis in via. Dauid autem habitabat in deserto. Videns aūt q̄ ve/nisset saul post se in desertū: misit explo/ratores ⁊ didicit q̄ illuc venisset certissi me. Et surrexit dauid clam. et venit ad locum vbi erat saul. Cūq̄ vidisset locū in quo dormiebat saul. ⁊ abner filiꝰ ner princeps militie eius. ⁊ saulem dormiē tem in tentorio. ⁊ reliquum vulgus per circuitum ei⁹. ait dauid ad achimelech

ethæum. ⁊ abisai filiū saruie frēz ioab di-
cens. Quis descendet mecū ad saul ī ca
stra? Dixitq; abisai: Ego descendaz tecū
Uenerunt g̃ dauid ⁊ abisai ad ꝓpl'm no-
cte. ⁊ inuenerūt saul iacentez ⁊ dormiē-
tem in tentorio. ⁊ hastaz fixam in terra
ad caput ei⁹: abner aūt ⁊ ꝓpl'm dormien
tes in circūitu ei⁹. Dixitq; abisai ad da-
uid. Conclusit de⁹ inimicū tuuz hodie ī
manus tuas. Nūc g̃ ꝑfodiam eum lan-
cea in terra semel. ⁊ secundo opus non
erit. Et dixit dauid ad abisai. Ne interfi
cias euz. Quis eniz extendet manū suā
in xp̄m dn̄i. ⁊ iunocens erit? Et dixit da
uid. Uiuit dn̄s: qz nisi dn̄s ꝑcusserit eū
aut dies ei⁹ venerit vt moriat̃. aut in p̄-
lium descēdens ꝑierit: ꝓpitius mihi sit
dn̄s ne extendā manū meā in xp̄m dn̄i.
Nūc igit̃ tolle hastaz q̄ est ad caput eius
⁊ cyphū aque. ⁊ abeam⁹. Tulit igitur da
uid hastā ⁊ cyphuz aque q̄ erat ad caput
eius. ⁊ abierūt. Et non erat q̄sq̄z qui vi
deret ⁊ intelligeret ⁊ euigilaret: sed oēs
dormiebāt qz sopor dn̄i irruerat sup̄ eos
Cunq; trāsisset dauid ex aduerso. ⁊ ste-
tisset in vertice mōtis delonge. ⁊ eēt grā
de interuallū inter eos: clamauit dauid
ad ꝓpl'm: ⁊ ad abner filiū ner dicēs. Nō-
ne rn̄debis abner? Et rn̄dēs abner ait.
Quis es tu q̄ clamas. ⁊ inq̄etas regez?
Et ait dauid ad abner: Nūquid non vir
tu es? Et q̄s alius sil'is tui ī isrl'? Qua-
re g̃ nō custodisti dn̄m tuū regē Ingres
sus est enī vnus de turba vt interficerz
regē dn̄m tuum. Nō est bonū hoc qd̄ fe-
cisti. Uiuit dn̄s: qm̄ filij mortis est̃ vos
qz non custodistis dn̄m vr̄m xp̄um dn̄i
Nūc ergo vide vbi sit hasta regis ⁊ vbi
sit cyphus aque q̄ erat ad caput ei⁹. Co
gnouit aūt saul vocē dauid. ⁊ dixit: Nū
quid vox hec tua fili mi dauid? Et ait da
uid. Uox mea dn̄e mi rex. Et ait: Quaz
ob causaz dn̄s me⁹ ꝑsequit̃ seruū suuz?
Quid feci: aut qd̄ ē malū ī manu mea?
Nunc g̃ audi oro dn̄e mi rex verba serui
tui. Si dn̄s incitat te aduersum me o-
doretur sacrificiū. Si aūt filij hoīm. ma
ledicti sunt in ꝯspectu domini qui eiece
runt me hodie vt nō habitē in hereditā
te domini dicentes: vade serui dijs alie
nis. Et nunc nō effundat̃ sanguis me⁹
in terra corā dn̄o. qz egressus est rex isrl'
vt q̄rat pulicē vnū. sicut ꝑsequit̃ perdix
in mōtib⁹. Et ait saul: Peccaui. Reuer
tere fili mi dauid. Nequaq̄z euī vltra ti-
bi male faciaz eo ꝙ p̄ciosa fuerit anima
mea in oculis tuis hodie. Apparet eniz
ꝙ stulte egerim. ⁊ ignorauerim m'lta ni
mis. Et rn̄dēs dauid ait: Ecce hasta re
gis: transeat vnus de pueris regis ⁊ tol
lat eam. Dn̄s autez retribuet vnicuiq;
s̄m iusticiam suā ⁊ fidē. Tradidit enim
te dn̄s hodie in manū meam. ⁊ nolui ex
tendere manū meā in christum dn̄i. Et
sicut magnificata ē anima tua hodie in
oculis meis. sic magnificet̃ anīa mea in
oculis dn̄i. ⁊ liberet me de om̄i angustia
Ait ergo saul ad dauid: Benedict⁹ tu fi-
li mi dauid. Et quidē faciēs facies. ⁊ po-
tens poteris. Abijt autē dauid in viam
suā. ⁊ saul reuersus est in locū suum.

XXVII

Et ait dauid in cor-
de suo: Aliquando incidaz vna
die in manus saul. Nōne meli-
us est vt fugiam. ⁊ saluer in terra phili-
stiuorū vt desperet saul. cessetq; me q̄re-
re in cunctis finib⁹ israel? Fugiaz g̃ ma-
nus eius. Et surrexit dauid. ⁊ abijt ip̄e
⁊ sexcenti viri cū eo ad achis filium ma
och regem geth. Et habitauit dauid cū
achis in geth ip̄e ⁊ viri ei⁹ et domus ei⁹
⁊ due vxores ei⁹: achinoen ieçrahelites
⁊ abigail vxor nabal carmeli. Et nunci-
atum est saul ꝙ fugisset dauid in geth.
⁊ nō addidit vltra q̄rere eum. Dixit au
tē dauid ad achis: Si inueni gratiaz in
oculis tuis: detur mihi locus in vna vr
bium regiōis huius vt habitē ibi. Cur
euim manet seruus tuus in ciuitate re
gis tecū? Dedit itaq; ei achis in die il-
la sicelech. Propter quā cām facta ē si-
celech regū iuda vsq; in diē hanc. Fuit
aūt numerus dierū quib⁹ habitauit da-
uid in regiōe philistinorū q̄ttuor mēsiū
Et ascēdit dauid ⁊ viri ei⁹. ⁊ agebāt pre-
das de gessuri ⁊ de geçre ⁊ de amalechis

apposuerũt vltra vt venirẽt in termios isrl. Facta ẽ itaq; manꝰ dñi sup philiste os cũctis diebꝫ samuelis. ⁊ reddite sunt vrbes qs tulerãt philistiim ab isrl israeli. ab accharõ vsq; geth ⁊ tminos suos. Liberauitq; isrl de manu philistinorum eratq; pax inter israel et amorreũ. Judicabat q; samuel israel cũctis diebꝫ vite sue. et ibat p singulos annos circũiens bethel et galgala ⁊ maspha ⁊ iudicabat israelem in supradictis locis. Reuertebatq; in ramatha: ibi enĩ erat domꝰ ei⁹: et ibi iudicabat israelez. Edificauit etiã ibi altare domino.

VIII

Factũ est aũt cũ senuisset samuel posuit filios suos iudices in israel. Fuitq; nomẽ filij eius primogeniti ioel: et nomen secundi abia iudicũ in bersabee. Et nõ ambulauerũt filij illius in vijs eius: sed declinauerũt post auariciã. acceperũtq; munera. et peruerterũt iudiciũ. Congregati ergo vniũ si maiores natu israel. venerũt ad samuelẽ in ramatha. dixerũtq; ei: Ecce tu senuisti. ⁊ filij tui nõ ambulãt in vijs tuis Constitue nobis regẽ. vt iudicet nos. sicut et vniũse habent natões. Displicuitq; sermo in oculis samuelis. eo q; dixissent: da nobis regem vt iudicet nos. Et orauit samul ad dñm Dixit aũt dñs ad samuelẽ: Audi vocez populi in oibꝫ q loquũt tibi. Nõ enĩ te abiecerũt sed me ne regnez sup eos. Juxta oia opa sua q fecerunt a die qua eduxi eos de egypto vsq; ad diẽ hãc: sicut dereliquerũt me ⁊ seruierũt dijs alienis: sic faciũt etiaz tibi. Nunc ergo vocẽ eorũ audi. Verũtñ cõtestare eos. et pdic eis ius regis qui regnaturus est super eos. Dixit itaq; samuel oia verba dñi ad populũ qui petierat a se regẽ. et ait. Hoc erit ius regis q impaturus est vobis. Filios vestros tollet et ponet in curribꝫ suis. facietq; sibi equites et pcursores quadrigarũ suarũ et ꝓstituet sibi tribunos et cẽturiones. et aratores agroꝝ suoꝝ. ⁊ messores segetũ. ⁊ fabros armoꝝ ⁊ curruuz suoꝝ. Filias quoq; vras faciet sibi vnguẽtarias ⁊ focarias et panificas. Agros q; vestros et vineas et oliueta optima tollet. ⁊ dabit seruis suis. Sz et segetes vras ⁊ vinearũ redditus addecimabit: vt det eunuchis et famulis suis. Seruos etiaz vestros et ancillas ⁊ iuuenes optimos et asinos auferet. et ponet in opere suo. Greges q; vestros addecimabit: vosq; eritis ei serui. Et clamabitis in die illa a facie regis vestri quẽ elegistis vobis. ⁊ nõ exaudiet vos dñs in die illa: quia petistis vobis regem. Noluit aũt populus audire vocẽ samuelis sed dixerunt. Ne q; Rex enĩ erit sup nos ⁊ erimus nos q; sic oẽs gentes. ⁊ iudicabit nos rex noster. et egredietur ante nos. ⁊ pugnabit bella nostra p nobis. Et audiuit samuel omnia verba ppli. et locutus est ea in auribꝫ dñi. Dixit aũt dñs ad samuelem Audi vocẽ eorũ. ⁊ cõstitue sup eos regẽ. Et ait samuel ad viros isrl. Vadat vnꝰ quisq; in ciuitatem suam.

IX

Erat vir de beniamin nomine Cis filius abiel. filij seor. filij bechor. filij sareth. filij aphia. filij viri gemini fortis robore. Et erat ei filꝰ vocabulo saul. electus ⁊ bonꝰ. et nõ erat vir de filijs isrl melior illo. Ab humero et sursũ eminebat sup oẽz populũ. Perierãt autez asine cis pris saul. Et dixit cis ad saul filiũ suũ: Tolle tecũ vnuz de pueris. et cõsurgẽs vade et q̃re asinas. Qui cũ transissent p montẽ effraim et p terrã salisa et nõ inuenissent. trãsierũt etiã p terrã salim: et nõ erãt: sed et p terram gemini. ⁊ minime reppererũt. Cuz aũt venissent in terrã suph. dixit saul ad puerũ q erat cuz eo: Veni et reuertamur ne forte dimiserit pater meus asinas ⁊ sollicitus sit p nobis. Qui ait ei: Ecce vir dei ẽ in ciuitate hac. vir nobilis. omne qd̃ loquit sine ambiguitate venit. Nũc ergo eamus illuc. si forte indicet nobis de via nra. propter quam venimus. Dixitq; saul ad puerũ suuz. Ecce ibimus. Quid feremus ad virum dei? Panis defecit in sistartijs nostris. ⁊ sportulam nõ habemus vt demus homini dei: nec

lem in domo ⁊ festinauit. ⁊ occidit eum.
Tollensq; farinā miscuit eā. ⁊ coxit açy-
ma. ⁊ posuit ante saul ⁊ ante seruos eius
Qui cū comedissent: surrexerunt. ⁊ am
bulauerūt ꝑ totā noctē illā. XXIX

Congregata sūt ergo philistijz
vniuersa agmina in aphec. Sz
⁊ isrl' castrametat⁹ est sup fontē
qui erat in ieçrahel. Et satrape quidem
philistijm incedebāt in centurijs ⁊ mi-
libꝫ. dauid aūt ⁊ viri ei⁹ erāt ī nouissimo
agmīe cū achis. Diretūq; prīcipes phi
listijm ad achis. Quid sibi volūt hebrei
isti? Et ait achis ad prīcipes philistijm.
Nunq̄d ignoratis dauid q̄ fuit ꝟu⁹ saul
regis israel. ⁊ est apud me multis diebꝫ
vel annis? Et nō inueni in eo quicq̄ ex
die q̄ transfugit ad me vsq; ad diē hanc
Irati sunt autē adūsus eum principes
philistijm ⁊ dixerūt ei: Reuertatur vir:
⁊ sedeat in loco suo in quo ꝯstituisti euz
⁊ nō descendat nobiscū in preliuz ne fiat
nobis adūsarius cuz p̄liari ceperimus.
Quō enī aliter poterit placare dn̄m su-
um nisi in capitibꝫ nr̄is? Nōne iste ē da
uid cui cantabant ī choris dicētes: ꝑcus-
sit saul in milibꝫ suis. ⁊ dauid in decē mi
libꝫ suis? Vocauit g̊ achis dauid. et ait
ei: Viuit dn̄s. qꝛ rectus es ⁊ bon⁹ in cō-
spectu meo. ⁊ exitus tuus ⁊ introit⁹ tu-
us mecuz est in castris. Et nō inueui in
te quicq̄ mali. ex die q̄ venisti ad me vs-
q; in diē hanc: sz satrapis nō places. Re
uertere g̊ ⁊ vade ī pace. ⁊ nō offendas o-
culos satraparuz pstilistijm. Dixitq; da
uid ad achis: Quid enī feci ⁊ q̄d inueni
sti in me ꝟuo tuo a die q̄ fui in cōspectu
tuo vsq; in diē hanc vt non veniā et pu
gnem ꝯtra inimicos dn̄i mei reg̃? Re-
spondens aūt achis locut⁹ est ad dauid
Scio qꝛ bon⁹ es tu in oculis meis sicut
angelus dei. sz prīcipes philistinoꝝ dixe-
rūt: Nō ascēdet nobiscū in p̄liū. Igit̄ cō
surge mane. tu ⁊ serui dn̄i tui q̄ venerūt
tecū. ⁊ cū de nocte surrexerit̃ ⁊ cepit di-
lucescere. pergite. Surrexit itaq; de no-
cte dauid ip̄e et viri ei⁹ vt ꝓficiscerētur
mane. ⁊ reuerterent̄ ad terrā philistijm

Philistijm aūt ascēderunt in ieçrahel.

Cunq; venissent da- XXX
uid ⁊ viri ei⁹ in sicelech die ter-
tia amalechite impetuz fecerāt
ex parte australi in sicelech. ⁊ ꝑcusserant
sicelech. ⁊ succenderant eaz igni. Et ca-
ptiuas duxerant mulieres ex ea a mini
mo vsq; ad magnū. ⁊ non interfecerant
quenq̄. sed secuz duxerant. ⁊ ꝑgebāt iti
nere suo. Cuz g̊ venisset dauid ⁊ viri ei⁹
ad ciuitatem. ⁊ inuenissent eā succensaz
igni ⁊ vxores suas ⁊ filios suos et filias
ductas esse captiuas: leuauerūt dauid:
⁊ ꝓpl's qui erat cū eo voces suas. ⁊ plan-
xerunt donec deficerent in eis lachryme
Siquidez ⁊ due vxores dauid captiue
ducte fuerant achinoen ieçrahelites. et
abigail vxor nabal carmeli. Et cōtrista-
tus est dauid valde. Volebat enim euz
ꝓpl'us lapidare. quia amara erat anima
vniuscuiusq; viri sup filijs suis ⁊ filiabꝫ
Confortatus est autē dauid in domino
deo suo. ⁊ ait ad abiathar sacerdotem fi-
lium achimelech: Applica ad me ephot.
Et applicuit abiathar ephot ad dauid ⁊
consuluit dauid dn̄m dicens: Perseq̄r
latrunculos hos. ⁊ cōprehendaz eos. an
nō? Dixitq; ei dn̄s. Persequere. absq;
dubio enim comprehendes eos. ⁊ excu-
ties predam. Abijt g̊ dauid ip̄e ⁊ sexcen-
ti viri qui erant cum eo. ⁊ venerūt vsq;
ad torrentem besor. ⁊ lassi quidā substi-
terunt: Persecut⁹ est autē dauid ip̄e et
quadringenti viri cum eo: substiterant
enim ducenti qui lassi transire nō pote
rant torrentē besor. Et inuenerūt virū
egyptium in agro. ⁊ adduxerunt euz ad
dauid. Dederuntq; ei panē vt comede-
ret ⁊ biberet aquā: sed ⁊ fragmen masse
caricarum. ⁊ duas ligaturas vue passe.
Qui cum comedisset. reuersus est spiri
tus eius. ⁊ refocillatus est. Non eniz co
mederat panem neq; biberat aquaz tri-
bus diebus ⁊ tribus noctibꝫ. Dixit ita-
q; ei dauid: Cuius es tu. vel vnd̄. ⁊ quo
pergis? Qui ait: Puer egypti⁹ ego suz:
ꝟuus viri amalechite. Dereliq̄t aūt me
dn̄s me⁹: qꝛ egrotare cepi uudiusterti⁹.

Siquidem nos erupimus ad australe plagam ceretht & ptra iudā. & ad meridiem caleph. & sicelech succendimus igni. Dixitq; ei dauid: Potes me ducere ad istum cuneū: Qui ait: Jura mihi p deum q̄ nō occidas me. & nō tradas me in man" dñi mei. & ego ducaz te ad cuneuz istū. Et iurauit ei dauid. Qui cum duxisset eū. ecce illi discūbebant sup faciem vniuerse terre. comedētes & bibentes. & q̄si festū celebrātes diē. p cūcta preda et spolijs q̄ cepant de terra philistijm & de terra iuda. Et pcussit eos dauid a vespa vsq; ad vespaz alteri" diei: & nō euasit ex eis q̄sq; nisi tm̄ q̄dringēti viri adolescētes q̄ ascēderāt camelos & fugerāt. Eruit q̄ dauid omia q̄ tulerāt amalechite. & duas vxores suas eruit. Nec defuit q̄sq; a puo vsq; ad magnū tam de filijs q̄ de filiab⁹ & de spolijs. et q̄cūq; rapuerāt oia reduxit dauid. & tulit vniūsos greges & armēta. & minauit añ faciē suā. Dixerūt q̄: Hec est p̄da dauid. Venit aūt dauid ad ducētos viros q̄ lassi substiterāt: nec sequi poterāt dauid. & residere eos iussserat in torrēte besor. Qui egressi sunt obuiā dauid. & pp̄lo qui erat cū eo. Accedens autē dauid ad pp̄lm salutauit eos pacifice. Rūdensq; oīs vir pessim" & iniquus de viris q̄ erant cum dauid. dixit: Quia nō venerūt nobiscū nō dabimus eis quicq; de p̄da q̄q; eruim". sed sufficiat vnicuiq; vxor sua & filij. q̄s cū acceperit recedāt. Dixit aūt dauid: Nō sic faciet⁊ frēs mei de his q̄ tradidit nobis dñs. & custodiuit nos. & dedit latrūculos q̄ eruperant aduersuz nos in man" nr̄a. nec audiet vos quisq; sup hmōe hoc. Equa enī ps erit descēdent⁊ ad preliū. & remanentis ad sarcinas. & sil'r diuidēt. Et factum ē hoc ex die illa. & deinceps cōstitutum & p̄finitū: & q̄si lex in isr̄l vsq; in diē hanc. Venit q̄ dauid in sicelech. & misit dona de p̄da senioribus iuda p̄rimis suis dicens. Accipite benedictionē de p̄da hostiū dñi. His qui erāt in bethel & q̄ in ramoth ad meridiē. & qui in gethr. & qui in aroer. & q̄ in sephamoth. & q̄ in esthamo. & q̄ in rachal. & qui in urbibus hierameli. & q̄ in urbibus cen. & qui in rama. & qui in lacu asan. & qui in athach. & q̄ in hebron. & reliq̄s qui erāt in his loc⁊ in quib⁹ cōmorat" fuerat dauid & viri eius.

CXXXI

Philistijm aūt pugnabant adu̇ sum isr̄l. Et fugerūt viri isr̄l ante faciē philistijm. & ceciderunt interfecti in mōte gelbe. Irrueruntq; philistijm in saul & in filios eius. & pcusserunt ionathan. & abinadab & melchisue filios saul: totūq; pondus p̄lij versum ē in saul. Et cōsecuti sunt eū viri sagittarij. & vulneratus ē vehemēter a sagittarijs. Dixitq; saul ad armigez suū: Evagina gladiū tuum et pcute me: ne forte veniant incircūcisi isti & interficiant me illudētes mihi. Et noluit armiger eius fuerat enī nimio terrore pterrit" Arripuit itaq; saul gladiū suum & irruit sup eū. Qđ cū vidisset armiger ei" videlicz q̄ mortuus eēt saul: irruit etiaz ipe sup gladiū suum & mortuus ē cuz eo. Mortuus est g̃ saul & tres filij ei". & armiger illius. & vniūsi viri eius in die illa pariter. Videntes aūt filij isr̄l qui erāt trans vallē & trans iordanē q̄ fugissent viri israelite. & q̄ mortuus eēt saul & tres filij eius: reliq̄runt ciuitates suas. & fugerūt. Veneruntq; philistijm et habitauerūt ibi. Facta autē die altera venerūt philistijm vt expoliarēt interfectos. & inuenerunt saul & tres filios ei" iacētes in mōte gelbe. Et pciderūt caput saul. & expoliauerūt euz armis. & miserunt i terraz philistinoz p̄ circūituz vt annunciaret in templo idoloz & i pp̄lis. Et posuerūt arma ei" in tēplo astaroth: corpus vero eius suspēderūt in muro bethsan. Qđ cū audissent hītatores iabes galaad q̄cūq; fecerant philistijm saul: surrexerunt oēs viri fortissimi. & ambulauerūt tota nocte & tulerūt cadauer saul & cadavera filioz ei" de muro bethsan. Veneruntq; viri iabes galaad & cōbusserūt ea igni. & tulerunt ossa eoz. & sepelierūt in nemore iabes. et ieiunauerunt septem dieb⁹.

Explicit primus liber Samuelis

Incipit secundus liber Samuelis Capl'm I

Factū est aūt postq̄ mortuus est saul vt dauid reuteret a cede amalech. et maneret in sicelech duos dies. In die autē tertia apparuit hō veniens de castris saul veste ꝯscissa ⁊ puluere conspersus caput. Et vt venit ad dauid cecidit sup faciez suaz. ⁊ adorauit. Dixitq̄ ad eū dauid: Uñ venis? Qui ait ad euz. De castris isrl' fugi. Et dixit ad eum dauid: Qd̄ est v̄bū qd̄ factū ē? Indica mihi. Qui ait. Fugit ppl's ex p̄lio. et multi corruētes e ppl'o mortui sunt: sz ⁊ saul ⁊ ionathas fili⁹ ei⁹ interierūt. Dixitq̄ dauid ad adolescentē qui nūciabat ei: Uñ scis qr mortu⁹ est saul ⁊ ionathas filius eius? Ait adolescens qui nunciabat ei. Casu veni in montē gelboe et saul incūbebat sup hastā suā: porro curr⁹ ⁊ eq̄tes appropinquabāt ei. ⁊ ꝯuersus post terguz suū. videsq̄ me vocauit. Cui cū rñdissez assum. dixit mihi: Quis nam es tu? Et aio ad eū. Amalechites ego suz. Et locutus ē mihi: Sta sup me. ⁊ interfice me qm̄ tenēt me angustie: ⁊ adhuc tota aīa mea ī me est. Stansq̄ sup eū occidi illū. Sciebā enī q̄ viuere nō poterat p⁹ ruinā. Et tuli diadema qd̄ erat ī capite ei⁹. ⁊ armillā de brachio illius. ⁊ attuli ad te dñm meuz huc. Apprehendēs autez dauid vestimēta sua scidit. oēsq̄ viri q̄ erāt cum eo. ⁊ plāxerunt ⁊ fleuerūt ⁊ ieiunauerunt vsq̄ ad vesp̄az sup saul ⁊ sup ionathan filiū ei⁹. ⁊ sup ppl'm dñi. ⁊ super domuz isrl': eo q̄ corruissent gladio. Dixitq̄ dauid ad iuuenē qui nunciauerat ei: Uñ es tu? Qui rñdit: Fili⁹ hoīs aduene amalechite ego suz. Et ait ad euz dauid: Quare nō timuisti mittere manum tuā vt occideres xp̄m dñi? Uocāsq̄ dauid vnum de pueris suis ait: Accedens irrue ī eum. Qui percussit illuz et mortuus est. Et ait ad euz dauid. Sanguis tuus sup caput tuū. Os enī tuuz locutū est aduresuz te dicēs: ego intfeci xp̄m dñi. Planxit autez dauid planctuz huiuscemōi sup saul ⁊ sup ionathan filium eius. ⁊ p̄cepit vt docerent filios iuda arcū. sicut scriptū est in libro iustorū Et ait: Cōsidera isrl' p his q̄ mortui sūt sup excelsa tua vulnerati. Inclyti israel super mōtes tuos interfecti sunt. Quō ceciderūt fortes? Nolite annunciare in geth: neq̄ ānuncietis in cōpitis ascalonis: ne forte letent̄ filie philistijm. ne exultent filie incircūcisoꝝ. Mōtes gelboe nec ros nec pluuia veniāt sup vos. Neq̄ sint agri primitiaꝝ: qr ibi abiect⁹ ē clypeus fortiū. clypeus saul q̄si nō eēt vnctus oleo a sanguīe interfectoꝝ ab adipe fortiū. Sagitta ionathe nūq̄ redijt retrorsuz. ⁊ gladius saul non est reuersus inanis: Saul ⁊ ionathas amabiles ⁊ decori valde in vita sua: in morte q̄z ñ sūt diuisi. Aquil' velociores: leonib⁹ fortiores. Filie isrl' sup saul flete q̄ vestiebat vos coccino in delitijs: qui p̄bebat ornamēta aurea cultui vr̄o. Quō ceciderūt fortes in p̄lio? Ionathas ī excelsis tuis occisus est. Doleo sup te frater mi ionatha decore nimis: et amabil' sup amorez mulieꝝ. Sicut mr̄ vnicū amat filiū suum: ita ego te diligebā. Quō ceciderūt robusti. ⁊ p̄ierūt arma bellica?

II

Igitur post hec cōsuluit dauid dñm dicens: Num ascēdam in vnaz de ciuitatib⁹ iuda? Et ait dñs ad eū. Ascēde. Dixitq̄ dauid. Quo ascendaz? Et rñdit ei. In hebron. Ascendit g̊ dauid ⁊ due vxores ei⁹ achinoē ieçrahelites et abigail vxor nabal carmeli: sed ⁊ viros qui erāt cuz eo duxit dauid singulos cum domo sua. ⁊ māserunt in oppidis hebron. Uenerūtq̄ viri iuda. ⁊ vnxerunt ibi dauid vt regnaret sup domū iuda. Et nunciatuz est dauid q̄ viri iabes galaad sepelissent saul. Misit g̊ dauid nuncios ad viros iabes galaad. dixitq̄ ad eos: Benedicti vos a domino q̄ fecistis misericordiam hanc cum domino vestro saul. ⁊ sepelistis euz. Et nunc

retribuet vobis quidē dñs misericordiam ⁊ veritatē. ⁊ ego reddaz grāz eo q̄ fecistis verbuz istud. Confortent manus vre. ⁊ estote filij fortitudis. Licet ei mortuus sit dñs vr̄ saul: tñ mevnxit domus iuda in regē sibi. Abner autē filius ner princeps exercitus saul. tulit isboseth filium saul. ⁊ circumdurit euz p̄ castra. regemq̄ ꝯstituit sup̄ galaath. ⁊ sup̄ gessuri. ⁊ sup̄ ieçrahel. ⁊ sup̄ effraim. ⁊ sup̄ beniamin. ⁊ sup̄ isrl̄ vniūsuz. Quadraginta annoꝝ erat isboseth filius saul cum regnare cepisset sup̄ isrl̄. ⁊ duobꝫ annis regnauit. Domus autē domus iuda seq̄bat̄ dauid. Et fuit numerus dieꝝ q̄s cōmoratus ē dauid imperās in hebrō sup̄ domuz iuda septē ānorum ⁊ sex mensium Egressusq̄ ē abner filius ner ⁊ pueri isboseth filij saul de castris i gabaon. Porro ioab fili⁹ saruie. ⁊ pueri dauid egressi sunt. ⁊ occurrerūt eis iuxta piscinam gabaon. Et cū in vnū ꝯuenissent e regione sederūt hi in vna p̄te piscine. et illi ex altera. Dixitq̄ abner ad ioab. Surgant pueri. ⁊ ludant coraī nob. Et rñdit ioab: Surgāt. Surrexerūt g̈ ⁊ transierunt nūero duodecī de beniamin ex p̄te isboseth filij saul. ⁊ duodecī de puer̄ dauid. Apprehensoq̄z vnusq̄sq̄z capite cōparis sui defixit gladiū in lat⁹ ꝯtrarij. ⁊ ceciderunt sil̄. Vocatūq̄z est nomē loci illius ager robustoꝝ in gabaon. Et ortuz est bellum durū satis i die illa. fugatusq̄z est abner ⁊ viri isrl̄ a puer̄ dauid. Erāt autē ibi tres filij saruie: ioab et abisai et asahel. Porro asahel cursor velocissimus fuit q̄si vnus de capreis q̄ morant̄ in silvis. Persequebat̄ autē asahel abner. ⁊ nō declinauit ad dexteraz siue ad sinistraz omittēs p̄sequi abner. Respexit itaq̄z abner p⁹ tergū suū. ⁊ ait. Tu ne es asahel? Qui rñdit: Ego sum. Dixitq̄z ei abner. Vade ad dexterā siue ad sinistrā. ⁊ apprehende vnuz de adolescentibꝫ. ⁊ tolle tibi spolia ei⁹. Noluit autez asahel omittere quin vrgeret euz. Rursumq̄z locut⁹ est abner ad asahel. Recede et noli me seq̄. ne forte cōp̄ellar cōfodere te i terrā. ⁊ ne uare nō potero facie meā ad ioab fratrē tuum. Qui audire ꝯtēpsit. ⁊ noluit declinare. Percussit g̈ eum abner auersa hasta in inguie ⁊ trāsfodit. ⁊ mortuus ē in eodē loco. Oēsq̄z qui trāsibāt p̄ locū illum in q̄ ceciderat asahel ⁊ mortuus erat. substistebāt. Persequētibꝫ aūt ioab ⁊ abisai fugientē abner. sol occubuit. Et venerūt vsq̄z ad collē aq̄ductus q̄ est ex aduerso vallis ⁊ itineris deserti i gabaon. Cōgregatiq̄z sunt filij beniamin ad abner. ⁊ ꝯglobati in vnū cuneum. stetere rūt i summitate tumuli vn̄i. Et exclamauit abner ad ioab ⁊ ait: Num vsq̄z ad internitionē tuus mucro deseuiet? An ignoras q̄ p̄iculosa sit desperatio? Usq̄z quo nō dicis pp̄lo vt omittat p̄sequi frēs suos? Et ait ioab: Uiuit dñs: si locutus fuisses mane recessissz pp̄l's p̄sequēs frēz suum. Insonuit g̈ ioab buccina. ⁊ stetit oīs exercit⁹: nec p̄secuti sunt vltra isrl̄: neq̄z iniere certamē. Abner autez ⁊ viri ei⁹ abierūt p̄ cāpestria moab tota nocte illa. ⁊ trāsierunt iordanē. ⁊ lustrata oīni bethoron venerūt ad castra. Porro ioab reuersus omisso abner ꝯgregauit oēm pp̄lm ⁊ defuerunt de pueris dauid decez ⁊ novez viri excepto asahel. Serui autem dauid p̄cusserunt de beniamin ⁊ de viris qui erant cū abner trecētos sexaginta: quiꝫ mortui sunt. Tuleruntq̄z asahel. ⁊ sepelierunt eum in sepulcro patris sui in bethleez. Et ambulauerunt tota nocte ioab ⁊ viri qui erant cuz eo. ⁊ in ipo crepusculo p̄uenerūt i hebron.

III

Facta est ergo longa concertatio inter domuz dauid ⁊ inter domum saulis: dauid proficiens ⁊ semper seipo robustior domus autez saul decrescens quotidie. Natiq̄z sunt filij dauid in hebron. Fuitq̄z p̄imogenitus ei⁹ amnon de achinoen ieçrahelite. et post eum celeab de abigail vxore nabal carmeli. Porro tertius absalon filius maacha filie tholomai regis gessur. Quartus autem adonias filius agith. et quintus saphacias filius abithal. Sext⁹ quoq̄z hietraan de egla

vxore dauid. Hi nati sunt dauid in he-
bron. Cum ḡ esset preliū inter domum
saul ⁊ domū dauid: abner filiꝰ ner rege-
bat domū saul. Fuerat autē sauli ꝯcubi
na noīe respha filia achia. ingressusq̄ ē
ad eā abner. Dixitq̄ isboseth ad abner.
Quare ingressus es ad ꝯcubinā patris
mei? Qui iratꝰ nimis ꝓpter verba isbo
seth. ait: Nūquid caput canis ego suꝫ ad
uersum iudā hodie qui fecerim miseri-
cordiā sup̄ domū saul p̄tris tui. ⁊ sup̄ fra-
tres ⁊ ꝓximos eiꝰ. ⁊ nō tradidi te ī maū
dauid: ⁊ tu req̄sisti ī me ꝙ argueres pro
muliere hodie? Hec faciat deus abner ⁊
hec addat ei: nisi quō iurauit dn̄s dauid
sic faciā cū eo vt trāsferat̄ regnuꝫ de do-
mo saul ⁊ eleuet̄ thronꝰ dauid sup̄ israel
⁊ sup̄ iudā a dan vsq̄ bersabee. Et nō po
tuit rn̄dere ei quicq̄ qꝛ metuebat illuꝫ
Misit ḡ abner nuncios ad dauid in he-
bron ꝓ se dicētes: Cuius est terra? Et
vt loq̄rent̄: Fac mecuꝫ amicicias. ⁊ erit
manus mea tecū. ⁊ reducā ad te vniuer
suꝫ isrl̄. Qui ait. Optime: Ego faciaꝫ te
cū amicicias. sed vnā rē peto a te dicēs:
Nō videbis faciē meā anteq̄ adduxeris
mihi michol filiā saul. ⁊ sic venies ⁊ vide
bis me. Misit autez dauid nuncios ad
isboseth filiū saul dicēs: Redde vxorez
meā michol quā despondi mihi centū p̄
putijs philistijm. Misit ḡ isboseth. ⁊ tu
lit eā a viro suo phaltiel filio lais. Seq̄
baturq̄ eā vir suus plorās vsq̄ bahurī
Et dixit ad euꝫ abner. Vade ⁊ reuerte-
re. Qui reuꝰsus est. Sermonē q̄ꝫ intu-
lit abner ad seniores isrl̄ dicens: Tam
heri q̄ꝫ nudiustertius q̄rebatis dauid vt
regnaret sup̄ vos. Nunc ḡ facite: qm̄ do
minus locutus est ad dauid dicēs. In
manu serui mei dauid saluabo ꝓpl̄m me
um isrl̄ de manu philistijm ⁊ oīm inimi
corum eiꝰ. Locutꝰ est aūt abner etiā ad
beniamin. Et abijt vt loq̄ret̄ ad dauid ī
hebron oīa q̄ placuerāt israeli et vniuꝰso
beniamin. venitq̄ ad dauid ī hebron cuꝫ
viginti viris. Et fecit dauid abner ⁊ vi
ris eius qui venerāt cū eo conuiuium.
Et dixit abner ad dauid: Surgaꝫ vt cō
gregem ad te dn̄m meum regē omnez
israel ⁊ ineam tecum fedus. et imperes
oībus sicut desiderat anīa tua. Cum er
go deduxisset dauid abner et ille isset in
pace. statim pueri dauid ⁊ ioab venerūt
cesis latronibꝫ cuꝫ preda magna nimis
Abner autem non erat cuꝫ dauid in he-
bron. qꝛ iam dimiserat eum. ⁊ ꝓfectꝰ fu
erat in pace. ⁊ ioab et om̄is exercitꝰ qui
erant cum eo postea venerant. Nuncia-
tum est itaq̄ ioab a narrantibꝫ: Venit
abner filius ner ad regē. ⁊ dimisit eum
⁊ abijt in pace. Et ingressus est ioab ad
regez ⁊ ait: Quid fecisti? Ecce venit ab-
ner ad te. Quare dimisisti eum. ⁊ abijt
⁊ recessit? Ignoras abner filiū ner: qm̄
ad hoc venit ad te vt deciperet te. ⁊ scirꝫ
exitum tuum ⁊ introitū tuum. ⁊ nosset
omnia que agis? Egressus itaq̄ ioab a
dauid misit nuncios post abner. ⁊ redu
xit eum a cisterna syra ignorante dauid
Cunq̄ redisset abner in hebron seorsuꝫ
adduxit eum ioab ad mediū porte vt lo
queret̄ ei in dolo. ⁊ percussit illum ibi in
inguine. ⁊ mortuus est in vltionez san-
guinis asahel fratris eius. Qd̄ cum au
disset dauid rē iam gestam. ait: Mūdus
ego sum. ⁊ regnū meū apud deum vsq̄
in sempiternum a sanguine abner filij
ner. ⁊ veniat sup̄ caput ioab ⁊ sup̄ om̄ez
domū p̄tris eius. nec deficiat de domo io
ab fluxum seminis sustinēs ⁊ leprosus
⁊ tenens fusum. ⁊ cadens gladio ⁊ indi
gens pane. Igit̄ ioab ⁊ abisai frater eiꝰ
interfecerūt abner eo ꝙ occidissꝫ asahel
frēz eoꝝ in gabaon in p̄lio. Dixit aūt da
uid ad ioab. ⁊ ad oēz ꝓpl̄m q̄ erat cuꝫ eo:
Scindite vestimēta vr̄a ⁊ accingimī sac
cis. ⁊ plangite an̄ exeq̄as abner. Porro
rex dauid seq̄bat̄ feretꝝ. Cūq̄ sepelissēt
abner ī hebrō: leuauit rex dauid vocē suā
⁊ fleuit sup̄ tumulū abner. Fleuit aūt ⁊
oīs ꝓpl̄s. Plāgensq̄ rex ⁊ lugēs abner
ait: Neq̄q̄ vt mori solēt ignaui. mortuꝰ
es abner. Manꝰ tue ligate n̄ sūt. ⁊ pedes
tui nō sunt cōpedibꝫ aggrauati: sꝫ sicut
solent cadere coraꝫ filijs iniquitatis sic
corruisti. Congeminansq̄ oīs populus

sie: çacharias. Filij merari: mooli ⁊ mu-
si. Filius osiau: bẽnon. filius q̃ꝫ merari:
oçiau et soem et sachur ⁊ hebri. Porro
mooli filius eleaçar: qui non habebat li
beros. Filius vero cis. hieramihel. Filij
musi. mooli eder et hierimoth Isti filij
leui ꝑm domos familiarũ suarũ. Mise-
runtq̃ et ip̃i sortes ꝯtra fratres suos. fi
lios aaron corã dauid rege et sadoch et
ahimelech et principibꝫ familiaꝝ sacer-
dotalium et leuiticarum tam maiores
q̃ꝫ minores oẽs sors eq̃liter diuidebat.

Igitur dauid et ma- XXV
gistratus exercitus segregauerẽt
in ministeriũ filios asaph. et he
mã et ydithun: qui ꝓphetarẽt in cithar⁹
et psalterijs ⁊ cymbalis ꝑm numerũ su
um dedicato sibi officio seruiẽtes. De fi
lijs asaph çachur. et ioseph. ⁊ nathania
et asarela. filij asaph sub manu asaph ꝓ
phetãtes iuxta regẽ. Porro ydithun fi-
lij ydithun. godolias. sori. ieseias. ⁊ sabi
as. et mathathias. sex sub manu patris
sui ydithun: qui in cithara ꝓphetabat su
per cõfitẽtes et laudãtes dñm. Hemaꝫ
q̃ꝫ filij hemã. bocciau. mathamu. oçihel:
subuhel et hierimoth. ananias. anani.
eliatha. geldelthi et romethieçer et ies-
baccasa. mellothi othir. moçioth. Oẽs
isti filij hemã vidẽtis regis in sermoni-
bus dei vt exaltaret cornu Diditq̃ deus
hemam filios q̃ttuordecim ⁊ filias tres
Uniuersi sub manu patris sui ad cantã
dum in tẽplo dñi distributi erãt in cym
balis et ꝑ salterijs et citharis in mĩste-
ria dom⁹ dñi iuxta regẽ: asaph videlicet
et ydithun et hemã. Fuit aũt numerus
eoꝝ cũ frĩbꝫ suis q̃ erudiebant cãticum
dñi cũcti doctores ducẽti octogintaocto
Miserũtq̃ sortes ꝑ vices suas ex equo.
tam maior q̃ꝫ minor: doctus parit̃ ⁊ ĩ do
ctus. Egressaq̃ ẽ sors prima ioseph qui
erat de asaph. secunda godolie ip̃i ⁊ filijs
eius et frĩbꝫ eius duodecĩ. tertia çachur
filijs et frĩbꝫ eius duodecĩ. quarta ysari
filijs et frĩbꝫ eius duodecim. quinta na
thanie filijs ⁊ fratribꝫ ei⁹ duodecĩ. sexta
bocciau filijs et fratribus ei⁹ duodecim
septima israhela filijs et frĩbꝫ ei⁹ duode
cim. octaua esaie filijs et frĩbꝫ eius duo
decim. nona mathanie filijs et fratribꝫ
eius duodecim. decima semeie filijs et
fratribꝫ eius duodecim. vndecima esra
hel filijs et frĩbꝫ eius duodecim. duode
cima asabie filijs et frĩbꝫ ei⁹ duodecim.
tertiadecima subuhel filijs et frĩbꝫ eius
duodecim. q̃rtadecima mathathie fili-
is ⁊ fratribꝫ ei⁹ duodecim. quĩtadecima
hierimoth filijs ⁊ frĩbꝫ eius duodecim
sextadecima ananie filijs ⁊ fratribꝫ eius
duodecim. septimadecima iesboccase fi
lijs et fratribꝫ ei⁹ duodecim. octauade-
cima anani filijs et fratribꝫ ei⁹ duodecĩ
nonadecima mellothi filijs ⁊ frĩbus ei⁹
duodecim. vicesima eliatha filijs et fra

tribus eius duodecim. vicesimaprima
othir filijs et fratribus eius duodecim
vicesimasecunda goddolathi filijs ⁊ fra
tribus eius duodecim. vicesimatertia
açiud filijs et fratribus eius duodecim
vicesimaquarta romethieçer filijs ⁊ fra
tribus eius duodecim. XXVI

Diuisiones aūt ianitorū de cho-
rit; mesellemia filius chore. de
filijs asaph filij mesellemie: ça-
charias primogenitus. iadihel secūdus
çabadias tertius. iathanael quart⁹. abi
lam quintus. iohānan sextus. elioenai
septimus. Filij aūt obededom: semeias
primogenitus. ioçabad secūdus. iohaa
tertius. sachar quartus. nathanael quī
tus. amihel sext⁹. ysachar septim⁹. phol-
lathi octau⁹: qꝛ benedixit illi dn̄s. Se-
meie aūt filio eius nati sunt filij p̄fecti
familiaꝝ suaꝝ: erāt. n. filij fortissimi. Fi
lij ḡ semeie othin et raphael et obediel.
sabad et fratres ei⁹ viri fortissimi. heliu
q̄z et samathias. Oēs hi de filijs obede-
dom ip̄i et filij et fratres eorū fortissimi
ad ministrandū sexagintaduo de obede-
dom. Porro mesellamie filij et frēs eo-
rū robustissimi decē et octo. De hosa au
tem. i. de filijs merari. semri princeps.
Nō. n. habuerat primogenitū. ⁊ idcirco
posuerat eū pater eius in principez. hel-
chias secūdus. tabelias tertius. çachari
as quartus. Oēs hi filij et frēs hosa tre
decim. Hi diuisi sūt ī ianitores: vt sem-
per principes custodiarū sicut et frēs eo
rum mīstrarēt in domo dn̄i: Misse sunt
ergo sortes ex equo. et paruis ⁊ magnis
ꝑ familias suas in vnāquāq̄z portaꝝ Ce
cidit ḡ sors oriētalis selemie. Porro ça-
charie filio eius viro prudentissimo et
erudito sortito obtigit plaga septētrio-
nalis. Obededom vero et filijs eius ad
austrū. in qua ꝑte domus erat seniorū
ꝯciliū: sephphima et hosa ad occidētem
iuxta portā que ducit ad viaz ascēsionis
custodia contra custodiā. Ad orientē ve
ro leuite sex. et ad aquilonē quattuor ꝑ
diez: atq̄z ad meridiē similiter in die q̄t-
tuor: et vbi erat cōciliū bini et bini. In
cellulis q̄z ianitorū ad occidentē q̄ttuor
in via: biniq̄z ꝑ cellulas. Ad septētrionē
vero et meridiez. quaterni ꝑ dies singu
los mutabant̄. et ad basilicā ꝯcilij ad oc
cidentē bini: habentes subiectos alios
in via: biniq̄z ꝑ cellulas. He sunt diuisio
nes ianitorū filiorum chore et merari.
Porro achias erat sup̄ thesauros dom⁹
dn̄i. ⁊ vasa sanctoꝝ. Filij q̄z dan filij ger
sonni. De ledan principes familiaꝝ: le-
dan et gersonni ieiheli. Filij ieiheli: ça-
than et iohel fratres eius sup̄ thesauros
domus dn̄i amramitis et ysaaritis ⁊ he-
bronitis et oçihelitis. Subuhel aūt fili
us gersan filij moysi p̄positus thesauris
frater q̄z eius elieçer cuius filius raabia
et huius filius esaias et huius filius io
rā. huius q̄z filius çechri. ⁊ huius filius
selemith. Ip̄e selemith et fratres eius
sup̄ thesauros sanctoꝝ que sanctificauit
dauid rex. et principes familiarū ⁊ tribu
ni et centuriones ⁊ duces exercitus. de
bellis et manubijs preliorū que ꝯsecra-
uerant ad instaurationē et suppellecti-
lem tēpli dn̄i: Hec aūt vniūsa sanctifi-
cauit samuel vidēs et saul filius cis. et
abner filius ner. ⁊ ioab filius saruie: om
nesq̄z sanctificauerāt ea ꝑ manum sale-
mith et fratrū eius. ysaaritis vero pre-
erat chonenias et filij eius ad opa forin
secus sup̄ isrl̄. ad docendū et iudicādum
eos. Porro d̄ hebronitis asabias ⁊ frēs
eius viri fortissimi mille septingēti pre
erant israeli. trans iordanē ꝯtra occidē-
tem: in cūctis opib⁹ dn̄i et in ministeri-
um regis. Hebronitarū aūt prīceps fu
it ieria: s̄m familias et cognatōes eorū
Quadragesimo āno regni dauid recēsi
ti sūt et inuēti sūt viri fortissimi ī gaçer
galaad fratresq̄z eius robustioris etatis
duo milia septingēti principes familiaꝝ
Preposuit aūt eos dauid rex rubenitis
et gadditis et dimidie tribui manasse:
in oē mīsteriū dei et regis. XXVII

Filij aūt isrl̄ s̄m numeꝝ suū p̄n
cipes familiarū. tribuni. ⁊ cētu-
riones ⁊ p̄fecti q̄ ministrabant
regi iuxta turmas suas. ingrediētes et

egredientes ꝑ singulos mēses in anno vigītiq̄ttuor milibꝫ singuli p̄erāt. Prime turme in primo mēse iesboam preerat filiꝰ çabdihel: et sub eo vigintiquattuor milia. De filijs phares. princeps cunctorū principū in exercitu mēse primo Secūdi mensis habebat turmā du diaohites. et post se alter nomīe macelloth qui regebat partem exercitus vigintiquattuor miliū Dux q̄z turme tertie in mēse tertio erat banaias filius ioiade sacerdotis. ⁊ in diuisione sua vigītiquattuor milia: Ip̄e ē banaias fortissimus inter triginta ⁊ sup triginta. Preerat autē turme ip̄ius amiçadab filius eius. Quartus mēse q̄rto asahel frater ioab. ⁊ çabedias filius eius post eū. et in turma eiꝰ vigintiquattuor milia. Quītus mēse quinto princeps samaoth ieçerites: et in turma eius vigintiq̄ttuor milia. Sextus mēse sexto hira filius acces thecuites. et in turma eius vigintiq̄ttuor milia. Septimꝰ mense septimo helles phallonites de filijs effraim et in turma eiꝰ vigītiquattuor milia. Octauus mēse octauo sobochai vsathites de stirpe çarai. et in turma eius viginq̄ttuor milia. Nonꝰ mēse nono abieçer anathotites de filijs gemin. et in turma eiꝰ vigintiquattuor milia. Decimus mēse decimo marai et ipse nethophatites de stirpe çarai: et in turma eius vigintiq̄ttuor milia. Undecimus mense vndecimo banaias pharathonites d̄ filijs ephraim: et in turma eius vigintiq̄ttuor milia. Duodecimus mēse duodecimo holdai nethophatites de stirpe gothoniel. et in turma eius vigintiquattuor milia. Porro tribubꝫ p̄erāt in isrl̄. rubēitꝫ dux elieçer filius çechri symeonitis: dux saphacias filius macha. leuitis: asabias filius chamuel. aaronitꝫ. sadoch. iuda: heliu frater dauid. ysachar: amri filius michahel. çabulonitis: iesmaias filiꝰ abdie neptalitibꝫ: hierimoth filiꝰ oçihel. filijs ephraim: osee filius oçaçiu dimidie tribui manasse: iohel filius phadaie. et dimidie tribui manasse in galaad: iaddo filius çacharie. bēiamin aūt iasihel filius abner. dan vero eçrihel filiꝰ ieroam. Hi principes filiorū isrl̄. Noluit autē dauid numerare eos a viginti ānis inferius: q̄z dixerat dn̄s vt multiplicaret israel q̄ si stellas celi. Joab filius saruie ceperat numerare nec ꝯpleuit q̄z sup hoc ira dei irruerat in isrl̄. et idcirco numerus eoꝝ qui fuerant recensiti non est relatus in fastos regis dauid. Sup thesauros autem regis fuit asmoth filiꝰ adihel. His autem thesauris qui erāt in vrbibꝫ ⁊ in vicis et in turribꝫ presidebat ionathan filius oçie. Operi autē rustico et agricolis qui exercebāt terram preerat eçri filius chelub. vinearūq̄z cultoribꝫ semeias romathites cellis autem vinarijs çabdias aphonites. Nam sup oliueta et ficeta que erāt in campestribus. balanan gederithes. sup apothecas autem olei: ioas. Porro armentis que pascebātur in sarona prepositus fuit sethrai saronites. et super boues in vallibus saphat filius adli. super camelos vero vbil hismaelites. et sup asinos. iadias meronathites. super oues q̄z iaçim agarenus. Omnes hi principes substantie regis dauid Jonathan autem patruus dauid consiliarius vir prudens et literatus. ip̄e ⁊ iadihel filius achamoni erāt cum filijs regis. Achitophel etiā ꝯsiliarius regis et chusi arachites amicꝰ regꝫ. Post achitophel fuit ioiada filius banaie et abiathar. Princeps autem exercitus regis erat ioab.

XXVIII

Conuocauit igit̄ dauid oēs p̄ncipes isrl̄. duces tribuū et p̄positos turmaꝝ q̄ mīstrabāt regi: tribunos q̄z ⁊ cēturiones ⁊ q̄ p̄erāt substātie ⁊ possessiōibꝫ regis: filiosq̄z suos cum eunuchis. ⁊ potētes ⁊ robustissimos q̄sq̄z in exercitu hierl̄m. Cunq̄z surrexisset rex et stetisset. ⁊ ait: Audite me frēs mei ⁊ ppl̄s meꝰ: Cogitaui vt edificarē domū in q̄ req̄esceret arca federꝫ dn̄i ⁊ scabellū pedū dn̄i dei nr̄i: ⁊ ad edificādū oīa p̄paui: deꝰ aūt dixit mihi: nō edificab̄ domū noī meo: eo q̄ sis vir bellator ⁊ sāguinez

fuderis sed et elegit dñs deus isrl' me de
vniuersa domo patris mei vt essem rex
sup isrl' in sempiternũ. De iuda.n.ele-
git prĩcipes. Porro de domo iuda domũ
patris mei: et de filijs patris mei placu-
it ei vt me eligeret regẽ sup cũctũ israel
sed ⁊ de filijs meis. filios.n. mihi mul-
tos dedit dñs: elegit salomonẽ filiũ me
um vt sederet in throno regni dñi sup
israel. dixitq; mihi: Salomõ filius tu⁹
edificabit domũ meã ⁊ atria mea. Ip̃m
enĩ elegi mihi in filiũ. et ego ero ei ĩ pa-
trẽ: ⁊ firmabo regnũ eius vsq; ineternũ
si pseuerauerit facere p̃cepta mea et iu-
dicia sicut ⁊ hodie. Nũc g̃ corã vniuerso
cetu israel audiẽte deo nr̃o custodite ⁊ p
quirite cũcta mãdata dñi dei nr̃i vt possi
deatis terrã bonã. et relinq̃tis eã filijs ve
stris post vos vsq; in sempiternũ. Tu au
tem salomõ fili mi scito deũ pr̃is tui. et
serui ei corde pfecto et aĩo voluntario.
Oĩa enĩ corda scrutat̃ dñs ⁊ vniuersas
mentiũ cogitatões intelligit. Si q̃sierꝫ
eũ. inuenies: si aũt dereliq̃ris eũ. pijci-
et te in etenũ. Nũc g̃ qꝛ elegit te dñs vt
edificares domũ scũarij: ꝯfortare ⁊ pfice
Dedit aũt dauid salomoni filio suo de-
scriptionẽ porticus et tẽpli ⁊ cellarioꝝ ⁊
cenaculi et cubiculorũ in adytis ⁊ dom⁹
ppitiatõis. necnõ et oĩm q̃ cogitauerat
atrioꝝ et exedrarũ p circũituꝫ in thesau-
ros domus dñi et in thesauros scõꝝ. di-
uisionũq; sacerdotaliũ et leuiticaruꝫ in
oĩa opa domus dñi. et in vniuersa vasa
mĩsterij tẽpli dñi: aurũ in põdere p sin-
gula vasa mĩsterij: argẽti q̃ꝫ põdus pro
vasorũ et opeꝝ diuersitate. sed et in can
delebra aurea ⁊ ad lucernas. aurũ p mẽ
sura vniuscuiusq; cãdelabri et lucernaꝝ
similiter et in cãdelebra argẽtea et in lu
cernas eoꝝ p diuersitate mẽsure põdus
argẽti tradidit. Aurũ q̃ꝫ dedit in mẽsas
ppositõnis p diuersitate mensarum. si
militer et argẽtũ in alias mensas argẽ-
teas. Ad fuscinulas q̃ꝫ ⁊ phialas et thu
ribula ex auro purissimo. ⁊ leũculos au
reos p qualitate mẽsure pondus distri
buit. in leũculũ et leũculuꝫ: similiter et
in leones argẽteos diuersuꝫ argẽti pon
dus sepauit. Altari aũt in quo adolebat̃
incẽsum. aurũ purissimuꝫ dedit: et vt ex
ipso fieret similitudo q̃drige cherubin
extẽdentiũ alas et velãtium arcam fede
ris dñi. Oĩa inquit venerũt scripta ma
nu dñi ad me. vt intelligerem vniuersa
opa exẽplaris. Dixit q̃ꝫ dauid salomoni
filio suo: Viriliter age ⁊ ꝯfortare et fac:
ne timeas et ne paueas. Dñs enĩ deus
meus tecum erit. et nõ dimittet te nec
derelinquet: donec perficias omne opus
ministerij domus dñi. Ecce diuisiones
sacerdotũ ⁊ leuitaꝝ in oẽ mĩsteriũ dom⁹
dñi assistũt tibi ⁊ pati sũt. et nouerunt
tam p̃ncipes q̃ꝫ ppl's omĩa p̃cepta tua.

LXXIX

Locutusq; est dauid
rex ad omnem ecclesiam. Sa-
lomonem filium meum vnuꝫ
elegit dñs adhuc puerũ ⁊ tenellũ. Op⁹
enim grãde est. neq; enĩ homini p̃parat̃
habitatio. sed deo. Ego enĩ totis viribꝫ
meis p̃paraui impensas domus dñi dei
mei: aurum ad vasa aurea. et argentum
in argentea. es in enea. ferruꝫ in ferrea.
ligna ad lignea. lapides onychinos ⁊ q̃-
si stibinos et diuersorũ coloꝝ oẽmq; p̃ci
osum lapidẽ et marmor parium abun-
dantissime. et sup hec que obtuli in do-
mum dei mei de peculio meo aurũ et ar
gentũ do in templum dei mei: exceptis
his q̃ p̃paraui in edẽ sanctã. tria milia ta
lẽta auri de auro ophir. ⁊ septẽ milia ta-
lẽtoꝝ argẽti pbatissimi ad deaurãdos pa
rietes tẽpli: et vbicũq; opus est aurũ de
auro. et vbicũq; opus ẽ argẽtũ de argẽ-
to. Opa fiãt p manus artificũ et si quis
spõte offert ĩpleat manũ suã hodie ⁊ of-
ferat quod voluerit dño. Polliciti sunt
itaq; principes familiarũ ⁊ proceres tri
buũ isrl'. tribuni q̃ꝫ et centuriones ⁊ p̃n
cipes principũ possessionum regis: dede
runtq; in opa domus dñi auri talenta
quinq; milia et solidos decem milia. ar-
genti talenta decem milia. et eris talen
ta decem et octo milia: ferri q̃ꝫ centum
milia talentorum. et apud quẽcunq; in
uẽti sunt lapides. dederũt in thesauros

domus dñi ꝑ manū iehihel gersonitis. Letatusq; ē ꝓpl's cū vota sponte ꝓmitte rēt: qꝛ corde toto offerebāt ea dño. Sꝫ et dauid rex letatus est gaudio magno. et bñdixit dño corā vniuersa multitudi ne. et ait: Benedictus es dñe deus isra el patr̄ nostri: ab eterno ī eternū. Tua est dñe magnificētia ⁊ potentia ⁊ gloria atq; victoria ⁊ tibi laus. Cūcta. n. que in celo sunt et in terra. tua sunt. Tuū dñe regnum: ⁊ tu es super omnes principes Tue diuitie. ⁊ tua est gloria: tu domina ris omniū. In manu tua virtus ⁊ potē tia: in manu tua magnitudo ⁊ imperiuꝫ oīm. Nunc igit̄ deus noster confitem̄ ti bi. et laudam⁹ nomē tuū inclytū Quis ego ⁊ quis ꝓpl's meus: vt possim⁹ hec ti bi vniuersa ꝓmittere? Tua sunt oīa ⁊ q̄ de manu tua accepim⁹ dedim⁹ tibi. Pe regrini. n. sumus corā te ⁊ aduene: sicut om̄s patres nostri. Dies nr̄i quasi vm bra sup terrā: ⁊ nulla est mora. Dñe de us noster. oīs hec copia quā parauimus vt edificaret̄ domus noī sancto tuo. de manu tua est. ⁊ tua sunt omīa. Scio de us meus q̄ ꝓbes corda ⁊ simplicitatē di ligas: vnde ⁊ ego in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa hec: ⁊ ꝓpl'um tuū qui hic reꝑtus ē vidi cū ingēti gau dio tibi offerre donaria. Dñe deus abra am ⁊ ysaac et isrl' patrū nostroꝝ custodi in eternū hāc voluntatē cordis eorū. et semꝑ in venerationē tui mēs ista ꝑma neat. Salomoni q̄ꝫ filio meo da cor per fectum. vt custodiat mādata tua ⁊ testi monia tua ⁊ cerimonias tuas. et faciat vniuersa. ⁊ edificet edem cui⁹ impensas parani Precepit aūt dauid vniuerse ec clesie. Bñdicite dño deo nr̄o. Et bñdixit oīs ecclesia dño deo patꝝ suoꝝ. ⁊ inclina uerunt se ⁊ adorauerūt deū: et deinde re gem. Immolauerūtq; victimas dño ⁊ obtulert̄ holocausta die sequēti. tauros mille. arietes mille. agnos mille cū liba minibus suis ⁊ vniuerso ritu abundā tissime in omnē israel. Et comedert̄ et biberūt corā dño in die illo cū grādi leti cia ⁊ vnxerūt secundo salomonē filium dauid. Unxerunt autē euꝫ dño in prīci pem. et sadoch in pōtificē. Seditq; salo mon sup soliuꝫ dñi in regē ꝓ dauid pr̄e suo et cūctis placuit: ⁊ paruit illi omīs israel. Sed ⁊ vniuersi principes et potē tes et cūcti filij regis dauid dederūt ma num. et subiecti fuerunt salomoni regi Magnificauit ergo dñs salomonē sup omnē isrl': et dedit illi gloriā regni qualē nullus habuit ante euꝫ rex isrl'. Igit ur dauid filius isai regnauit super vniuer sum israel: et dies quibus regnauit sup israel fuerunt quadraginta anni: In he brō regnauit septē ānis ⁊ in hierl'm tri gintatribus: ⁊ mortuus est in senectute bona plenus dieruꝫ ⁊ diuitijs et gloria: et regnauit salomon filius eius pro eo Gesta autē dauid regis priora et nouis sima scripta sunt ī libro samuel vidētis et in libro nathā ꝓphe: atq; in volumīe gad vidētis vniuersiq; regni ei⁹ fortitu dinis ⁊ tēpoꝝ q̄ trasierūt sub eo: siue in israel. siue in cūctis regnis terrarum.

Explicit dabreiamin liber primus. Incipit Dabreiamin siue Paralipomenō liber secundus. Capitulum I

Confortatus ē ergo salomō fili⁹ dauid in regno suo et dñs erat cuꝫ eo: ⁊ magnificauit eū in excelsuꝫ. Prece pitq; salomō vniuerso israeli tribunis et cēturionib⁹ ⁊ ducib⁹ ⁊ iudicib⁹ omīs isrl' ⁊ principib⁹ familiaꝝ: ⁊ abijt cū vni uersa ml'titudine in excelsuꝫ gabaō. vbi erat tabernaculum feder̄ dñi: qd̄ fecit moyses famul⁹ dei in solitudīe. Arcā au teꝫ dei adduxerat dauid d̄ cariathiarī in locū quē p̄parauerat ei. ⁊ vbi fixerat illi tabernaculū hoc est in hierl'm. Altare q̄ꝫ eneum quod fabricatus fuerat beseleel filius vri filij vr: ibi erat corā tabernacu lo dñi: quod et requisiuit salomō ⁊ oīs ecclesia. Ascēditq; salomō ad altare ene um corā tabernaculo feder̄ dñi. ⁊ obtu lit in eo mille hostias. Ecce autez in ip̄a

nocte apparuit ei de⁹ dicēs Postula qd̄
vis: vt dem tibi. Dixitq; salomon deo:
Tu fecisti cum dauid patre meo miseri
cordiā magnā. et cōstituisti me regē pro
eo. Nūc g̃ dñe deus. ipleat̄ sermo tuus
quē pollicitus es dauid pr̄i meo Tu enī
me fecisti regē sup̄ ppl'm tuū ml'tū: q̄ taz
innumerabilis ē q̄z puluis terre. Da mi
hi sapīam et intelligētiā: vt ingrediar ⁊
egrediar corā ppl'o tuo. Quis enī potest
hūc ppl'm tuū digne qui tam grādis est
iudicare? Dixit aūt deus ad salomonez.
Quia hoc magis placuit corde tuo ⁊ nō
postulasti diuitias et sub̄am ⁊ gloriā: ne
q; aīas eoꝝ qui te oderant. sed nec dies
vite plurimos petisti aūt sapīam et sciē
tiam. vt iudicare possis ppl'um meū. sup̄
quem constitui te regē: sapiētia ⁊ scien
tia data sunt tibi. Diuitias aūt ⁊ substā
tiam et gloriā dabo tibi: ita vt nullus in
regib⁹ nec ante te nec post te fuerit simi
lis tui. Venit g̃ salomon ab excelso ga
baon in hierl'm corā tabernaculo feder̄.
et regnauit sup̄ israel. Cōgregauitq; si
bi currus et equites. ⁊ facti sunt ei mil
le quadringēti currus. ⁊ duodecī milia
equitū. ⁊ fecit eos esse in vrbib⁹ q̄driga
ruz et cū rege in hierl'm. Prebuitq; rex
argentū et aurū in hierusalē quasi lapi
des: et cedros q̄si sycomoros q̄ nascūtur
in cāpestrib⁹ ml'titudine magna. Addu
cebant̄ aūt ei equi de egypto d̄ choa a ne
gociatorib⁹ regis: qui ibāt et emebāt p̄
cio quadrigā equoꝝ sexcētis argēteis: ⁊
equū centū quinq̄ginta. Similiter de
vniūsis regnis cethxoꝝ ⁊ a regib⁹ syrie:
emptio celebrabatur. II

DEcreuit aūt salomon edificare
domū nōi dñi. ⁊ palaciū sibi Et
numerauit septuaginta milia
viroꝝ portātiū humeris. ⁊ octogīta mi
lia qui cederēt lapides in mōtib⁹: p̄posi
tosq; eoꝝ tria milia sexcentos. Misit q̄z
ad hirā regem tyri dicens: Sicut egisti
cū dauid pr̄e meo ⁊ misisti ei ligna cedri
na vt edificaret sibi domuz in q̄ et habi
tauit: sic fac mecū vt edificez domū noī
dñi dei mei. vt ꝯsecrē eam: ad adolendū
incēsum corā illo et fumigāda aromata
et ad ꝓpositionē panū sempiternā. ⁊ ad
holocaustomata mane ⁊ vespe. sabbatis
q̄z et neomenijs. et solēnitatib⁹ dñi dei
nr̄i in sempiternū q̄ mādata sunt israe
li. Domus. n. quam edificare cupio ma
gna est. Magnus est. n. deus nr̄ sup̄ oēs
deos. Quis g̃ poterit p̄ualere vt edificet
ei dignā domū? Si celū et celi celorum
cape eū nequeūt: quātus ego suz vt pos
sim edificare ei domū? Sed ad hoc tan
tū: vt adoleat̄ incēsuz corā illo. Mitte g̃
mihi viꝝ eruditū q̄ nouerit opari in au
ro et argēto ere et ferro purpura cocci
no ⁊ hyacintho. et qui sciat sculpere cela
turas cū his artificib⁹ q̄s mecū habeo in
iudea ⁊ in hierl'm q̄s p̄parauit dauid pr̄
meus. Sed ⁊ ligna cedrina mitte mihi
et arthxutīa ⁊ pinea de libano. Scio. n.
q̄ serui tui nouerint cedere ligna de li
bano. Et erūt serui mei cū seruis tuis:
vt parent̄ mihi ligna plurima. Domus
enī quā cupio edificare magna ē nimis
et inclyta. Preterea oparijs qui cesuri
sunt ligna seruis tuis dabo ī cibaria. tri
tici choros viginti milia. ⁊ hordei choros
totidez: olei q̄z sata viginti milia. Dixit
aūt hirā rex tyri p̄ lr̄as. quas miserat sa
lomoni: Quia dilexit dñs ppl'm suū. id
circo te regnare fecit sup̄ eū. Et addidit
dicēs: Bñdictus dñs deus israel qui fe
cit celū et terrā: qui dedit dauid regi fili
um sapientē et eruditū ⁊ sensatum atq;
prudētez: vt edificaret domū dño. ⁊ pala
tinm sibi. Misi g̃ tibi viꝝ prudentē ⁊ sci
entissimū. hiram patrē meum filiū mu
lieris de filiabus dan. cuius pater fuit ty
rius qui nouerit opari in auro et argen
to. ere ⁊ ferro et marmore ⁊ lignis: ī pur
pura q̄z et hyacintho ⁊ byssino ⁊ coccino
et qui sciat celare omnem sculpturam.
et adinuenire prudenter qd̄cūq; in ope
re necessariū est: cū artificibus tuis ⁊ cū
artificib⁹ dñi mei dauid patris tui. Tri
ticū g̃ et hordeū ⁊ oleū et vinū que polli
citus es dñe mi mitte seruis tuis. Nos
aūt cedem⁹ ligna d̄ libano q̄t nccīa ha
buer̄ ⁊ applicabim⁹ ea ratib⁹ p̄ mare in

ioppe: tuū aut erit trāsferre ea ī hierl'm.
Numerauit igit' salomō oēs viros ꝓse-
litos qui erāt in terra isrl' post dinume-
ratōez quam dinūerauit dauid pr̄ ei⁹. ⁊
inuēti sūt centū q̄nq̄gīta tria milia ⁊ sex
cēti. Fecitq̄z ex eis septuagīta milia qui
hūeris onera portarēt. ⁊ octogīta milia
q̄ lapides de mōtib⁹ cederēt: tria aūt mi
lia et sexcētos p̄positos oper̄ ꝓpl'i. III

Et cepit salomō edificare domū
dn̄i in hierusalē in monte mo-
ria qui demōstratus fuerat da-
uid pr̄i eius: in loco quez parauerat da-
uid in area hornan iebusei. Cepit autez
edificare mēse secundo: anno quarto re
gni sui. Et hec sūt fūdamēta q̄ iecit salo
mon vt edificaret domū dei. lōgitudinis
cubitos in mēsura prima sexaginta: lati
tudinis cubitos viginti. Porticū vero
ante frontē que tendebat' in longū iu-
xta mēsurā latitudinis dom⁹: cubitorū
viginti. Porro altitudo centū viginti
cubitorū erat. Et deaurauit eā intrinse
cus auro mūdissimo. Domū q̄z maiorē
texit tabulis ligneis abiegnis. et lami-
nas auri obriçi affixit ꝑ totū. Sculpsit
q̄z in ea palmas. ⁊ q̄si catenulas se īuicē
cōplectētes. Stranit q̄z pauimentū tē
pli p̄ciosissimo marmore: decore multo
Porro aurū erat ꝓbatissimū. de cui⁹ la
minis texit domū et trabes ei⁹ et postes
et parietes ⁊ ostia et celauit cherubin in
parietib⁹. Fecit q̄z domū scī scōr̄: lōgitu
dinē iuxta latitudinē domus cubitorū
viginti: et latitudinē similiter vigīti cu
bitorū. Et lamīs aureis texit eā q̄si talē
tis sexcēt⁹: sed ⁊ clauos fecit aureos: ita
vt singuli claui siclos quinq̄genos ap-
penderēt: Cenacula q̄z texit auro. Fecit
etiā in domo scī scōr̄ cherubin duos ope
re statuario. et texit eos auro Ale cheru
bin viginti cubitis extendebant': ita vt
vna ala hr̄et cubitos quinq̄z ⁊ tangeret
parietē dom⁹: ⁊ altera quīq̄z cubitos ha
bēs alā tāgeret alteri⁹ cherub. Similit'
cherub alteri⁹ ala quīq̄z hēbat cubitos.
et tāgebat parietē: et ala eius altera q̄n
q̄z cubitorū. alam cherub alteri⁹ cōtīge-
bat. Igitur ale vtriusq̄z cherub expanse
erāt: et extēdebant' per cubitos viginti.
Ip̄i aūt stabant erectis pedib⁹. et facies
eorum erāt verse ad exteriorem domuz
Fecit q̄z velū ex hyacintho purpura coc
co et bysso. et intexuit ei cherubin Ante
fores etiā templi duas colūnas que tri
ginta ⁊ quīq̄z cubitos habebant taltitu
dinis. Porro capita earum quinq̄z cu-
bitor̄: necnō ⁊ q̄si catenulas ī oraculo.
et supposuit eas capitib⁹ colūnar̄. Ma-
logn̄ata etiā centū: q̄ catenulis int'posu
it. Ip̄as q̄z colūnas posuit in vestibulo
tēpli vnā a dextris alterā a sinistris. Eā
q̄ a dextris erat vocauit iachin: et que ad
leuam vocauit booç. IIII

Fecit q̄z altare eneū viginti cu-
bitorū longitudinis. ⁊ vigīti cu
bitorū latitudinis. et decē cubi-
torū altitudinis. Mare etiā eneū fusile
decē cubitis a labio vsq̄z ad labiū: rotū-
dum ꝑ circūitū. Quinq̄z cubitos habe-
bat altitudinis: ⁊ funicul⁹ triginta cubi
torū. ambigebat gyrū eius. Similitu-
do q̄z boū erat subter illud. Et decē cubi
tis quedā extrinsec⁹ celature: quasi duo
bus versib⁹ labiū maris circūibant. Bo
ues aūt erant fusiles: ⁊ ip̄m mare super
duodecim boues impositū erat. quoruz
tres respiciebāt ad aquilonē. ⁊ alij tres
ad occidētem. Porro tres alij meridiez
et tres qui reliqui erant orientē: hn̄tes
mare suppositū. Posteriora aūt boum
erant intrinsecus sub mari. Porro va-
stitas ei⁹ hēbat mēsurā palmi. ⁊ labiū il
lius erat q̄si labiū calicis vel repādi lilij
capiebatq̄z tria milia metretas Fecit q̄z
conchas decē et posuit quīq̄z a dextris et
quinq̄z a sinistris. vt lauarēt in eis oīa q̄
in holocaustū oblaturi erant. Porro in
mari sacerdotes lauabant': Fecit aūt et
candelabra aurea decē s̄m spēm quā ius
serat fieri. et posuit ea in tēplo: quinq̄z
a dextris ⁊ quinq̄z a sinistris. Necnon et
mēsas decē: ⁊ posuit eas in tēplo. quinq̄z
a dextr⁹ ⁊ q̄nq̄z a sinistr⁹. phialas q̄z aure
as cētuz Fecit etiam atrium sacerdotuz
et basilicā grādez ⁊ ostia in basilica que

terit ere Porro mare posuit in latere dextro ꝯ orientē ad meridiē. Fecit aūt hi/ram lebetes ⁊ creagras ⁊ phialas ⁊ ꝯple uit omē opus regis in domo dei. bē co/lūnas duas et episthylia ⁊ capita: ⁊ quasi quedā retiacula q̄ capita tegerēt super epistylia. Malogranata q̄z q̄dringēta et retiacula duo ita vt bini ordines malo granatorū fingulis retiaculis iūgerent q̄ ptegerēt epistylia. et capita colūnaruz Baſes etiā fecit. et conchas. quas super posuit basib⁹: mare vnū. louel q̄z duode cim sub mari. ⁊ lebetes ⁊ creagras ⁊ phi alas. Oia vasa fecit salomoni hirā pa/ter eius in domo dñi ex ere mūdissimo In regione iordanis fudit ea rex in ar/gyllosa terra: inter sochot et saredatha. Erat aūt multitudo vasoꝝ inumerabil' ita vt ignorarē pōdus eris. Fecitq̄z sa/lomon oia vasa domus dei.: et altare au reū ⁊ mēsas: et sup eas panes ꝓpositōis Candelebra q̄z cū lucernis suis vt luce rent ante oraculū iuxta ritū ex auro pu rissimo. ⁊ florentia quedā ⁊ lucernas et forcipes aureos. Omia de auro mūdissi mo facta sūt Thymiamateria q̄z thu/ribula et phialas et mortariola. ex au/ro purissimo. Et ostia celauit tēpli inte riorꝭ. i. in scā scōꝝ. ⁊ ostia tēpli forinsec⁹ aurea. Sicq̄z cōpletū ē oē opus quod fecit salomō in domo dñi.

V

Tulit igit salomon omia q̄ ve uerat dauid pater suus argētuz et aurū et vniuersa vasa posuit in thesauris domus dñi. Post que cō/gregauit maiores natu isrl. ⁊ cūctos pn cipes tribuū. et capita familiarum de fi/lijs israel in hierusalem. vt adducerent arcā federis dñi de ciuitate dauid q̄ ē in sion. Venerūt itaq̄z ad regez omes viri isrl' in die solēni mēsis septimi. Cūq̄z ve nissent cūcti seniorū israel. portauerunt leuite arcā. et intulerūt eā. et oēm para turā tabernaculi. Porro vasa scūarij q̄ erāt in tabernaculo portauerūt sacerdo tes cū leuitis. Rex aūt salomō ⁊ vniuer sus cetus isrl'. et oes q̄ fuerūt cōgregati ante arcā: īmolabāt arietes ⁊ bues abs q̄ vllo numero: Tanta. n. erat multitu do victimarū. Et intulerūt sacerdotes arcam federis dñi in locū suū. i. ad ora/culū templi. in scā scōꝝ subter alas che/rubin: ita vt cherubin expāderent alas suas sup locū in q̄ posita erat arca. ⁊ ipaz arcā tegerent cū vectibus suis. Vectiuz aūt quib⁹ portabat arca: qz paululū lon giores erāt. capita parebāt ante ora/culum. Di vero quis paululum fuisset ex trinsec⁹. eos videre nō poterat. Fuit ita q̄z arca ibi vsq̄z in p̄sentē diē. Nihilq̄z erat aliud in arca nisi due tabule: q̄s posue/rat moyses in oreb: qū legē dedit dñs fi lijs israel egredientib⁹ ex egypto Egres sis autem sacerdotibus de sanctuario. oēs. n. sacerdotes qui ibi potuerāt inue niri scificati sunt. nec adhuc in illo tpe vices ⁊ ministeriorū ordo inter eos di/uisus erat. tam leuite q̄z cantores. i. et q̄ sub asaph erāt. ⁊ q̄ sub hemā: et qui sub ydithun. filij et frēs eoꝝ vestiti byssinis cymbalis ⁊ psalterijs. et citharis cōcre/pabāt stātes ad orientalē plagā altaris et cū eis cātores centū vigiti canētes tub Igit cūctis pariter ⁊ tubis ⁊ voce ⁊ cym balis et organis ⁊ diuersi generis musico rū cōcinētib⁹ ⁊ voce in sublime tollētib⁹ lōge sonitus audiebat. ita vt cum dñm laudare cepissent ⁊ dicere. Cōfitemini dño qm̄ bonus qm̄ in et̄nū misericordia ei⁹. impleret dom⁹ dei nube. ne posset sa/cerdotes stare ⁊ mīstrare ꝓpter caliginē Cōpleuerat. n. gloria dñi domū dei

VI

Tunc salomon ait: Dñs pollica/tus est vt habitaret in caligine ego autem edificaui domuz no mini eius: vt habitaret ibi in perpetuū Et conuertit rex faciē suā. ⁊ bñdixit vni uerse multitudini israel. Nā omis tur/ba stabat intēta. Et ait: Bñdict⁹ dñs de us isrl': q̄ qđ locut⁹ ē dauid p̄ri meo. ope cōpleuit dicēs: A die qua eduxi populū meū de terra egypti. nō elegi ciuitatē de cūctis tribub⁹ isrl' vt edificaret in ea do mus noī meo. neq̄z elegi quēq̄z aliū vir vt esset dux in ꝑplo meo isrl': sz elegi hie rusalē vt sit noīa meū ī ea ⁊ elegi dauid

vt ꝯstituerē eū sup̄ pp̄m meū isr̄l. Cūq; fuisset volūtatis dauid p̄is mei vt edi/ficaret domū nomi dñi dei isr̄l. dixit dñs ad eū: Quia hic fuit volūtas tua vt edificares domuz noi meo: bñ quidē feciſti hui⁹cemodi habere volūtatez. ſz nō tu edificabis mihi domū. Verūtamē filius tuus qui egredi⁹ de lūbis tuis: ipe edificabit domū noi meo. Cōpleuit ḡ dñs sermonē suū quē locutus fuerat. et ego surrexi p dauid p̄e meo ⁊ sedi sup̄ thronuz isr̄l sicut locutus ē dñs: et edificaui domū noi dñi dei isr̄l et posui in ea arcaz in qua est pactū dñi qđ pepigit cū filijs israel. Stetit ḡ coꝝ altare dñi ex aduerso vniuerse multitudinis isr̄l. ⁊ extēdit manus suas. Siquidez fecerat salomō basim eneā et posuerat eaz in medio basilice habentē quiq; cubitos longitudis et quinq; latitudinis. et tres cubitos altitudinis. Stetitq; sup̄ eā. ⁊ ꝺeiceps flexis genib⁹ vtra vniuersaz multitudinē isr̄l: et palmis in celū leuatis ait: Dñe deus isr̄l. nō est similis tui deus in celo et in terra. qui custodis pactū ⁊ misericordiā cū seruis tuis qui ābulāt coꝝ te in toto corde suo q̄ p̄stitisti seruo tuo dauid patri meo q̄cunq; locut⁹ fueras ei. et q̄ ore pmiseras: ope cōpleſti. sicut et p̄sens tps pbat. Nūc ergo dñe deus israel imple seruo tuo p̄i meo dauid q̄cunq; locutus es dicēs: Nō ꝺficiet ex te vir coram me q̄ sedeat sup̄ thronū isr̄l: ita tñ si custodierint filij tui vias meas. ⁊ ambulauerint in lege mea: sicut et tu ambulasti coꝝ me. Et nūc dñe deus israel firmet⁹ sermo tu⁹: quē locutus es seruo tuo dauid. Ergo ne credibile ē vt habitet deus cū hoib⁹ sup̄ terrā: Si celuz et celi celoꝝ nō te capiūt: quātomagis domus ista quā edificaui: Sed ad hoc tm̄ facta ē. vt respiciat⁹ oꝝonez serui tui ⁊ obsecrationē eius dñe deus me⁹. ⁊ audias p̄ces q̄s fundit famul⁹ tu⁹ coꝝ te: vt aperias oculos tuos sup̄ domū istā die⁹ ac noctib⁹ sup̄ locū in q̄ pollicit⁹ es vt inuocet⁹ nomē tuū et exaudires oꝝonez quaz seru⁹ tu⁹ orat in eo: ⁊ exaudias p̄ces famuli tui et p̄pli tui isr̄l. Quicūq; oꝝauerit in loco isto: exaudi de habitaculo tuo. i. de celis. ⁊ p̄pitiare. Si peccauerit q̄spiaz in p̄ximū suū et iurare ꝯra eū paratus venerit se q; maledicto ꝯstrinxerit coꝝ altari in domo ista tu audies de celo. ⁊ facies iudiciū seruoꝝ tuoꝝ: ita vt reddas iniquo viā suā in caput p̄priū. ⁊ vlciſcaris iustū retribuens ei ꝓm iustitiā suaz. Si supat⁹ fuerit p̄p̄s tu⁹ isr̄l ab inimicis. peccabūt. n. tibi. ⁊ ꝯuersi egerīt penitētiaz. ⁊ obsecrauerint nomē tuū. et fuerit ꝺp̄cati te in loco isto: tu exaudies ꝺ celo ⁊ p̄pitiare pctō p̄pli tui israel: et reduc eos in terrā quaz dedisti eis ⁊ p̄ribus eoꝝ. Si clauso celo pluuia nō fluxerit p̄pter pctā p̄pli tui. ⁊ pēnitentiā agentes fuerint in loco isto. ⁊ cōfessi nōi tuo. ⁊ ꝯuersi a pctis suis cū eos afflixeris: exaudi de celo dñe. ⁊ dimitte peccata famuli tui et p̄pli tui isr̄l et doce eos viā bonā. p quā ingrediāt⁹ et da pluuiā terre quā dedisti p̄plo tuo ad possidendū. Fames si orta fuerit i terra et pestilētia. erugo ⁊ arugo et locusta et bruchus. ⁊ hostis vastat⁹ regionib⁹ portas obsederint ciuitatis. oīsq; plaga et infirmitas p̄sserit: si q̄s de p̄plo tuo isr̄l fuerit ꝺp̄catus. cognoscēs plagā ⁊ infirmitatē suā: et expāderit man⁹ suas i domo. hac tu exaudies ꝺ celo de sublimi. s. habitaculo tuo: et p̄pitiare: ⁊ redde vnicuiq; ꝯm vias suas: q̄s nosti cuz habere in corde suo. Tu. n. sol⁹ nosti corda filiorum hoim vt timeāt te et ambulent in vijs tuis: cunctis diebus. quibus viuent sup̄ faciē terre quā dedisti patrib⁹ nostris. Exterānū q̄z q̄ nō ē de p̄plo tuo isr̄l. si venerit ꝺ tra lōginq; p̄pter nomē tuū magnū et p̄pter manū tuā robustā. et brachiuz tuū extentuz. et adorauerit in loco isto. tu exaudies ꝺ celo firmissimo habitaculo tuo. ⁊ facies cuncta p̄ro quibus inuocauerit te ille peregrin⁹: vt sciant oēs populi terre nomē tuū ⁊ timeāt te sicut populus tu⁹ isr̄l: ⁊ cōgnoscāt q̄ nomē tuū inuocatū ē sup̄ domū hāc quaz edificaui noi tuo. Si egress⁹ fuerit p̄p̄s tu⁹ ad belluz ꝯtra adu̇sarios suos p viā in q̄ miseris

eos adorabūt te ꝯtra viā in qua ciuitas
hec est quā elegisti. et dom⁹ quā edifica-
ui noī tuo: vt exaudias de celo p̄ces eoꝝ
et obsecrationē. ⁊ vlciscaris. Si autez
peccauerīt tibi (neqꝫ.n.est hō qui nō pec
cet) et iratus fueris eis. et tradideris ho
stib⁹. et captiuos duxerint eos in terraz
longinquā. vl' certe que iuxta est. ⁊ ꝯuer
si in corde suo in terra ad quam captiui
ducti fuerant egerint pnīam. et dep̄cati
te fuerint in terra captiuitatis sue. dicē
tes: peccauimus inique fecim⁹. iniuste
egimus. ⁊ reuersi fuerīt ad te ī toto cord̄
suo. et tota aīa sua in terra captiuitatis
sue ad quā ducti sunt adorabūt te ꝯ̄ vi-
am terre sue quā dedisti patrib⁹ eoruz. ⁊
vrbis quā elegisti. ⁊ domus quā edifica
ui nomī tuo: vt exaudias de celo. h̄ est de
firmo habitaculo tuo p̄ces eorū. et faci-
as iudicium. ⁊ dimittas ꝓpl'o tuo q̄uis
peccatori. Tu es.n. de⁹ meus. Aperiant̄
queso oculi tui. et aures tue intēte sint
ad or̄onez q̄ fit in loco isto. Nūc igit̄ cō-
surge dn̄e deus in requiē tuā: tu et arca
fortitudīs tue. Sacerdotes tui dn̄e de⁹
induant̄ salutē: ⁊ sancti tui letent̄ in bo-
nis Domine deus meus ne auerteris
faciem christi tui. Memento misericor
diarū dauid serui tui.

VII

Cunqꝫ ꝯplesset salomō fundens
p̄ces. ignis descēdit de celo: et de
uorauit holocausta ⁊ victimas.
et maiestas dn̄i īpleuit domū: nec pote-
rant sacerdotes ingredi. templū dn̄i. eo
ꝙ implesset maiestas dn̄i templuz dn̄i.
Sed et oēs filij isrl' videbāt descenden
tem ignē. et gloriā dn̄i sup̄ domū. et cor
ruentes ꝓni in terrā sup̄ pauimētū stra
tum lapide. adorauerūt et laudauerūt
dn̄m. qm̄ bonus. qm̄ in seculū misericor
dia eius. Rex aūt ⁊ oīs ꝓpl's īmolabant
victimas corā dn̄o. Mactauit igit̄ rex sa
lomō hostias boū vigintiduo milia: arie
tum cētū viginti milia. Et dedicauit do
muz dei rex ⁊ vniūsus ꝓpl'us. Sacerdo-
tes aūt stabāt in officijs suis: ⁊ leuite in
organis carminum dn̄i. que fecit dauid
rex ad laudādū dn̄m. qm̄ bon⁹ qm̄ in et-
nū misericordia eius: hymnos dauid ca
nētes p̄ manus suas. Porro sacerdotes
canebāt tub' an̄ eos: cuctusqꝫ isrl' stabat
Scīficauit q̄z salomō mediū atrij an̄ tē
plū dn̄i. Obtulerat.n. ibi holocausta et
adipes pacificoꝝ: qꝛ altare eneum qd̄ fe
cerat nō poterat sustinere holocausta et
sacrificia et adipes pacificorum. Fecit g̃
salomō solēnitatez in tp̄e illo septē die-
bus ⁊ oīs isrl' cū eo. ecclesia magna val-
de: ab ītroitu emath vsqꝫ ad torrentem
egypti. Fecitqꝫ die octauo collectā eo ꝙ
dedicasset altare septē dieb⁹. et sollēnita
tem celebrasset dieb⁹ septē. Igit̄ in die
vicesimotertio mēsis septimi. dimisit
ꝓpl'os ad tab'nacula sua: letātes atqꝫ gau
dētes sup̄ bono qd̄ fecerat dn̄s dauid et
salomoni ⁊ isrl' ꝓpl'o suo. Cōpleuitqꝫ sa-
lomō domū dn̄i. et domū regis. et oīa q̄
disposuerat in corde suo vt faceret in do
mo dn̄i. et in domo sua. et ꝓsperatus ē.
Apparuit aūt ei dn̄s nocte. et ait: Audi-
ui oratōez tuā. et elegi locū istū mihi in
domū sacrificij. Si clausero celū et plu
uia nō fluxerit et mādauero ⁊ p̄cep̄o lo
custe vt deuoret t'raz ⁊ misero pestilētiaz
in ꝓpl'm meū: ꝯuersus aūt ꝓpl's me⁹ sup̄
q̄s inuocatū ē nomē meū: dep̄catus me
fuerit. ⁊ exq̄sierit faciē meā. ⁊ egerit peni
tētiaz a vijs suis pessimis. ⁊ ego exaudiā
d̄ celo. ⁊ ꝓpiti⁹ ero pctīs eoꝝ ⁊ sanabo ter
rā eoꝝ. Oculi q̄z mei erūt ap̄ti. et aures
mee erecte: ad or̄onez eius q̄ in loco isto
orauerit Elegi.n. ⁊ scīficaui locū istū: vt
sit nomē meū ibi ī sempit'nū ⁊ p̄mane-
ant ocl'i mei ⁊ cor meū ibi cūct⁹ diebus.
Tu q̄z si ābulauer⁹ corā me. sic̄ ābulauit
dauid p̄r tu⁹. ⁊ fecer⁹ iuxta oīa q̄ p̄cepi ti
bi. ⁊ iusticias meas iudiciaqꝫ s̄uauer⁹: su
scitabo thronū regni tui: sic̄ pollicit⁹ suz
dauid p̄ri tuo dicēs: Nō auferet̄ d̄ stirpe
tua vir. q̄ nō sit p̄nceps in isrl'. Si autē
aūsi fuerit⁹. ⁊ d̄reliq̄rit⁹ iusticias meas ⁊
p̄cepta mea q̄ ꝓposui vob'. ⁊ abeūtes ser-
uierit⁹ dijs alienis. ⁊ adoraueritis eos:
euellā vos de t'ra mea quā dedi vob' ⁊ do
mū hāc quā edificaui noī meo ꝓijciaz a
facie mea: et tradam eā in parabolā ⁊ in

exemplū cūctis pplis:t dom' ista erit in
puerbiū vniūsis trāseūtibꝫ t dicēt stu-
pētes: Quare fecit dñs sic tre huic t do
mui huic? Rñdebūtqꝫ: Quia dereliqe
rūt dñm deū patꝛ suoꝛ q̄ eduxit eos de
terra egypti.t apprehēderūt deos alienos
et adorauerūt eos et coluerūt: idcirco de
nerūt sup eos vniūsa hec mala. VIII
Expletꝫ aūt vigiti ānis postqꝫ edi
ficauit salomō domum dñi et
domū suā:ciuitates q̄s dederat
hirā salomoni edificauit t hītare ibi fec
filios isrl'. Abijt q̄z in emath suba.t obti
nuit eā et edificauit palmirā in deserto:
et alias ciuitates munitissimas edifica
uit in emath. Extruxitqꝫ bethoron supi-
orem.t bethorō inferiorē.ciuitates mu-
ratas:hītes portas t vectes t seras. Ba
laath etiā et omnes vrbes firmissimas
que fuerunt salomonis cūctasqꝫ vrbes
quadrigarū.t vrbes equitū. Omia que
cūqꝫ voluit fecit rex salomon atqꝫ dispo
suit:edificauit in hierusalē et in libano
et in vniuersa terra ptātis sue. Omnē
populum qui derelictus fuerat d ethe-
is et amorreis et phereꝫeis t eueis t ie-
buseis.qui nō erāt de stirpe israel. de fili
is eoꝝ et de posteris quos nō interfecc
rant filij israel: subiugauit salomon in
tributarios vsqꝫ in diē hanc. Porro de
filijs isrl' nō posuit vt seruirēt opib rē-
gis. Ipi.n.erāt viri bellatores et duces
primi:t principes quadrigarum t equi
tum eius. Hēs aūt pncipes exercit' re-
gis salomonis fuerūt ducēti quīq̄gīta
qui erudiebāt ppl'm. Filiā vero pharao-
nis trāstulit de ciuitate dauid in domū
quā edificauerat ei. Dixit.n.rex. Nō ha
bitabit vxor mea in domo dauid regis
israel.eo q̄ sanctificata sit:quia ingressa
est in eam arca dñi. Tunc obtulit salo-
mon holocausta domino super altare do
mini quod extruxerat ante porticū:vt p̄
singulos dies offerret i eo iuxta p̄ceptū
moysi in sabbatis et in kalendis et in fe
stis diebꝫ ter p̄ annū:id est in solēnitate
azymoꝝ t solēnitate hebdomadaꝝ t in
solēnitate tabernaculoꝝ. Et constituit
iuxta dispositionē dauid patris sui offi-
cia sacerdotū in ministerijs suis. t leui-
tas in ordine suo: vt laudarent et mini
strarēt coram sacerdotib iuxta ritū vniuſ
cuiusqꝫ diei. et ianitores in diuisionib
suis p̄ portā t portā. Sic.n.precepat da
uid hō dei. Nec ptergressi sunt de māda-
tis regis tā sacerdotes quā leuite.ex oī
bus que p̄cepat. Et in custodijs thesau-
roꝝ oēs impensas p̄paratas habuit sa-
lomon:ex eo die quo fundauit domum
dñi vsqꝫ in diē quo p̄fecit eaꝫ. Tūc abijt
salomon in asiongaber.et in hailath.ad
oraꝫ maris rubri:que est in terra edom
Misit ergo ei hirā p̄ manus seruoꝝ
suoꝝ naues t nautas gnaros maꝛ. et
abierūt cū seruis salomonis i ophir. Tu
lerūtqꝫ inde q̄dringēta quinq̄ginta talē
ta auri t attulerūt ad regē salomonē. IX
Regina q̄z saba cū audisset famā
salomonis.venit vt temptaret
eum in enigmatib in hierusa-
lem:cū magnis opibus et camelis qui
portabant aromata et auri plurimū gē-
masqꝫ pecioſas. Cumqꝫ venisset ad salo
monem:locuta est ei quecunqꝫ erāt in
corde suo. Et exposuit ei salomon omia
que ꝓposuerat nec quicqꝫ fuit quod nō
perspicuū ei fecerit. Que postqꝫ vidit sa
pientiam.s.salomonis.et domum quaꝫ
edificauerat.necnō et cibaria mense ei'
et habitacula seruoꝝ. et officia mini
strorum eius et vestimēta eoruꝫ.pincer
nas q̄z.t vestes eoꝝ: et victimas q̄s im
molabat in domo dñi:nō erat p̄ stupore
vltra in ea spūs. Dixitqꝫ ad regē: Ver'
est sermo quē audierā in tra mea.de vir
tutib t sapīa tua. Nō credebā narranti
bus:donec ipa venissez. et vidissent ocu
li mei et phassem vix medietatē sapien-
tie tue mihi fuisse narratā Vicisti famā
virtutib tuis. Beati viri tui t beati ser-
ui tui:hi qui assistūt coraꝫ te omi tpe et
audiūt sapiam tuā. Sit dñs deus tuus
benedict' q̄ voluit te ordinare sup̄ thro-
num suum regez domini dei tui. Quia
diligit de' isrl':t vult seruare eū in etnū
idcirco posuit te sup̄ eū regem:vt facias

iudicia atq; iusticiã. Dedit aũt regi cen
tum viginti talẽta auri. et aromata mlt̃
ta nimis. et gẽmas p̃ciosissimas: Nõ fu
erunt aromata talia. vt hec q̃ dedit regi
na saba regi salomoni. Sed et serui hi
ram cũ seruis salomonis attulerũt aur̃
de ophir et ligna tina. ⁊ gẽmas preciosis
simas. De quibus fecit rex de lignis. s.
tinis gradus in domo dñi. ⁊ in domo re
gia. citharas q̃z et psalteria cantoribus.
Nunq̃z visa sunt in terra iuda ligna ta
lia. Rex autem salomon dedit regine sa
ba cuncta que voluit et que postulauit.
et multo plura q̃z attulerat ad eũ. Que
reuersa abijt in terrã suã cũ seruis suis
Erat autez pondus auri quod afferebatur
salomoni p̃ singulos annos: sexcen
ta sexagintasex talẽta auri: excepta ea sũ
ma quam legati diuersarum gentiuz et
negociatores afferre cõsueuerant. oẽsq;
reges arabie et satrape terrar̃ qui cõpor
tabant aurũ ⁊ argentũ salomoni. Fecit
rex salomon ducẽtas hastas aureas. de
sũma sexcẽtorum aureorum. qui in sin
gulis hastis expendebant̃. Trecenta q̃z
scuta aurea trecentorũ aureor̃: quibus
tegebãt̃ singula scuta: Posuitq; ea rex
in armamẽtario quod erat consituz ne
more. Fecit q̃z rex soliũ eburneuz gran
de. et vestiuit illd̃ auro mũdissimo. Sex
q̃z gradus quib; ascendebat̃ ad soliũ et
scabellũ aureũ: et brachiola duo altrin
sec⁹. ⁊ duos leones stãtes iuxta brachio
la: sed et alios duodecim leunculos stã
tes sup̃ sex gradus ex vtraq; p̃te. Nõ fu
it tale solium in vniuersis regnis Oĩa
q̃z vasa cõuiuij regis erant aurea. et va
sa domus salt⁹ libani ex auro purissimo
Argẽtum. n. in dieb; illis p̃ nihilo repu
tabatur. Siquidẽ naues regis ibant in
tharsis cũ seruis hirã. semel in ãnis tri
bus. ⁊ deferebãt inde aurũ et argẽtuz ⁊
ebur et simias ⁊ pauos. Magnificatus
est igit̃ salomon sup̃ oẽs reges terre pre
diuitijs ⁊ gl̃ia. Oẽsq; reges t̃rarũ deside
rabant videre faciẽ salomonis. vt audi
rent sapĩam quã dederat deus in corde
eius. Et d̃ferebãt ei munera: vasa argẽ
tea ⁊ aurea. et vestes ⁊ arma et aromata
equos et mulos p̃ singulos annos. Ha
buit q̃z salomõ q̃dragĩta milia equoruz
in stabulis. ⁊ curruuz equitũq; duodecĩ
milia. Cõstituitq; eos in vrbib; quadri
garũ. et vbi erat rex in hierl̃m. Exercuit
etiã ptãtem sup̃ cũctos reges a flumĩe
eufrate vsq; ad terrã philistinor̃ et vsq;
ad terminos egypti. Tantãq; copiam p̃
buit argẽti in hierl̃m quasi lapidũ: et ce
drorũ tantã multitudinẽ velut sycomo
rum que gignunt̃ in campestrib;. Addu
cebant̃ aũt ei equi de egypto. cũctisq; re
giõib;: Reliqua aũt op̃a salomonis pri
orũ et nouissimor̃ scripta sunt in v̄bis
nathã p̃phete. ⁊ ĩ libris ahie sylonit̃. ĩ vi
sione q̃z addo vidẽtis ꝯ hierobam filiũ
nabath. Regnauit aũt salomon in hie
rusalẽ sup̃ omnẽ israel: quadragĩta ãnis
Dormiuitq; cũ p̃rib; suis. et sepelierũt
eum in ciuitate dauid: regnauitq; robo
am filius eius pro eo. X

Profectus ẽ aũt robaz in sichẽ
Illuc. n. cunctus isrl̃ ꝯuenerat
vt ꝯstituerẽt eũ regem. Quod
cum audisset hierobã filius nabath q̃
erat in egypto: fuerat quippe illuc ante
salomonem: statim reuersus est. Voca
uerũtq; eũ et venit cũ vniuerso israel. ⁊
locuti sunt ad robam dicentes: Pater
tuus durissimo iugo nos pressit. tu le
uiora impera patre tuo qui nobis impo
suit grauem seruitutez. et paululum de
onere subleua: vt ꝑuiam⁹ tibi. Qui ait:
Post tres dies reũtimini ad me Cũq;
abijsset p̃pl̃s: inijt ꝯsiliũ cuz senib; q̃ ste
terãt corã p̃re eius salomone dũ adhuc
viueret dicẽs: Quid datis ꝯsilij vt rñ
deam p̃pl̃o? Qui dixerũt ei. Si placue
ris p̃pl̃o huic et lenieris eos verbis cle
mẽtib; seruiẽt tibi oĩ tp̃e. At ille reliq̃t
ꝯsiliũ senũ. ⁊ cũ iuuenib; tractare cepit
qui cũ eo nutriti fuerant. et erant in co
mitatu illius. Dixitq; ad eos. Quid vo
bis videt̃. vel rñdere quid d̃beo p̃pl̃o hu
ic q̃ dixit mihi: subleua iuguz qd̃ ĩposuit
nob̃ p̃r tu⁹? At illi rñderũt vt iuuenes
et nutriti cũ eo in delitijs atq; dixerunt

Hic loqueris ppłō qui dixit tibi. pr̄ tu⁹ aggrauauit iugū nr̄m. tu subleua. ⁊ rñ/ dēbis ei. Minim⁹ digit⁹ meus grossior est lūbis pr̄is mei. Pr̄ meus imposuit vob̄ graue iugū. ⁊ ego maior pond⁹ apponam. Pater me⁹ cecidit vos flagell': ego vero cedam vos scorpiōib⁹. Venit ḡ hieroboaz ⁊ vniūsus ppł's ad roboaz die tertio: sicut p̄cepat eis. Ꝛñditq; rex dura derelicto ꝯsilio seniorꝫ: locutusq; ē iuxta iuuenū voluntatē. Pater me⁹ grauem vobis imposuit iugū: qđ ego ḡuior faciam. Pater me⁹ cecidit vos flagell': ego vero cedam vos scorpionib⁹. Et nō acq̄euit ppł'i p̄cib⁹. Erat enī volūtatis dei: vt cōpleret sermo ei⁹ quē locut⁹ fuerat p̄ manū abie sylonitis ad hieroboaz filiuz nabath. Populus aūt vniūsus rege duriora dicēte: sic locut⁹ est ad eū. Nō est nobis pꝑs in dauid: neq; hereditas in filio isai. Reuertere ī tabernacula tua: israel. Tu aūt pasce domū tuā dauid. Et abiit israel in tabernacula sua. Sup filios aūt israel qui habitabāt in ciuitatib⁹ iuda regnauit roboam. Misitq; rex roboaz aduram qui p̄erat tributis: ⁊ lapidauerunt eū filij israel. ⁊ mortu⁹ est. Porro rex roboam currū festinauit ascēdere. ⁊ fugit ī hierusalē. Recessitq; israel a domo dauid: vsq; ad diē hanc. Factū est aūt cū audisset oīs israel q̄ reūsus eēt hieroboaz: miserunt ⁊ vocauerūt euz ꝯgregato cetu et ꝯstituerūt euz regē sup oēm israel: nec secutus est quispiam domum dauid p̄ter tribum iuda solam.

XI

Venit autē roboam ī hierusalē ⁊ ꝯuocauit vniūsaz domū iuda ⁊ bēiamī centū octogīta milia electorꝫ atq; bellantiū: vt dimicaret ꝯtra israel ⁊ ꝯuerteret ad se regnū suū. Factusq; est sermo dñi ad semeiaz hoīem dei dicens: loquere ad roboam filiū salomōis regē iuda. ⁊ ad vniūsum israel. qui est ī iuda ⁊ beniamin. Hec dicit dñs: Nō ascēdetis neq; pugnabit⁹ ꝯtra frēs vr̄os: reuertat⁹ vnusquisq; in domū suā: q⁹ mea hoc gestū est volūtate. Qui cū audissent sermonē dñi. reuersi sunt: nec p̄rexerūt ꝯtra hieroboaz. Habitauit autez roboaz in hierusalē. et edificauit ciuitates muratas in iuda: extruxitq; bethleez ⁊ etham ⁊ thecue: bethsur q̄z ⁊ socco ⁊ odolla. nec nō ⁊ geth ⁊ maresa ⁊ ziph: ⁊ aduraz et lachis ⁊ asecha: saraa q̄z ⁊ ahialon et hebron q̄ erāt in iuda ⁊ beniamī ciuitates munitissimas. Cunq; clausisset eas muris. posuit in eis p̄rincipes cibariāq; horrea: hoc est olei ⁊ vini. Sed et in singl'is vrbib⁹ fecit armamentaria scutorꝫ. ⁊ hastarū: firmauitq; eas summa diligentia ⁊ impauit sup iudā ⁊ beniamin. Sacerdotes aūt ⁊ leuite q̄ erāt in vniūso israel. venerūt ad eū de cunctis sedib⁹ suis: relinquētes suburbana ⁊ possessiōes suas ⁊ trāseuntes ad iudā ⁊ hierusalez: eo q⁹ abiecisset eos hieroboā ⁊ posteri eius ne sacerdotio dñi fungerent': q̄ ꝯstituit sibi sacerdotes excelsorꝫ ⁊ demoniorꝫ vitulorūq; quos fecerat. Ex ⁊ de cūctis tribubus israel' quicūq; dederāt cor suū vt q̄rerent dñm deū israel. venerūt in hierusalē ad immolandū victimas suas corā dño deo patrū suorꝫ. ⁊ roborauerūt regnū iuda. ⁊ cōfirmauerūt roboaz filiū salomonis p̄ tres ānos. Ambulauerūt enīz in vijs dauid ⁊ salomōis annis trib⁹ Duxit autē roboaz vxorē: malaath filiaz hierimuth filij dauid: abiail q̄z filiā heliab filij isai q̄ pepit ei filios: ieos ⁊ somoriam et zoom. Post hanc q̄z accepit maachā filiā absalon: que pepit ei abia ⁊ abi ⁊ ziza ⁊ salimith. Amauit aūt roboā maachā filiā absalon: et sup oēs vxores suas ⁊ cōcubinas. Nā vxores decē ⁊ octo duxerat: ꝯcubinas autē seraginta: et genuit vigintiocto filios ⁊ seragīta filias. Constituit vero in capite abiā filiū maacha ducē sup oēs frēs suos: ipm enī regem facere cogitabat q⁹ sapiētior fuit ⁊ potētior sup oēs filios ei⁹: ⁊ in cūctis finib⁹ iuda ⁊ beniamin ⁊ in vniūsis ciuitatib⁹ muratis. Prebuitq; eis escas plurimas: ⁊ mł'tas petiuit vxores.

XII

Cunq; roboatuz fuisset regnuz roboaz ⁊ ꝯfortatū: dereliquit legem dñi ⁊ oīs israel cū eo. An/

no autē quinto regni roboam. ascendit
sesac rex egypti in hierusalem q2 pecca/
uerant dño:cū mille ducētis curribus
7 sexaginta milib9 equitū. Nec erat nu/
merus vulgi q9 venerat cum eo ex egy
pto:libyes scz 7 troglodyte 7 ethiopes:ce
pitq3 ciuitates munitissimas in iuda .7
venit vsq3 in hierusalē. Semeias autē
pphēta ingressus est ad roboam 7 princi
pes iuda:q3 cōgregati fuerāt in hieruſa/
lem fugientes sesac:diritq3 ad eos. Hec
dicit dñs:Vos reliq̄stis me.7 ego reliq̄
vos in manu sesac. Cōsternatiq3 princi/
pes isrl 7 rex dixerūt: Justus ē domin9
Cūq3 vidisset dñs q9 hūiliati eēnt:fact9
est sermo dñi ad semeiaz dicens: Quia
hūiliati sunt nō dispdaz eos:dabo q3 eis
paurilluz aurilij:7 nō stillabit furo2 me
us sup hierusalem p manū sesac. Verū
tamē seruient ei.vt sciant distantiā ser/
uitutis mee 7 seruitutis regni terrarū
Recessit itaq3 sesac rex egypti ab hieru/
salem sublatis thesauris dom9 dñi 7 do
mus regis:oiaq3 secū tulit.7 clypeos au
reos quos fecerat salomon. p quib9 fe/
cit rex eneos:7 tradidit illos principib9
scutarioz q̄ custodiebāt vestibulu3 pala
tij. Cunq3 introiret rex domū dei. venie
bant scutarij et tollebāt eos:iterūq3 re/
ferebant eos ad armamētariū suū. Ve
runtamē q2 humiliati sunt .auersa ē ab
eis ira dñi nec deleti sunt penit9. Hiq̄/
bonam sup̃ se. Esdras autez parauit cor
suũ vt inuestigaret legẽ dñi: et faceret ⁊
doceret in isrl̃ preceptũ et iudiciũ. Hoc
est aũt exemplar epistole edicti. quod de
dit rex artaxerxes esdre sacerdoti scribe
erudito in sermonibꝫ ⁊ p̃ceptis dñi. ⁊ ce
rimonijs eius in isrl̃. Artaxerxes rex re-
gum. esdre sacerdoti. scribe legis dei celi
doctissimo salutẽ. A me decretũ ẽ vt cui-
cũq̃ placuerit in regno meo de ꝓpl̃o isrl̃
et de sacerdotibꝫ eius et de leuitis ire in
hierusalẽ. tecũ vadat. A facie eniꝫ regis
et septem consiliatorũ eius missus es
vt visites iudeã et hierusalẽ. in lege dei
tui que est in manu tua. et vt feras argẽ
tum et aurũ quod rex et ꝯsiliatores eiꝰ
sponte obtulerũt deo isrl̃: cuius in hieru
salẽ tabernaculũ est. Et om̃e argentũ et
aurũ q̃dcũq̃ inueneris in vniuersa pro
uincia babylonis ⁊ ꝓpl̃us offerre volue
rit. et de sacerdotibꝫ qui spõte obtulerĩt
domui dei sui q̃ est in hierl̃m. libere acci-
pe. et studiose eme de hac pecunia vitu-
los arietes. agnos et sacrificia ⁊ libami-
na eoꝝ. et offer ea sup̃ altare templi dei
vestri qnod est in hierl̃m. Sꝫ ⁊ si quid
tibi et frĩbꝫ tuis placuerit de reliquo ar-
gẽto et auro vt faciatis iuxta volũtatez
dei vr̃i facite. Vasa q̃ꝫ q̃ dant̃ tibi in mi-
steriũ domus dei tui: trade in conspectu
dei in hierusalẽ. Sed ⁊ cetera quibꝫ opꝰ
fuerit in domũ dei tui: quantũcunq̃ ne
cesse est vt expẽdas. dabis de thesauro ⁊
de fisco regis ⁊ a me. Ego artaxerxes rex
statui atq̃ decreui omĩbꝫ custodibꝫ arce
publice q̃ sũt trãs flumẽ. vt q̃dcũq̃ pe-
tierit a vobis esdras sacerdos scriba le-
gis dei celi absq̃ mora detꝫ vsq̃ ad argẽ-
ti talenta centũ. et vsq̃ ad frumẽti cho-
ros centũ ⁊ vsq̃ ad vini bathos centuꝫ.
et vsq̃ ad bathos olei centũ. sal vero abs
q̃ mẽsura. Om̃e quod ad ritũ dei celi ꝑ
tinet: tribuat̃ diligẽter in domo dei celi:
ne forte irascat̃ cõtra regnũ regis et fili-
orum eius. Vobis q̃ꝫ notũ facimus de
vniuersis sacerdotibꝫ ⁊ leuitis. cãtoribꝫ
et ianitoribꝫ nathinneis ⁊ ministris do
mus dei huiꝰ vt vectigal ⁊ tributũ ⁊ an-
nonas nõ habeatis ptãtez imponẽdi su

per eos. Tu aũt esdra ſm ſapiẽtiam dei tui que eſt in manu tua. ꝯſtitue iudices et ꝓſides vt iudicẽt oĩ ꝑplo qui eſt tranſ flumẽ: hĩs videlicet qui nouerunt legẽ dei tui. ſed et imperitos docete libere. Et oĩs qui nõ fecerit legẽ dei tui ⁊ legẽ regĩ diligenter: iudiciũ erit ꝺ eo ſiue in mor tẽ. ſiue in exiliũ. ſiue in ꝯdẽnationẽ ſubſtãtie eius: vel certe in carcerez. Et dixit esdras ſcriba: Bñdictus dñs deꝰ patruz nr̃oꝝ qui dedit hoc in corde regis vt glorificaret domũ dñi que eſt in hierl'm. et in me inclinauit miſericordiã ſuã corazꝝ rege et conſiliatoribus eius et vniuerſis principib regis potẽtib Et ego confortatus manu dñi dei mei q̃ erat in me congregaui de iſrael principes qui aſcenderunt mecum.

VIII

Hĳ ſunt g̃ principes familiarꝝ ⁊ genealogia eorũz qui aſcẽderunt mecũ in regno artaxerxis regis de babylone. De filĳs phinees: gerſon. de filĳs ythamar: daniel: De filĳs dauid: attus. De filĳs ſechenie. ⁊ de filĳs pharos: çachariaſ. ⁊ cũ eo numerati ſũt viri centũ quinquagĩta. De filĳs phaxmoab. elioenai filiꝰ çaree. ⁊ cũ eo ducẽti viri. De filĳs ſechenie: filius eçechiel. ⁊ cum eo trecẽti viri. De filĳs addan. nabath filius ionathã. ⁊ cũ eo quinq̃ginta viri. De filĳs helã. eſaias filiꝰ athalie. et cũ eo ſeptuaginta viri. De filĳs ſaphatie. çebedia filius michael. ⁊ cuz eo octogĩta viri. De filĳs ioab. obedia filiꝰ iehiel et cũ eo ducẽti decẽocto viri. De filiis ſelomith. filius ioſphie. et cũ eo centũ ſexaginta viri. De filĳs bebai. çacharias filius bebai. et cũ eo vigintiocto viri. De filĳs eçeab. iohannan filius eçethan. et cũ eo centũ decẽ viri. De filĳs adonicã q̃ erãt nouiſſimi. ⁊ hec noĩa eorꝝ helipheleth et heiel ⁊ ſamaias. ⁊ cũ eis ſexagĩta viri. De filĳs beggui: vthai et çachur. et cũ eis ſeptuagĩta viri. Cõgregaui aũt eos ad fluuium qui decurrit ad hana. et mãſimus ibi tribꝰ diebꝰ. Queſiuiq̃ in ꝑplo et in ſacerdotib ꝺ filĳs levi. et nõ inueni ibi. Itaq̃ miſi helicer ⁊ ariel et ſemeam ⁊ helnathan et arib ⁊ alterũ helnathan et nathã et çacharĩã et meſollã principes. ⁊ ioarib ⁊ helnathan: ſapientes. et miſi eos ad heddo q̃ ẽ primꝰ in caſphie loco. Et poſui in ore eorꝝ ꝛba q̃ loquerẽt ad heddo ⁊ ad frẽs eiꝰ nathĩneos in loco caſphie. vt adducerẽt nob miſtros domꝰ dei nr̃i. Et adduxerũt nob ꝑ manũ dei nr̃i bonam ſuꝑ nos virũ docti ſſimũ ꝺ filĳs mooli. filĳ leui. filĳ iſrl' et ſarabiã. ⁊ filios eiꝰ et frẽs eiꝰ decẽ ⁊ octo. ⁊ aſabiã et cũ eo eſaiam de filĳs merari. fratreſq̃ eiꝰ ⁊ filios eiꝰ viginti. Et de nathinneis q̃s dederat dauid. ⁊ principes ad miſteria leuitarũ: nathĩneos ducentos viginti. Oẽs hi ſuis noĩb vocabanť. Et ꝓdicaui ibi ieiuniũ iuxta fluuium hana vt affligeremur corã dño deo nr̃o et peteremꝰ ab eo viã rectã nobis ⁊ filĳs nr̃is ⁊ vniũſeq̃ ſubſtãce noſtre: Erubui enĩ petere regẽ auxiliũ ⁊ eq̃tes qui ꝺfenderẽt nos ab inimico i via: qz dixeramꝰ regi. Manꝰ dei nr̃i eſt ſuꝑ oẽs q̃ querũt eũ in bonitate. et impiuz eiꝰ ⁊ fortitudo eius et furor ſuꝑ oẽs qui derelinquunt eũ. Jeiunauimꝰ aũt et rogauimus deũ nr̃m ꝑ hoc. ⁊ euenit nobis ꝓſpere. Et ſepaui de principib ſacerdotũ duodecim ſarabiã et aſabiã: ⁊ cũ eis de frĩb eorꝝ decem. Appẽdiq̃ eis argentũ ⁊ aurũ. et vaſa cõſecrata domꝰ dei nr̃i. que obtulerat rex et ꝯſiliatores eius ⁊ principes eiꝰ: vniuerſuſq̃ iſrl' eorꝝ qui inuẽti fuerant. Et appẽdi in manib eorꝝ argẽti talẽta ſexcẽta quinq̃ginta. ⁊ vaſa argẽtea centũ: auri vero centũ talẽta ⁊ crateraſ aureas viginti q̃ habebãt ſolidos millenos. et vaſa eris fulgẽtis optimi duo. pulcra vt aurum. Et dixi eis. Vos ſcĩ dñi ⁊ vaſa ſca et argentũ ⁊ aurũ qꝺ ſpõte oblatũ ẽ domino deo patrũ nr̃oꝝ. Vigilate ⁊ cuſtodite: donec appẽdatis corã principib ſacerdotũ ⁊ leuitarũ. et ducib familiarũz iſrl' in hierl'm i theſaurũ domꝰ dñi. Suſceperũt aũt ſacerdotes ⁊ leuite põdus argẽti et auri ⁊ vaſorũ vt deferrẽt hieruſalem in domũ dei nr̃i. Promouimꝰ ergo a flumĩe hana duodecima die men-

fis primi. vt pgeremus hierlm. Et ma
nus dei nostri fuit sup nos. et liberauit
nos de manu inimici ⁊ insidiatoꝝ ī via
Et venimus hierusalē ⁊ mansimus ibi
tribus diebus. Die autem quarta appē
sum est argentum et aurum et vasa in
domo dei nostri per manum remoth fi
lij vrie sacerdotis. et cum eo eleaçar fili
us phinees. cūq; eis ioçaded filiꝰ iosue
⁊ noadaia filiꝰ bēnui leuite: iuxta nume
rū ⁊ pōdus oīm. Descriptū est oē pōdꝰ
in tpe illo. Sed ⁊ qui venerāt de capti
uitate filij trāsmigratōis obtulerūt ho
locaustomata. deo israel. vitulos duode
cim ꝓ omī ꝓplo israel: arietes nonagīta
sex. agnos septuagintaseptē. hircos pro
peccato duodecim: oīa in holocaustum
dño. Dederūt aūt edicta regis satrapis
qui erant de conspectu regis et ducibus
trans flumē. ⁊ eleuauerunt populum ⁊
domum dei.

IX

Postq̄ aūt hec cōpleta sunt. ac
cesserūt ad me principes dicen
tes: Nō est sepatus ꝓplꝰ israel.
et sacerdotes et leuite a ꝓplis terrarū. ⁊
de abominationibꝫ eorū: chananei vide
licet et ethei ⁊ phereçei et iebusei ⁊ āmo
nitarū et moabitaruꝫ et egyptiorum et
amorreorū. Tulerūt enī de filiabꝫ eoruꝫ
sibi et filijs suis. et cōmiscuerūt semen
sanctū cū ꝓplis terrarū. Manus etiam
principū ⁊ magistratuū fuit in trāsgres
sione hac prima. Cūq; audissem sermo
nē istū. scidi palliū meū ⁊ tunicā. ⁊ euel
li capillos capitis mei ⁊ barbe. ⁊ sedi me
rens. Cōuenerūt aūt ad me oēs qui ti
mebant verbū dei israel ꝓ transgressio
ne eorū qui de captiuitate venerant. et
ego sedebā tristis vsq; ad sacrificiū vesp
tinum. Et in sacrificio vesptino surrexi
de afflictiōe mea ⁊ scisso pallio ⁊ tunica
curuaui genua mea. et expandi manus
meas ad dñm deū meum. ⁊ dixi: Deus
meus confundor et erubesco leuare fa
ciem meā ad te: qm̄ iniquitates nr̄e mlt
tiplicate sunt sup caput nostrum. ⁊ deli
cta nr̄a creuerūt vsq; ad celū a diebꝫ pa
trū nostrorū. Sꝫ et nosipi peccauimus
grauiter vsq; ad diē hāc. et iniquitatibꝫ
nostris traditi sumus ipi. ⁊ reges nr̄i: et
sacerdotes nostri in manū regum terra
rum et in gladiū ⁊ captiuitatē et in rapi
nam et in cōfusionē vultus. sicut et die
hac. Et nunc quasi ad parū et momen
tum facta est depcatio nostra apud do
minū deuꝫ nr̄m vt dimitterent nobis
reliquie. et daret pax illius in loco san
cto eius. et illuminaret oculos nr̄os de
us noster. et daret nobis vitā modicaꝫ
in seruitute nr̄a: qꝛ serui sumus. ⁊ in ser
uitute nr̄a nō dereliquit nos deus nr̄. et
inclinauit sup nos misericordiā coram
rege psarum. vt daret nobis vitā. ⁊ sub
limaret domū dei nr̄i. ⁊ extrueret solitu
dines eius ⁊ daret nobis spem in iuda
et hierusalē. Et nūc quid dicemus dñe
deus noster post hec? Quia dereliquimꝰ
mādata tua q̄ p̄cepisti in manu seruorū
tuorū ꝓphetaꝝ dicēs: Terra ad quā vos
ingredimini vt possideatꝫ eā. terra īmū
da est iuxta īmundiciā ꝓplorꝝ ceterarūq;
terrarū abominatōibꝫ eoꝝ qui repleue
rūt eā ab ore vsq; ad os coinquinatōne
sua. Nūc ergo filias vestras ne detis fili
is eorū et filias eorū ne accipiatis filijs
vr̄is. et nō queratis pacē eorū et ꝓsperi
tatē eoꝝ vsq; in eternū vt cōfortemini
et comedatis q̄ bona suut terre. et here
des habeatis filios vr̄os vsq; in seculū.
Et post oīa q̄ venerūt sup nos in opibꝫ
nr̄is pessimis ⁊ in delicto nr̄o magno. qꝛ
tu deus noster liberasti nos de iniquita
te nr̄a et dedisti nobis salutē sicut est ho
die. vt nō cōuerteremur et irrita facere
mus mādata tua. neq; matrimonia iū
geremus cū populis abominationū ista
ruꝫ. Nūquid iratus es nobis vsq; ad cō
sūmatōeꝫ: ne dimitteres nobis reliq̄as
ad salutē? Dñe deus isrl iustꝰ es tu. qm̄
derelicti sumus qui saluaremur sic die
hac. Ecce corā te sumus in delicto nr̄o.
Nō. n. stare pōt corā te sup hoc.

X

Sic ergo orante esdra et implo
rante deum et flente et iacente
ante templum dei: collectus est
ad eū de israel cetus grandis nimis vi

rorum et mulierũ et puerorũ Et fleuit
ppls multo fletu. Et rñdit sechenias fi-
lius iehiel de filijs helam.⁊ dixit esdre.
Nos preuaricati sumus in deũ nostrũ.et
duximus vxores alienigenas ꝺ populis
terre. Et nũc si est penitẽtia in israel su-
per hoc percutiamus fedus cuz dño deo
nostro vt proiciamus vniuersas vxo-
res.et eos qui de his nati sunt. Juxta
voluntatẽ domini⁊ eorũz qui tenent p-
ceptũ dñi dei nri.ſm legez fiat. Surge:
tuũ est discernere nosqz erimus tecum
Cõfortare et fac. Surrexit ergo esdras
et adiurauit principes sacerdotum⁊ le-
uitarum et omnẽ israel vt facerent ſm
verbum hoc. Et iurauerũt. Et surrexit
esdras ante domum dei:et abiit ad cubi
culum iohannan filij eliasib. et ingres-
sus est illuc. Panẽ non comedit⁊ aquã
nõ bibit Lugebat enĩ transgressionẽ eo
ruz qui venerant de captiuitate. Et mis
sa est vox in iuda et in hierusalẽ omĩbus
filijs trãsmigrationis vt congregaren-
tur in hierusalem.et omnis qui non ve
nerit in tribus diebus iurta consilium
principum et seniorũ.auferet vniuersa
substãtia eius. et ipe abijcietur de cetu
transmigrationis. Cõuenerunt igitur
omnes viri iuda et beniamin in hieru-
salem trib diebus.ipe est mensis non⁹
vicesima die mensis.et sedit omnis po
pulus in platea domus dei:tremẽtes p
peccato et pluuijs. Et surrexit esdras sa
cerdos et dixit ad eos: Vos transgressi
estis et duxistis vxores alienigenas vt
adderetis super delictum israel. Et nũc
date confessionẽ domino deo patruz ve-
strorũ.et facite placitũ eius.⁊ sepamini
a populis terre.et ab vxoribus alienige
nis. Et rñdit vniuersa multitudo.dixit
qꝫ voce magna: Juxta verbum tuum ad
nos sic fiat. Verũtamen qz pplus mult⁹
est et tempus pluuie.et nõ sustinemus
stare foris.⁊ opus nõ est diei vnius vel
duorũ:velxmenter puipe peccauimus
in sermone isto: cõstituantur principes
in vniuersa multitudine.et omẽs in ci
uitatib nostrꝫ qui duxerũt vxores alie-
nigenas veniant in temporib statutis:
et cũ his seniores p ciuitatem in ciuita
tem et iudices eius:donec auertatur ira
dei nostri a nobis sup peccato hoc. Igit
ionathan filius asahel.et iaaçia filij⁹ the-
cue steterunt super hoc.et mesollã et se-
bechai leuites.adiuuerunt eos. Feceꝛt-
qꝫ sic filij transmigrationis. Et abierũt
esdras sacerdos et viri principes famili
arum in domos patrum suorũ et omẽs
p nomina sua.et sederunt in die primo
mensis decimi vt quererent rem Et cõ
sũmati sunt omnes viri qui duxerunt
vxores alienigenas vsqꝫ ad diez primaz
mensis primi. Et inuenti sunt de filijs
sacerdotum qui duxerunt vxores alie-
nigenas :de filijs iosue filij iosedech et
frẽs ei⁹:maasia.⁊ elieçer et iarib⁊ godo
lia. Et dederũt man⁹ suas vt eijcerent
vxores suas⁊ p delicto suo arietẽ de oui
bus offerrẽt. Et de filijs emmer. anani
et çebedia. Et de filijs serim:masia et e-
lia⁊ semeia.iehiel et oçias. Et de filijs
phessur:elioenai.maasia.ismael.natha
nael.ioçabeth⁊ elesa. Et ꝺ filijs leuitaꝝ
iosabeth⁊ semei⁊ celaia . ipe est calitha
phathaia.iuda et elieçer. Et de cantori
bus eliasub.et de ianitoribus. sellum⁊
thelem⁊ vri Et ex israel de filijs pharos
remeia⁊ eçia.⁊ melchia⁊ miamim⁊ elie
çer⁊ melchia et banea:Et de filijs elã.
mathania.çacharias. et iehiel et abdi
et rimoth et elia. Et de filijs çethua:
elioenai.eliasib.nathaniaet hierimuth
et çabeth et açiça. Et de filijs bebai: io-
hannan.anaia.çabbai.athalai. Et de fi-
lijs beni:Roſolla et melluch.et adaia.
Jasub et saal⁊ ramoth. Et ꝺ filijs phet
moab:Edna et chalaal. Banaias⁊ ma-
asias.Mathanias et beselehel. bennui
et manasse. Et de filijs erem : Elieçer.
iesue.melchias.semeias. Symeõ.ben-
iamĩ.maloch.samarias. Et ꝺ filijs asom
Mathanai.mathet.açabeth. elpheleth.
iermai.manasses.semei. De filijs bani:
maaddi.amram et huel. Baneas et ba-
daias. Cheliau.bannia.marimuth⁊ eli
asib. Mathanias:Mathanai et Jasi et

bani et bẽnui semei ⁊ salmias ⁊ nathã ⁊ adaias mechne dabai. syrsai. sarai. eçrel. ⁊ selemau ⁊ semeria sellũ amaria. ioseph De filijs nebui: aphilxel. mathathias ça beth. çabina. ieddu ⁊ iolxel ⁊ banai Oés phi accepant vxores alienigenas. et fuerunt ex eis mulieres q̃ pepant filios.

Explicit liber Esdre primus:
Incipit lib. Neemie Cap. I

Verba neemie filij helchie. Et factuz ẽ in mense casleu anno vicesimo. et ego eraz in susis castro. Et venit ad me anani vnus de fratribz meis. ipe et viri iuda. et interroga ui eos de iudeis qui remãserãt ⁊ superant de captiuitate et de hierlm. Et dixerũt mihi Qui remãserũt et derelicti sunt de captiuitate ibi in puincia. in afflictõe magna sũt et in opprobrio. ⁊ murus hierlm dissipatus est. et porte eius combuste sunt igni Cũq audissez verba huiuscemodi. sedi et fleui ⁊ luxi diebz multis. et ieiunabaz et orabã ante faciez dei celi. et dixi: Queso dñe deus celi fortis magne atq terribilis. qui custodis pactũ et misericordiã cũ his qui te diligũt et custodiũt mãdata tua. fiãt aures tue auscultãtes. ⁊ oculi tui apti vt audias orationez serui tui quã ego oro coram te hodie nocte et die p filijs isrl serus tuis. ⁊ confiteor p peccatis filiorũ isrl quibz peccauerũt tibi. Et ego et dom⁹ pris mei peccauimus: vanitate seducti sumus. ⁊ nõ custodiuim⁹ mãdatum tuũ ⁊ cerimonias ⁊ iudicia q̃ precepisti moysi famulo tuo. Memẽto verbi qd mãdasti moysi seruo tuo dicẽs. Cuz trãsgressi fueritis. ego dispdã vos in populos. ⁊ si reũtamini ad me ⁊ custodiatis precepta mea ⁊ faciatis ea etiaz si abducti fuerit ad extrema celi. ide congregabo vos et reducã in locũ quẽ elegi vt habitaret nomẽ meũ ibi. Et ipi serui tui ⁊ pplus tuus quos redemisti in fortitudie tua magna. et in manu tua valida. Obsecro domine sit auris tua attendens ad orationem serui tui. et ad orationẽ sernozum tuozũ qui volunt timere nomen tuum et dirige seruũ tuum hodie. et da ei misericordiam ante virũ hunc. Ego enim eram pincerna regis. II

Factũ est aũt in mense nisan. anno vicesimo artarerris regis. ⁊ vinũ erat ante eũ. Et leuaui vinũ et dedi regi. ⁊ eram quasi languidus ante faciẽ eius. Dixitq mihi rex: Quare vultus tuus tristis est: cũ te egrotuz non videam? Nõ est hoc frustra: sed malum nescio qd in corde tuo est. Et timui valde ac nimis et dixi regi: Rex in eternum viue. Quare nõ mereat vult⁹ meus: q̃ ciuitas domus sepulcrozũ patris mei deserta est. et porte eius cõbuste sũt igni? Et ait mihi rex. Pro qua re postulas? Et oraui deũ celi. ⁊ dixi ad regẽ: Si videt regi bonũ. et si placet seruus tuus ante faciẽ tuã vt mittas me in iudeam ad ciuitatẽ sepulcri patris mei. et edificabo eaz: Dixitq mihi rex et regina que sedebat iurta eum. Usq ad quod tempus erit iter tuũ. ⁊ qñ reuerteris? Et placuit ante vultũ regis. ⁊ misit me. Et cõstitui ei tempus. et dixi regi: Si regi videtur bonũ. epl'as det mihi ad duces regionis trans flumen vt traducant me donec veniam in iudeam. et epistolã ad asaph custodez saltus regis. vt det mihi ligna vt tegere possim portas tẽpli turres domus et muros ciuitatis. et domũ quã ingressus fuero. Et dedit mihi rex iurta manum dei mei bonã mecum. Et veni ad duces regionis trans flumẽ. dedicq eis epistolas regis Miserat aũt rex mecũ principes militũ ⁊ equites. Et audierũt sanaballath horonites. et tobias seruus amanites. et cõtristati sunt affli ctione magna q̃ venisset hõ qui quereret pspitatẽ filiorũ israel. Et veni hierusalem: et eram ibi tribus diebus. Et surreri nocte ego ⁊ viri pauci mecum. ⁊ non indicaui cuiq quid dominus dedisset in corde meo vt facerẽ i hierusalẽ. et iumẽtũ ñ erat mecũ nisi aial cui sedebã

Et egressus sum ꝑ portã vallis nocte ⁊ ante fontẽ draconis et ad portã stercorꝫ et cõsiderabo murũ hierl'm dissipatũ et portas eius cõsumptas igni. Et transiui ad portã fontis et ad aqueductũ regꝫ et nõ erat locus iumento cui sedebã vt transiret. Et ascẽdi ꝑ torrẽtez nocte. et cõsiderabã murũ. ⁊ reuersus veni ad portam vallis ⁊ redij. Magistratus aũt nesciebãt q̃ abijssez: aut quid ego facerem. Sed ⁊ iudeis ⁊ sacerdotibꝫ et optimatibus et magistratibꝫ ⁊ reliquis qui faciebant opus vsqꝫ ad id loci nihil ĩdicaueram. Et dixi eis: Vos nostis afflictionẽ in q̃ sumus: qꝛ hierl'm deserta est ⁊ porte eiꝰ cõsumpte sunt igni. Venite et edificemus muros hierusalez. et nõ sumus vltra opprobriũ. Et indicaui eis manuz dei mei ꝙ esset bona mecũ. et verba regꝫ q̃ locutꝰ ẽ mihi. et aio. Surgamꝰ ⁊ edificemꝰ. Et ꝯfortate sũt manꝰ eorũ ĩ bono Audierũt aũt sanaballath horonites et tobias seruꝰ amanites ⁊ gosem arabs ⁊ subsannauerũt nos. ⁊ despexerũt. dixerũtqꝫ. Que ẽ hec res quaz facitꝫ? Nũquid ꝯ regẽ vos rebellatis? Et reddidi eis ſmonẽ dixiqꝫ ad eos: Deus celi ipe nos iuuat. et nos serui eiꝰ sumꝰ. Surgamus et edificemꝰ. Vobis aũt nõ est ꝑs ⁊ iusticia et memoria in hierusalẽ.

III

Et surrexit eliasib sacerdos magnꝰ ⁊ frẽs eius sacerdotes. ⁊ edificauerũt portã gregis. Ipi sanctificauerũt eã. ⁊ statuerũt valuas eius et vsqꝫ ad turrim centũ cubitorũ scĩficauerũt eam. vsqꝫ ad turrim ananehel Et iuxta eũ edificauerũt viri hiericho. ⁊ iuxta eos edificauit çachur filiꝰ amri Portam aũt pisciuz edificauerũt filij asnaa: ipi texerũt eã. et statuerũt valuas eius et seras et vectes. Et iuxta eos edificauit marimuth filius vrie filij accus. Et iuxta euz edificauit mosollã filius barachie filij meseçebel. Et iuxta eũ edificauit sadoch filiꝰ baana. Et iuxta eũ edificauerũt thecueni Optimates aũt eorũ nõ supposuerũt colla sua in ope dñi dei sui. Et portã veterẽ edificauerũt ioiada filius phasea et mosollã filius besodia: ipi texerũt eam. ⁊ statuerũt valuas eius et seras ⁊ vectes. Et iuxta eos edificauerũt melchias gabaonites et iadon meronathites viri de gabaon. ⁊ maspha ꝓduce qui erat in regione trans flumen. Et iuxta eũ edificauit eçiel filius araia aurifex. Et iuxta euz edificauit ananias filius pigmẽtarij. ⁊ dimiserunt hierl'm vsqꝫ ad muruz platee latioris. Et iuxta eũ edificauit raphaia filius ahur princeps vici hierl'm. Et iuxta eũ edificauit ieiada filius aromath ꝯtra domũ suam Et iuxta eũ edificauit atthus filius asebonie: Mediã ꝑtem vici edificauit melchias filius erẽ et asub filiꝰ phetmoab. ⁊ turrim furnorũ. Et iuxta eos edificauit sellũ filiꝰ aloes. princeps medie ꝑtis vici hierl'm: ipe ⁊ filij eius. Et portã vallis edificauit annun ⁊ habitatores çanoe. ipi edificauerũt eã: ⁊ statuerunt valuas eius ⁊ seras et vectes. et mille cubitos in muro vsqꝫ ad portam sterquilinij. Et portã sterquilinij edificauit melchias filius rechab princeps vici bethacharem Ipe edificauit eã et statuit valuas eius et seras ⁊ vectes. Et portã fontis edificauit sellum filius coloçai. princeps pagi maspha. Ipe edificauit eã ⁊ texit. et statuit valuas eius ⁊ seras et vectes. ⁊ muros piscine syloe in hortuz regis. et vsqꝫ ad gradus qui descẽdunt de ciuitate dauid. Post eũ edificauit neemias filius açboth princeps dimidie ꝑtis vici bethsur vsqꝫ ꝯtra sepulcruz dauid: ⁊ vsqꝫ ad piscinã que grandi ope ꝯstructa est. ⁊ vsqꝫ ad domũ fortiũ Post eũ edificauerũt leuite. reum filius bẽni. Post euz edificauit asebias princeps dimidie ꝑtis vici ceile in vico suo. Post eũ edificauerũt fratres eoꝝ: bechiu filius enebad princeps dimidie ꝑtis ceile. Et edificauit iuxta eũ açer filiꝰ iosue princeps maspha mẽsurã secũdã: ꝯ ascẽsuz firmissimi ãguli. Post eũ in mõte edificauit baruch filius çachai mensurã secũdã. ab angulo vsqꝫ ad portam domus eliasib secerdotꝫ magni Post eũ edificauit merimuth

filius vrie filij atthus mēsurā secundaz
a porta domus eliasib: donec extenderet
domus eliasib. Et post eū edificauerunt
sacerdotes viri de cāpestribus iordanis
Post eos edificauit beniamin et a sub
cōtra domū suaz. Et post eos edificauit
açarias filius maasie filij ananie ꝓtra do
mū suam. Post eū edificauit bennui fi
lius ennada mensurā secundaz a domo
açarie vsqz ad flexurā et vsqz ad angulū
Post eū edificauit phalel filius oçi con
tra flexuraz ⁊ turrim q̄ eminet de domo
regis excelsa. id est i atrio carceris. Post
eū phadaia filius feros. Nathinnei aūt
habitabāt in ofel. vsqz ꝓtra portā aquaz
ad orientē et turrim q̄ pminebat. Post
eos edificauerūt thxcueni mensuram se
cūdam e regione a turre magna et emi
nēti vsqz ad murū templi. Sursum au
tem ad portam equorū edificauerūt sa
cerdotes vnusquisqz ꝓtra domū suam.
Post eos edificauit seddo filius emmer ꝓ
domū suaz. Et post eū edificauit semeia
filius sechenie custos porte oriental. Post
euz edificauerūt anania filius selemie.
et anon filius selo sextus. mensurā secū
dam. Post eū edificauit mesollam filius
barachie cōtra gaçophylatiū suū. Post
euz edificauit melchias filius aurificis
vsqz ad domū nathinneoꝝ et scuta mer
centiū ꝓtra portā iudicialez et vsqz ad ce
naculū anguli. Et intra cenaculū angu
li in porta gregis edificauerunt artifices
et negociatores:

IIII

Factū est aūt cū audisset sanabal
lath q̄ edificaremus murū ira
tus est valde. Et motus nimis
subsannauit iudeos et dixit coram fratri
bus suis ⁊ freqntia samaritanoꝝ. Quid
iudei faciūt imbecilles? Nū dimittēt eos
gētes? Nū sacrificabūt ⁊ complebūt in
vna die? Nūquid edificare poterūt lapi
des de aceruis pulueris qui cōbusti sūt?
Sed tobias amanites primus eius ait
Edificent. Si ascēderit vulpes transili
et murū eoꝝ lapideū. Et dixit neemias
Audi de⁹ noster qz facti sumus ꝺspectui
cōuerte opprobriū sup caput eorum et
da eos in despectionē in terra captiuita
tis. Ne operias iniquitatē eoꝝ ⁊ pctm eo
rū coram facie tua nō deleat: qz irreserunt
edificantes. Itaqz edificauim⁹ murū ⁊
ꝯiunxim⁹ totū vsqz ad ptem dimidiā. et
ꝓuocatū est cor ppli ad opandū. Factuz
est aūt cū audisset sanaballath et tobias
et arabes ⁊ āmanite et açotij q̄ obducta
esset cicatrix muri hierlm. ⁊ q̄ cepissent
interrupta cōcludi: irati sunt nimis Et
cōgregati sunt oēs pariter vt venirēt ⁊
pugnarēt ꝓtra hierlm. ⁊ molirent insi
dias. Et oraui⁹ deū nr̄m. et posuimus
custodes sup murū die ac nocte contra
eos. Dixit aūt iudas: Debilitata est for
titudo portātis. ⁊ hum⁹ nimia ē. et nos
nō poterimus edificare murū: Et dixe
rūt hostes nr̄i. Nesciāt ⁊ ignorant donec
veniamus in mediū eoꝝ ⁊ interficiam⁹
eos. ⁊ cessare faciam⁹ opus. Factū est au
tē venientib⁹ iudeis qui habitabāt iuxta
eos et dicētib⁹ nobis p̄ decē vices ex oī
bus locis quib⁹ venerant ad nos: statui
in loco post murū p̄ circuitū. ppl'm in or
dinē cū gladijs suis et lāceis ⁊ arcubus
Et pspexi atqz surrexi ⁊ aio ad optimates
et mgrat⁹ ⁊ ad reliquā ptem vulgi. Ne
lite timere a facie eoꝝ. Dñi magni ⁊ ter
ribilis memētote. ⁊ pugnate p̄ fribus ve
stris. filijs vr̄is et filiabus vr̄is et vxoribus
vr̄is ⁊ domib⁹ vr̄is. Factū est aūt cū au
dissent inimici nr̄i nunciatū esse nobis
dissipauit de⁹ ꝯsiliū eoꝝ. Et reūsi sum⁹
oēs ad muros: vnusquisqz ad op⁹ suum.
Et factū est a die illa: media ps iuuenū
eoꝝ faciebat op⁹. ⁊ media parata erat ad
bellum. et lancee ⁊ scuta ⁊ arcus ⁊ lorice
et principes post eos in omī domo iuda
edificantiū muros ⁊ portantiū onera et
imponētiū: vna manu sua faciebat op⁹
et altera tenebat gladiū. Edificātiū eni
vnusquisqz gladio erat accinctus renes
et edificabāt et clangebant buccina iux
ta me. Et dixi ad optimates et ad ma
gistratus et ad reliquā ptez vulgi. Op⁹
grande est et latum. et nos separati su
mus ī muro procul alter ab altero. In lo
co q̄cūqz audieritis clangorem tube illuc

ꝯcurrite ad nos. Deꝰ nr̄ pugnabit ꝓ no
bis ⁊ nosipi faciamus opꝰ. Et media ꝑs
nr̄m teneat lāceas ab ascensu aurore do
nec egrediāt astra. In tpe q̄z illo dixi po
pulo: Unusq̄sq̄z cuz puero suo maneat
in medio hierl'm. ⁊ sint nob vices ꝑ no
ctē ⁊ diē ad opandū Ego aūt ⁊ frēs mei
et pueri mei et custodes q̄ erāt post me.
nō deponebamꝰ vestimēta nr̄a. Unusq̄s-
q̄z tm̄ nudabat ad baptismū. V

Et factus est clamor ppl'i ⁊ vxorū
eius magnꝰ aduersus frēs suos
iudeos. Et erāt qui dicerēt. Fi
lij nr̄i et filie nr̄e multe sunt nimis. Ac-
cipiamꝰ ꝓ precio eoꝝ frumentū. ⁊ come
damꝰ et viuamus. Et erāt qui dicerēt
Agros nr̄os ⁊ vineas ⁊ domos nr̄os op
ponamus. ⁊ accipiamꝰ frumētū in fame
Et alij dicebant: Mutuo sumamꝰ pecu
nias in tributa regꝫ. demusq̄z agros no
stros et vineas. Et nūc sicut carnes fra
trū nr̄oꝝ sic carnes nr̄e sunt. ⁊ sicut filij
eoꝝ. ita ⁊ filij nr̄i. Ecce nos subiugamꝰ
filios nr̄os et filias nr̄as in seruitutē. ⁊
de filiabꝫ nr̄is sunt famule: nec habemꝰ
vn̄ possint redimi. ⁊ agros nostros ⁊ vi-
neas nr̄as alij possidēt: Et iratus suz ni
mis: cū audissem clamorez eoꝝ ꝟm v̄ba
hec. cogitauitq̄z cor meuz. Et increpaui
optimates et magistratꝰ ⁊ dixi eis: Usu
ras ne singuli a frībꝫ vr̄is exigatꝫ: Et cō
gregaui aduersuz eos contionē magnā
et dixi eis: Nos vt scitis redemimꝰ frēs
nr̄os iudeos qui vēditi fuerāt gētibus
ꝟm possibilitatē nr̄az Et vos igit̄ vēdite
frēs vr̄os. et redimemus eos. Et silue-
runt nec inuenerūt quid rn̄derent. Di
xiq̄z ad eos: Non est bona res quā facitis
Quare nō in timore dei nr̄i ambulatis
ne exꝓbret̄ nobis a gētibꝫ inimicꝫ nr̄is?
Et ego et frēs mei ⁊ pueri mei cōmoda
uimus plurimis pecuniā et frumētum
Nō repetamꝰ in cōe istud. Es alienū cō
cedamus: qd̄ debet̄ nobis. Reddite eis
hodie agros suos ⁊ vineas suas ⁊ oliue
ta sua ⁊ domos suas. Quin potius ⁊ cē-
tesimā pecunie frumēti vini ⁊ olei quaz
exigere soletis ab eis: date ꝓ illis. Et di
xerūt: Reddemꝰ. ⁊ ab eis nihil q̄remus
sicq̄z faciemus vt loquerꝫ. Et vocaui sa-
cerdotes. et adiuraui eos vt facerēt iu-
xta quod dixerā. Insup excussi sinū me
um et dixi: Sic excutiat deus oēm virū
qui nō cōpleuerit verbū istud: de domo
sua et de laboribꝫ suis. Sic excutiat̄ ⁊ va
cuus fiat. Et dixit vniuersa multitudo
amen. Et laudauerūt deum Fecit ergo
ppl's sicut erat dictū. A die autē illa qua
p̄cepat rex mihi vt essez dux in t̄ra iuda
ab anno vicesimo vsq̄z ad ānum tricesi
mū secundū artaxerxis regꝫ ꝑ ānos duo
decim. ego et fratres mei ānonas q̄ du-
cibus d̄bebant̄ nō comedimus. Duces
aūt primi qui fuerūt ante me grauaue-
runt ppl'm. et acceperunt ab eis in pane
et vino et pecunia quotidie siclos q̄dra
ginta. Sed ⁊ mīstri eoꝝ depresserāt po-
pulū. Ego aūt nō feci ita ꝓpter timorez
dei. Quin potius in ope muri edificaui
et agrū nō emi. et omnes pueri mei cō-
gregati ad opꝰ erāt. Iudei q̄z ⁊ mgr̄atꝰ
centū quinq̄ginta viri. ⁊ qui veniebant
ad nos d̄ gentibꝫ q̄ in circūitu nr̄o sunt:
in mēsa mea erāt. Parabat̄ aūt mihi ꝑ
dies singulos bos vnus: arietes sex ele-
cti exceptis volatilibꝫ. et inter dies decē
vina diuersa. et alia ml'ta tribuebā. In
super ⁊ annonas ducatꝰ mei non quesi
ui. Ualde enī erat attenuatꝰ ppl's. Me-
mēto mei deus meus in bonū ꝟm omīa
que feci populo huic. VI

Factū ē aūt cū audisset sanabal-
lath. et tobias et gosez arabs et
ceteri inimici nr̄i q̄ edificassem
ego murū. et nō esset in ip̄o residua int̄
ruptio: vsq̄z ad tp̄s aūt illud valuas nō
posueraz in portis. miserūt sanaballath
et tobias ⁊ gosem arabs ad me dicētes:
Ueni ⁊ ꝑcutiamus fedus pariter in vi
culis in campo vno. Ip̄i autem cogita-
bant vt facerent mihi malum. Misi er-
go ad eos nūcios dicens: Opus gran-
de ego facio et non possum descēdere: ne
forte negligat̄ cū venero ⁊ descēdero ad
vos. Miserūt autez ad me ꝟm verbum
h̄ ꝑ quattuor vices. et respōdi eis iuxta

sermonē prioꝛē. Et misit ad me sanaballath iuxta verbū prius quinta vice puerum suū. et epistolam habebat in manu sua scriptā hoc modo. In gentibus auditum est. et gosem dixit: q tu et iudei cogitetis rebellare. et ꝓpterea edifices murū. et leuare te velis sup eos regem propter quā causam et ꝓphetas posueris qui predicent de te in hierusalē dicētes Rex in iudea est. Auditurus est rex verba hec. Idcirco nūc veni vt ineamus cō filiū pariter. Et misi ad eos dicēs: Non est factū fm verba hec q tu loqueris De corde enī tuo tu cōponis hec. Oēs enim hi terrebant nos: cogitātes q cessarent manus nostre ab ope et quiesceremus Quā ob causam magis cfortaui manꝰ meas. Et ingressus sum domū samaie filij dalaie filij methabeel secreto. Qui ait: Tractemus nobiscū in domo dei in medio tēpli et claudamus portas edis: q venturi sunt vt interficiāt te. et nocte vēturi sunt. ad occidēdū te. Et dixi: Nū quisq̄ similī mei fugit ? Et quis vt ego ingrediet templū et viuet? Non ingrediar. Et intelleri q deus nō misisset eū: sed quasi vaticinās locutus esset ad me et tobias et sanaballath cōduxissent eū Accepat enī pciuz vt territus facerem et peccarē. et habērē malū qꝺ exprobrarēt mihi. Memento mei dñe pro tobia et sanaballath. iuxta opa eoꝝ talia: sz et noadie ꝓphete et ceteroꝝ ꝓphetaꝝ qui terrebāt me. Cōpletus est aūt murus vicesimo quinto die mēsis elul quiq̄ginta duob dieb. Factū est ergo cū audissent oēs inimici nri vt timerēt vniuse gētes que erāt in circūitu nro. et cōciderēt intra se metipos. et scirēt q a dño factū est opus hoc. Sz et i dieb illī mlte optimatū iudeoꝝ eple mittebant ad tobiā: et a tobia veniebāt ad eos. Multi enī erant in iudea hītes iuramentū ei?: q gener erat sechenie filij ioꝛei: et iohānan filius eius accepat filiā mosollā filij barachie. Sz et laudabāt eū coram me. et verba mea nunciabant ei. Et tobias mittebat epistolas vt terreret me.

VII

Postq̄z aūt edificatus ē murus et posui valuas. et recensui ianitores et cātores et leuitas. ꝑcepi aneni fratri meo et ananie principi domus de hierlm. Ipe enī q̄si vir verax. et timēs deū plus ceteris videbat. Et dixi eis: Nō apiant porte hierlm vsq̄z ad calorē solis. Cūq̄z adhuc assisterēt: clause porte sunt et oppilate. Et posui custodes de habitatoribꝫ hierlm singlos ꝑ vices suas. et vnāquēq̄z ꝑ domū suaz. Ciuitas aūt erat lata nimis et grādis. et pplꝰ paruus in medio eiꝰ. et nō erāt domꝰ edificate. Deꝰ aūt dedit in corde meo et congregaui optimates et mgtratꝰ et vulgꝰ vt recēserē eos. Et inueni librū cēsus eoꝝ qui ascēderāt primū. et inuentū est scriptuz in eo: Isti filij puincie q̄ ascēderūt de captiuitate migrātiū q̄s trāstulerat nabuchodonosoꝛ rex babylonis. et reūsi sunt in hierlm et in iudeā. vnusq̄sq̄z in ciuitatē suā qui venerāt cum ꝯzobabel. iosue neemias. açarias: raamias. naami. mardochxus. belsar. mespharat. beggoai. naum. baana Numeꝰ viroꝝ ppli isrl. Filij pharoz duo milia centum septuaginta duo. Filij saphatia: trecēti septuaginta duo. Filij area: sexcēti quīquaginta duo Filij phxtmoab filioꝝ iosue et ioab: duo milia octingenti decē et octo. Filij hxlā mille octingenti quinquaginta q̄ttuoꝛ. Filij cethua nōgenti quadragintaquinq̄z: Filij cachai: septingēti seraginta. Filij bennui: sexcēti quadragintaocto. Filij bebai: sexcēti vigintiocto. Filij açgad duo milia trecēti vigintiduo. Filij adonicā: sexcēti seragintaseptē. Filij begnai: duo milia seragintaseptē: Filij adin: sexcenti quinquagintaquinq̄z. Filij ather filij eçechie: nōgēti octo. Filij asez: trecēti vigintiocto. Filij besai: trecēti vigintiq̄ttuoꝛ. Filij areph: centū duodecim. Filij gabaon: nonagītaquīq̄z. Filij bethleē et nethupha: centuz octogintaocto. Viri anathot: cētū vigintiocto. Viri bethamoth: q̄dragītaduo. Viri cariathiarī cephira et beroth: septingēti q̄dragīta tres. Viri rama et neb. sexcēti vigītiunꝰ

Viri machmas: cētum vigintiduo. Vi
ri bethel et chai: ducēti vigintitres. Vi
ri nebo alterius: quinquagintaduo. Vi
ri helā alterius: mille ducēti quīq̄ginta
quattuor. Filij arem: trecēti viginti. Fi
lij hiericho: trecēti quadragintaquinq̄. Filij lodadin et ono: septingēti viginti
unus. Filij senaa: tria milia nongēti tri
ginta. Sacerdotes. Filij idaia in domo
iesua. nongenti septuagintatres. Filij
emmer: mille quinquagintaduo. Filij
phessur: mille ducēti q̄dragintaseptē. Fi
lij arem: mille decez et septē. Leuite: Fi
lij iesue et cedmihel filiorꝫ oduie: septua
gintaq̄ttuor. Cantores. Filij asaph: cen
tū quadragītaocto. Janitores. Filij sel
lū. filij ather. filij thelmon. filij accub: fi
lij athita. filij sobai: centū trigintaocto.
Nathīnei. Filij soa. filij asupha. filij the
baoth. filij ceros. filij siaa. filij fadon. filij
lebana. filij açaba. filij selmon. filij anan
filij geddel. filij gaer. filij raahia. filij ra
sin. filij nechoda. filij ieçem. filij aça. filij
phasea. filij besai. filij munim. filij ne
phusim. filij bechue: filij acupha. filij
açur. filij besluth filij maida. filij arsa. fi
lij berchos. filij çiçara. filij thema. filij na
sia. filij atupha. filij seruorū salomōis. fi
lij sothai. filij sopherech. filij pheruda. fi
lij iahala. filij dercon. filij gedel. filij sa
phata. filij achil. filij phocereth q̄ erat
ortus ex asbaim. filij āmon. Omēs na
thinnei. et filij seruorū salomonis: tre
centi nonagintaduo Hi sunt aūt q̄ ascē
derūt de thelmala thelarsa cherub adon
et emmer. et nō potuerūt īdicare domū
patrum suorum et semen suum: vtruz
ex israel essent. Filij dalaia. filij tobia fi
lij nechoda sercēti q̄dragintaduo. Et de
sacerdotibꝫ. filij iobia. filij accos. filij ber
çellai. q̄ accepit de filiabꝫ berçellai galaa
ditidis vxorē: ⁊ vocatꝰ ē noīe eorꝫ. Hi q̄
fierūt scripturā suā in censu et nō inue
nerūt: ⁊ eiecti sūt de sacerdotio: Dixitq̄
athersatha eis vt nō māducarēt de scīs
scōrꝫ: donec staret sacerdos doctꝰ et eru
ditꝰ. Oīs mlt̄itudo q̄si vir vnꝰ. quadra
gintaduo milia sexcenti sexaginta: absq̄
seruis ⁊ ācillis eorꝫ q̄ erāt septē milia tre
cēti trigintaseptē. ⁊ inter eos cātores et
cātatrices ducenti. Equi eorꝫ sexcēti tri
gītaseptē: muli eorꝫ ducēti q̄dragītaq̄n
q̄: cameli eorꝫ q̄dringēti trigintaquinq̄
asini sex milia septingēti viginti. Huc
usq̄ refert̄ quid in cōmentario scriptuz
fuerit: et in neemie historia texit̄. Non
nulli aūt de principibꝫ familiarꝫ dederūt
in opus. Athersatha dedit in thesauruz.
auri drachmas mille: phialas quinq̄gī
ta tunicas sacerdotales q̄ngētas trigin
ta. Et de principibꝫ familiarꝫ dederūt in
thesaurꝫ opis. auri drachmas vigīti mi
lia ⁊ argēti minas duo milia ducentas.
Et qd̄ d̄dit reliquꝰ ppl̄s. auri drachmas
vigīti milia. ⁊ argēti minas duo milia:
et tunicas sacerdotales sexaginta septē
Habitauerūt aūt sacerdotes ⁊ leuite et
ianitores ⁊ cātores et reliquuz vulgꝰ et
nathinnei et oīs isrl̄ in ciuitatibꝫ suis.

VIII

Et venerat mēsis septi
mus. Filij aūt isrl̄ erāt in ciuita
tibus suis. Congregatusq̄ oīs
ppl̄s quasi vir vnus ad plateā q̄ est ante
portā aquarū. ⁊ dixerūt esdre scribe vt af
ferret librū legis moysi: quam p̄ceperat
dn̄s isrl̄i. Attulit ergo esdras sacerdos
legē coram multitudine virorū et mu
lierū. cūctisq̄ qui poterāt intelligere: in
die prima mensis septimi. Et legit ī eo
apte in platea que erat ante portā aqua
rum de mane vsq̄ ad mediā diē. in con
spectu virorum et mulierū ⁊ sapiētiū. Et
aures oīs populi erāt erecte ad librum.
Stetit autem esdras scriba sup̄ gradū
ligneū quē fecerat ad loquēdū. et stetert
iuxta euz. matha thia et senia et ania et
vria ⁊ helchia et maasia ad dexterā eius
⁊ ad sinistrā phadaia misahel ⁊ melchia
et asū et aseph dana çacharia et mosol
lam. Et aperuit esdras librū corā omni
ppl̄o. Sup̄ vniūsuz quippe populū emi
nebat. Et cū apuisset eum: stetit omnis
ppl̄us. Et bn̄dixit esdras dn̄o deo voce
magna. Et rn̄dit oīs ppl̄s. amē. amē: ele
uās manus suas. Et incuruati sunt et
adorauerunt deū p̄ni in terram. Porro

ieſue et baani et ſerabia.iamī.accub.ſep
thai.odia.maaſia.celita.açarias.ioçabed
anani.phalaia.leuite ſilētiū faciebāt in
pp̄lo ad audiendā legē. Populus autez
ſtabat in gradu ſuo Et legerūt ī libro le
gis dei diſtincte et ap̄te ad intelligendū
et intellexerūt cū legeret. Dixit aūt ne
emias.ipe ē ſatharſatha et eſdras ſacer
dos et ſcriba et leuite interp̄etātes vni
uerſo pp̄lo. Dies ſanctificatus eſt dño
deo noſtro. Nolite lugere et nolite flere
Flebat eni oīs pp̄ls cū audiret verba le
gis. Et dixit eis: Ite comedite pinguia
et bibite mulſum.et mittite p̄tes eis q̄
non p̄parauerūt ſibi q̄ ſanctus dies do
mini eſt.et nolite cōtriſtari. Gaudium
eteni dñi ē fortitudo nr̄a. Leuite aūt ſi
lentiū faciebāt in omī pp̄lo dicētes. Ta
cete:q̄ dies ſanctus eſt.et nolite dolere
Abiit itaq̄ oīs pp̄ls vt comederet et bi
beret et mitteret p̄tes et faceret leticiaz
magnā:q̄ intellexerāt verba que docue
rat eos. Et in die ſecūdo ꝯgregati ſunt
principes familiarū vniuerſi pp̄li ſacer
dotes ⁊ leuite ad eſdrā ſcribā vt interp̄
tarēt eis verba legis. Et inuenerūt ſcri
ptū in lege p̄cepiſſe dñm in manu moy
ſi vt habitēt filij iſrl in tabernaculis in
die ſollēni mēſe ſeptimo.vt p̄dicēt ⁊ di
uulgēt vocē in vniuerſis vrbib⁹ ſuis et
in hierlm dicētes. Egredimini in mon
tez.⁊ afferte frōdes oliue.⁊ frōdes ligni
pulcerrimi.frondes myrti ⁊ ramos pal
maz et frōdes ligni nemoroſi vt fiāt ta
bernacula ſicut ſcriptū eſt. Et egreſſus
eſt oīs pp̄ls et attulerūt. Fecerūtq̄ ſibi
tabnacula vnuſq̄ſq̄ in domate ſuo ⁊ in
atriis ſuis ⁊ in atriis dom⁹ dei.et in pla
tea porte aquaz ⁊ ī platea porte effraim.
Fecit q̄ vniūſa eccleſia eoz qui redierāt
de captiuitate tabernacula.et habitaue
rūt in tabernaculis. Nō eni fecerāt a die
bus ioſue filij nun talia filij iſrl vſq̄ ad
diē illū. Et fuit leticia magna nimiſ. Le
git aūt in libro legis dei p̄ dies ſingulos
a die primo vſq̄ ad diē nouiſſimū.⁊ fe
ceſt ſollēnitatē ſeptē dieb⁹. et in die oc
tauo collectā iuxta ritum.

IX

In die aūt viceſimo q̄rto mēſis
huius cōuenerunt filij iſrl in je
iunio et in ſaccis ⁊ humus ſup
eos. Et ſeparatū eſt ſemē filioz̄ iſrl ab oi
filio alienigena.et ſteterūt et cōfitebant
pctā ſua et iniquitates patrū ſuoz̄: Et
cōſurrexerūt ad ſtandū. et legerūt ī vo
lumīe legis dñi dei ſui quater in die:et
q̄ter ī nocte cōfitebant. ⁊ adorabāt dñm
deū ſuū. Surrexerunt aūt ſup̄ gradū le
uitarū ioſue et bani ⁊ cedmiſxl. remmi
ſabnia.abani.ſarebias.bani. ⁊ thanani:
et clamauerūt voce magna ad dñm deū
ſuū. Et dixerūt leuite:ioſue ⁊ cedmiſxl
bōni.aſebia.ſerebia.arebia.odaia.ſebna
fataia. Surgite:bñdicite dño deo nr̄o:
ab eterno vſq̄ in eternuz. Et bñdicant
nomini glorie tue excelſo in omni bene
dictione ⁊ laude. Et dixit eſdras: Tuiſe
dñe ſolus:tu feciſti celū et celū celoz̄ ⁊
omnē exercitū eoz̄um:terraz et vniuer
ſa que in ea ſunt:maria et oīa que in eis
ſunt. Et tu viuificas oīa ſxc: et exercit⁹
celi te adorat. Tuiſe dñe deus qui elegi
ſti abraā et eduxiſti eū de igne chaldeoz̄
et poſuiſti nomē eius abraā.et inueniſti
cor eius fidele coram te:⁊ p̄cuſſiſti cū eo fe
dus vt dares ei terram chananei etxi
euei et ammorrei et pxereçei et iebuſei
et gergeſei.vt dares ſemini eius. Et im
pleſti verba tua quoniā iuſtus es: Et vi
diſti afflictionē patrū noſtroz̄um in egy
pto.clamoremq̄ eoz̄um audiſti ſup̄ mare
rubrū.et dediſti ſigna atq̄ p̄tēta ī pha
raone et in vniuerſis ſeruis eius. et in
omī pp̄lo terre illius. Cognouiſti enim
q̄ ſuperbe egerāt ꝯtra eos.⁊ feciſti tibi no
men.ſicut ⁊ in hac die. Et mare diuiſi
ſti ante eos.⁊ trāſierūt p̄ mediū mariſ
in ſicco. Perſecutores aūt eoz̄um pieci
ſti in p̄fundū quaſi lapidē in aquas va
lidas.et in colūna nubis ductor eoz̄um
fuiſti p̄ diē.⁊ in columna ignis p̄ noctē.
vt appareret eis via p̄ quā ingrediebān
tur. Ad montē q̄z ſinai deſcendiſti.et lo
cutus es cū eis de celo:⁊ dediſti eis iudi
cia recta ⁊ legē veritatz.cerimonias et p̄
cepta bona. Et ſabbatū ſcificatum tuuz

ostẽdisti eis. ⁊ mãdata ⁊ cerimonias ⁊ le
gez pcepisti eis in manu moysi serui tui
Danẽ qz de celo dedisti eis in fame eoꝝ
et aquam ꝺ petra eduxisti eis sitiẽtibus
Et dixisti eis vt ingrederent̃ et possideꝛ
rent terram: super quã leuasti manũ tu
am vt traderes eis. Ipi vero et patres
nostri supbe egerũt et indurauerũt cerꝛ
uices suas. et nõ audierũt mãdata tua.
et noluerũt audire: et nõ sunt recoꝛdati
mirabiliũ tuoꝝũ que feceras eis. Et inꝛ
durauerũt ceruices suas. ⁊ dederunt ca
put vt ꝓuerterent̃ ad seruitutẽ suã qua
si ꝑ cõtentionẽ. Tu aũt deus ppitius cle
mẽs et misericoꝛs lõganimis et multe
miseratõis. nõ dereliquisti eos. Et quiꝛ
dẽ cũ fecissent sibi vitulũ cõflatilẽ et di
xissent: Iste est deus tuꝰ qui eduxit te de
egypto: fecerũtqz plasphemias magnas
tu aũt in misericoꝛdijs tuis multis nõ
dimisisti eos in deserto. Colũna nubis
nõ recessit ab eis ꝑ diez. vt duceret eos
in viã. et colũna ignis ꝑ noctẽ vt ostenꝛ
deret eis iter ꝑ quod ingrederentur Et
spm̃ tuũ bonũ dedisti qui doceret eos. et
mãna tuũ nõ phibuisti ab oꝛe eoꝝz. et
aquã dedisti eis in siti. Quadragita anꝛ
nis pauisti eos in deserto nihilqz eis de
fuit. Uestimẽta eoꝝ nõ inueterauerũt
et pedes eoꝝũ nõ sunt attriti. Et dedisti
eis regna ⁊ pꝛlos. et ptitꝰ es eis soꝛtes.
Et possederũt terrã seon. ⁊ terrã regis esꝛ
bon. ⁊ terraz og regis basan. Et multipliꝛ
casti filios eoꝝ sicut stellas celi. et adduꝛ
xisti eos ad terrã de q̃ dixeras pꝛib eoꝝũ
vt ingrederent̃ ⁊ possiderẽt. Et venerũt
filij. et possederunt terrã. Et humiliasti
coꝛã eis habitatoꝛes terre chananeos ⁊
dedisti eos in manu eoꝝ. ⁊ reges eoꝝũ et
pꝛlos terre vt facerẽt eis sicut placebat
illis. Ceperũt itaqz vrbes munitas ⁊ hu
mũ pinguẽ ⁊ possederũt domos plenas
cũctis bonis: cisternas ab eis fabꝛicatas
vineas et oliueta ⁊ ligna pomifera mul
ta. Et comederũt ⁊ saturati sunt. et imꝛ
pinguati sũt ⁊ abũdauerũt delitijs in bo
nitate tua magna. Pꝛouocauerũt autẽ
te ad iracũdiã. et recesserũt a te. ⁊ pieceꝛ
rũt legẽ tuaz post terga sua. Et pꝛphetas
tuos occiderũt qui ꝓtestabant̃ eos vt reꝛ
uerterent̃ ad te: feceruntqz blasphemiasꝛ
grandes. Et dedisti eos in manum hostiꝛ
um suoꝝũ: et afflixerunt eos. Et in temꝛ
pore tribulatõis sue clamauerunt ad te
et tu de celo audisti. ⁊ ꝑm miseratões tuꝛ
as multas dedisti eis saluatoꝛes: qui salꝛ
uarẽt eos de manu hostiũ suoꝝũ. Cumqz
requieuissent reũsi sunt vt facerẽt maꝛ
lũ in ꝓspectu tuo ⁊ dereliquisti eos i maꝛ
nu inimicoꝝũ suoꝝ et possederẽt eos. Cõꝛ
uersiqz sunt: et clamauerũt ad te Tu auꝛ
tem de celo exaudisti et liberasti eos i miꝛ
sericoꝛdijs tuis multis tpib: et cõtestaꝛ
tus es eos vt reuerterent̃ ad legẽ tuaz.
Ipi vero supbe egerũt et nõ audierunt
mãdata tua. et in iudicijs tuis peccaueꝛ
rũt q̃ faciet hõ. et viuet in eis Et dederũt
humerũ recedẽtez: et ceruicẽ suã idꝛaꝛ
uerũt nec audierẽt. Et ptraxisti sup eos
ãnos multos: et ꝓtestatus es eos i spũ
tuo ꝑ manũ pphetarũ tuoꝝ et nõ audieꝛ
rũt: et tradidisti eos in manũ pploꝝ terꝛ
rarum. In misericoꝛdijs aũt tuis pluriꝛ
mis nõ fecisti eos i ꝓsũptiõez nec dereliꝛ
quisti eos: qm̃ deꝰ miserationũ ⁊ clemẽsꝛ
es tu. Nũc itaqz deus noster. magne foꝛ
tis ⁊ tribilis. custodiẽs pactũ et miseriꝛ
coꝛdiaz ne aũtas a facie tua oẽm labꝛoꝛez
q̃ inuenit nos. reges nr̃os. pncipes nr̃osꝛ
et sacerdotes nr̃os. ⁊ pphetas nr̃os. ⁊ paꝛ
tres nr̃os. ⁊ oẽm pplm̃ tuũ. a diebus reꝛ
gis assur vsqz in diez hãc. Et tu iustꝰ es
in oĩb q̃ venerũt sup nos: qz veritatẽ feꝛ
cisti nob: nos aũt impie egimꝰ. Reges
nr̃i. pncipes nr̃i. sacerdotes nr̃i. ⁊ patres
nr̃i. nõ fecerũt legẽ tuã. et nõ attendeꝛ
rẽt mãdata tua ⁊ testimonia tua q̃ testifiꝛ
catus es i eis. Et ipi i regnis suis bonis et
in bonitate tua mlta quã dederas eis et
in tra latissima ⁊ pingui quã tradideraꝛ
sti in ꝓspectu eoꝝ. nõ seruierũt tibi: nec reꝛ
uersi sunt a studijs suis pessimis. Ecceꝛ
nosipi hodie sumꝰ: ⁊ tra quaz dedisti
patribꝫ nostris vt comederẽt panẽ eiusꝛ
et que bona sunt eius. ⁊ nosipi serui suꝛ
mus in ea. Et fruges eius multiplicãtꝛ

regibꝫ quos posuisti sup nos ꝓpter pctā
nr̄a et corpibꝫ nr̄is dn̄ant̄ ⁊ iumētis no
stris s̄m volūtatē suā. ⁊ ī tribulatōe ma
gna sum⁹. Sup oībꝫ g̊ his nosip̄i pcuti
mus fedus et scribim⁹. ⁊ signant prīci
pes nr̄i. leuite nr̄i et sacerdotes nr̄i. X

Signatores aūt fuerūt neemias
athersata fili⁹ achelai. et sedechi
as. saraias. açarias. hieremias.
phessur. amarias. melchias. accus. sebe
nia. melluc. maarem. merimuth. obdi
as. daniel: genton. baruch. mosollam.
abia. miamin. maçia. belga. semeia. hi sa
cerdotes. Porro leuite: iosue filius aça
rie. bennui. de filijs enadad. cedmihel et
fratres eoꝝ: sechenia. odeuia. celita. pha
laia. anan. micha. roob. asebia. çachur se
rebia. sabania. odia bani. baninu. Capi
ta populi: feros. phetmoab. elam. çethu
bani. bonni. açgad. bebai. adonaia. beggo
ai. adin. ather. eçechia. açur. odeuia. asū.
besai. areth. anathot. nebai. mechphia.
mosollā. açir. mesiçabel. sadoch. ieddua.
felthia. anan. ania. osee. anania. asub alo
es. phaleā. sobech. reū. asebna. madsia.
ethaia. hanan. anan. melluch. arem. ba
ana. et reliqui de populo. Sacerdotes:
leuite. ianitores et cātores nathinnei ⁊
omnes qui se sep̄auerūt de populis ter
rarū ad legē dei. vxores eorū. filij eorum
et filie eoꝝ omnes qui poterāt sap̄e spō
dentes ꝓ fratribꝫ suis. optimates eoꝝ. ⁊
qui veniebāt ad pollicēdū et iurandum
vt ambularent in lege dn̄i quā dederat
in manu moysi serui sui vt facerēt et cu
stodirent vniuersa mandata dn̄i dei no
stri. et iudicia eius et cerimonias eius.
⁊ vt nō daremus filias nr̄as populo ter
re. et filias eorū nō acciperem⁹ filijs no
stris. Populi q̄z terre qui importāt ve
nalia et oīa ad vsum p̄ diē sabbati vt vē
dant: nō accipiemus ab eis in sabbato
et in die sanctificato: Et dimittem⁹ an
num septimū. ⁊ exactionē vniuerse ma
nus. Et statuemus sup nos p̄cepta vt
demus tertiā p̄tem sicli p̄ annū ad op⁹
domus dei nr̄i ad panes ꝓpositōis et ad
sacrificiū sempiternuz et in holocaustuz
sempiternuz in sabbatis in kalendis in
sollēnitatibꝫ et in sanctificatis ꝓ pecca
to vt exoret̄ ꝓ israel. et in omnē vsuz do
mus dei nostri. Sortes ergo misimus
sup op̄ationē lignorū inter sacerdotes
leuitas et ꝓpl'm vt inferrent̄ in domum
dei nostri p̄ domos patruz nr̄oꝝ p̄ tp̄a a
tēporibꝫ anni vsq̄z ad annū. vt arderent
sup altare dn̄i dei nr̄i. sicut scriptū est in
lege moysi. Et vt afferremus primoge
nita terre nr̄e. ⁊ primitiua vniūsi fruct⁹
oīs ligni. ab āno in ānū. in domo dn̄i et
primitiua filiorū nr̄oꝝ ⁊ pecorum nr̄oꝝ:
sicut scriptū est in lege. ⁊ primitiua boū
nr̄oꝝ et ouiū nr̄aꝝ vt offerrent̄ in domo
dei nr̄i sacerdotibꝫ qui mīstrāt in domo
dei nr̄i. Et primitias ciborū nostroꝝ et li
baminū nr̄oꝝ et poma oīs ligni. vinde
mie q̄z ⁊ olei afferremus sacerdotibꝫ ad
gaçophylatiū dei nr̄i. et decimā p̄tez ter
re nostri leuitis. Ip̄i leuite decimas ac
cipient ex omnibꝫ ciuitatibꝫ operū nr̄oꝝ
Erit autem sacerdos filius aaron cum
leuitis in decimis leuitarum. et leuite
offerent decimā p̄tez decime sue ī domo
dei nr̄i ad gaçophylatiū ī domo thesauri
Ad gaçophylatiū enim deportabūt filij
isrl' et filij leui primitias frumēti ⁊ vini
et olei. et ibi erūt vasa dn̄i scīficata. ⁊ sa
cerdotes et cātores ⁊ ianitores et mini
stri ⁊ nō dimittem⁹ domū dei nr̄i. XI

Habitauerunt aūt principes ꝓpl'i
in hierl'm. Reliq̄ vero plebs mi
sit sortē vt tolleret vnā p̄tez de
decem qui habitaturi essent in hierusa
lem ciuitate sancta: nouem vero partes
in ciuitatibus. Benedixit autez popul⁹
omnibꝫ viris qui se sponte obtulerant
vt habitarēt in hierl'm. Hi sūt itaq̄z p̄n
cipes ꝓuīcie q̄ habitauer̄t ī hierl'm ⁊ ī ci
uitatibꝫ iuda. Habitauit aūt vnusq̄sq̄z
in possessiōe sua in vrbibꝫ suis israel: sa
cerdotes. leuite. nathinnei. et filij s̄uoꝝ
salomonis. Et in hierusalē habitauer̄t
de filijs iuda et de filijs beniamin. De
filijs iuda: athaias filius açiam. filij
çacharie. filij amarie. filij saphatie. filij
malalehel. De filijs phares. hismaasia

filius baruch.filius coloça.filiꝰ açia.fili
us adadia.filius ioarib.filiꝰ çacharie.fi
lius silonites. Oēs hi filij phares qui
habitauerūt in hierl'm.quadrīgēti sexa
gintanouē viri fortes. Hi sunt aūt filij
beniamī. Sellū filiꝰ mosollā.filiꝰ ioed.
filius phadaia.filiꝰ colaia.filiꝰ masia .fi-
lius ethel.filiꝰ esaia: Et post eū gebbai.
sellai:nongēti vigintiocto. Et iobel fili-
us çechri p̄positꝰ eoꝝ.et iudas filiꝰ sen-
nua sup̄ ciuitatē secūdus. Et d̄ sacerdo
tibꝫ.idaia filiꝰ ioarib.iachin .saraia filiꝰ
helchie.filiꝰ mosollā.filius sadoch. filiꝰ
meraioth.filiꝰ achitob p̄rīcipes domus
dei ⁊ frēs eoꝝ faciētes op̄a tēpli.octīgen
ti vigintiduo. Et adaia filius ieroam.
filius pheleia.filius amsi .filiꝰ çacharie.
filius phessur.filius melchie ⁊ frēs eius
p̄rīcipes patrū.ducēti q̄dragītaduo. Et
amasai filius açrihel.filius açi'.filiꝰ mo-
sollamoth.filius emmer.⁊ frēs eoꝝ po-
tētes nimis.centū vigintiocto.⁊ p̄posi-
tus eoꝝ çabdihel filius potētiū. Et de le
uitis:sebenia filius asob.filius açaricaꝫ.
filius asabia.filiꝰ bōni.⁊ sabathai ⁊ ioça
beth sup̄ oīa op̄a que erāt forinsecus in
domo dei a p̄rīcipibꝫ leuitaꝝ. Et matha
nia filius micha.filiꝰ çebedei.filiꝰ asaph
p̄rīceps:ad laudādū ⁊ ad ꝯfitēdū in ora
tione.⁊ becbecias secūdus de fratribꝫ eiꝰ
⁊ abda filiꝰ samuha.filiꝰ galal.filius ydi
thū. Oēs leuite in ciuitate scā :ducenti
octogītaq̄ttuor. Et ianitores.accub. tel
mon ⁊ frēs eoꝝ qui custodiebāt ostia:cē
tūseptuagintaduo. Et reliqui ex isrl' sa-
cerdotes ⁊ leuite in vniuersis ciuitatibꝫ
iuda.vnusq̄sq̄ ī possessiōe sua.⁊ nathin-
nei qui habitabāt in ofel. ⁊ syaha ⁊ gas-
pha de nathīneis. Et ep̄s leuitarum in
hierl'm.açi filius baani.filius asabie.fi-
lius mathanie.filius miche. De filijs a-
saph:cātores in mīsterio domꝰ dei. Pre
ceptū quippe regis sup̄ eos erat .⁊ ordo
in cātoribꝫ p̄ dies singl'os.⁊ fathaia filiꝰ
meseçebel.de filijs çara.filij iuda in ma-
nu regis iuxta oē v̄bū ppl'i. ⁊ in domibꝫ
p̄ oēs regiones eoꝝ. De filijs iuda ha-
bitauerūt in cariatharbe ⁊ in filiabꝫ eiꝰ.
⁊ in dibon ⁊ in filiabꝫ eiꝰ et ī capseel ⁊ in
viculis eius ⁊ in iesue ⁊ in molada ⁊ in
Respondẽs aũt iob ait: Nũc q̃z i amaritudie eſt ſmo meꝰ.⁊ manus plage mee aggrauata eſt ſup gemitu meũ. Quis mihi tribuat vt cognoſcã ⁊ inueniã illũ.⁊ veniã vſq; ad ſoliu eius: Ponã coram eo iudiciũ.⁊ os meu repleb increpationib: vt ſciã verba que mihi rñdeat.⁊ intelligaz q̃d loq̃t mihi. Nolo multa fortitudie ꝓtendat mecuz nec magnitudis ſue mole me premat. Proponat eq̃tatẽ cõ me.⁊ ꝓueniet adversoriã iudiciũ meũ. Si ad orientez iero nõ apparet:ſi ad occidentẽ nõ intelligã eũ. Si ad ſiniſtrã.quid agã? Nõ apprehendam eũ. Si me vertã ad dexterã.nõ videb illũ. Ipſe vo ſcit viã meã.⁊ ꝓbabit me q̃ſi aurũ q̃d ꝑ ignẽ tranſit. Veſtigia eius ſecutꝰ eſt pes meus. viã eiꝰ cuſtodiui.⁊ nõ declinaui ex ea. A mãdatis labioꝝ eius nõ receſſi.⁊ in ſinu meo abſcondi verba oris eius. Ipſe enĩ ſolus ẽ ⁊ nemo auertere poteſt cogitationẽ eiꝰ.⁊ anima eius q̃cunq; voluit hoc fecit. Cunq; expleuerit in me volũtatẽ ſuam ⁊ alia multa ſimilia preſto ſunt ei. Et id circo a facie eius turbatus ſum.⁊ ꝓſiderãs eam.timore ſollicitor. Deus emolliuit coꝝ meũ.⁊ omnipotens ꝓturbauit me. Nõ enĩ perij ꝓpter imminẽtes tenebras:nec faciem meam operuit caligo.

Cur a omnipotẽte non XXIIII ſunt abſcõdita tpa.qui aũt nouerũt eum.ignorant dies illi? Alij terminos trãſtulerũt:diripuerunt greges.⁊ pauerũt eos. Aſinũ pupillorꝝ abegerũt.⁊ abſtulerũt ꝓ pignere bouem vidue. Subuerterũt pauperũ viam.⁊ oppreſſerunt pariter manſuetos terre. Alij quaſi onagri in deſerto egrediũtur ad opus ſuũ: vigilãteſq; ad predã ꝓpãt panem liberis. Agrũ non ſuũ demetũt.⁊ vineam eius quez vi oppreſſerũt vindemiãt. Nudos dimittũt boies indumẽta tollentes.quib non eſt opimentum in frigore:quos imbres montiuz rigãt ⁊ non habentes velamen amplexantur lapides. Vim fecerũt depredantes pupillos.⁊ vulgũ paupem ſpoliauerunt. Nudis ⁊ incedentib abſq; veſtitu ⁊ eſurientib tulerũt ſpicas. Inter aceruos eoꝝ meridiati ſunt qui calcatis torcularib ſitiunt. De ciuitatibus feceruntviros gemere.⁊ anima vulneratorum clamauit.⁊ deus inultuz abire nõ patitur. Ipſi fuerunt rebelles lumini. Neſcierũt vias eius:nec reuerſi ſunt per ſemitas illius. Mane primo conſurgit homicida:interficit egenum ⁊ pauperem:ꝑ noctem vero erit quaſi fur. Oculus adulteri obſeruat caliginem dicens:non me videbit oculus.⁊ operiet vultum ſuuz Perfodit in tenebris domos.ſicut in die condixerant ſibi.et ignorauerunt lucem: Si ſubito apparuerit aurora arbitrantur vmbram mortis et ſic in tenebris quaſi in luce ambulant. Leuis eſt ſuper faciem aque. Maledicta ſit pars eius in terra.nec ambulet per viam vinearum. Ad nimium calorem tranſiet ab aquis niuium.⁊ vſq; ad inferos peccatũ illius. Obliuiſcat eiꝰ mia. Dulcedo illiꝰ vermes. Non ſit in recordatiõe:

sed ꝯteratur sicut lignū infructuosum
Pauit enī sterilez ⁊ q̄ nō parit· ⁊ vidue
bñ nō fecit. Detraxit fortes ī fortitudīe
sua· ⁊ cū steterit nō credet vite sue. De-
dit ei deus locū pnīe· ⁊ ille abutitur eo ī
supbia. Oculi aūt eius sunt in vijs illi
us. Eleuati sunt ad modicū· ⁊ non sub-
sistēt· ⁊ humiliabunt̄ sicut omīa ⁊ aufe-
rent̄· ⁊ sicut summitates spicaꝝ ꝯterent̄
Q si nō est ita· quis me potest arguere
eē mētitū· ⁊ ponere ante deū ꝟba mea?

XXV

Respōdens autē bal-
dath suites dixit: Ptās ⁊ terror
apud eū est: qui facit ꝯcordiam
in sublimibꝫ suis. Nūquid ē nūerꝰ mili
tū eiꝰ? Et sup quē nō surget lumē illiꝰ?
Nunquid iustificari pōt hō cōpatꝰ deo:
aut apparere mundus natꝰ de muliere?
Ecce luna etiā nō splēdet: ⁊ stelle nō sūt
mūde in ꝯspectu eiꝰ: q̄ntomagis hō pu
tredo· ⁊ filius hoīs vermis?

XXVI

Respōdens aūt iob dixit: Cuius
adiutor es: nūq̄d ībecill̄? Et su-
stētas brachiū eiꝰ q̄ nō est fort̄?
Cui dedisti ꝯsiliū? Forsitā illi qui nō hz
sapīam· ⁊ prudētiā tuā oñdisti plurimā
Quē docere voluisti? Nōne eū q̄ fec̄ spi-
ramētū? Ecce gigātes gemūt sub aq̄s·
⁊ qui hītāt cū eis. Nudus ē inferus co-
rā illo· ⁊ nullū ē opimētū pditiōi. Qui
extēdit aq̄lonē sup vacuū· ⁊ appēdit ter-
rā sup nihili. Qui ligat aq̄s ī nubibꝫ su
is: vt nō erumpant parit̄ deorsuz. Qui
tenet vultū solij sui· ⁊ expādit sup illud
nebulā suā. Terminuz circūdedit aq̄s:
vsqz dū finiant̄ lux ⁊ tenebre. Columne
celi ꝯtremiscūt· ⁊ pauēt ad nutū eiꝰ. In
fortitudīe illius repēte maria ꝯgregata
sunt· ⁊ prudētia eiꝰ pcussit supbū. Spi
ritꝰ eius ornauit celos· ⁊ obstetricante
manu eius eductꝰ ē coluber tortuosus
Ecce h̄ ex pte dicta sunt viaꝝ eiꝰ. Et cuz
vix puam stillā ſmōis eius audierimus
q̄s poterit tonitruū magnitudīs illiꝰ in-
tueri.

XXVII

Addidit q̄z
iob assumēs parabolā suā· ⁊ di-
xit: Viuit deus q̄ abstulit iudi-
cium meū· ⁊ oīpotēs qui ad amaritudi-
nē adduxit aīaz meā· q̄z donec supest ha
litus in me· ⁊ spiritus dei in naribꝫ me-
is· non loquent̄ labia mea iniquitatem
nec lingua mea meditabit̄ mendacium
Absit a me· vt iustos vos esse iudicem.
Donec deficiā: nō recedā ab innocētia
mea. Iustificatiōem meā quā cepi tene
re· nō deseram. Neqz enī reprehendit me
cor meū: in omni vita mea. Sicut im-
pius inimicus meus· ⁊ adūsarius meꝰ
q̄si iniquꝰ. Que ē· n· spes hypocrite si a-
uare rapiat ⁊ non liberet deꝰ aīam eius?
Nūquid deꝰ audiet clamorē eiꝰ cū vene
rit sup eū angustia? Aut poterit in oīpo-
tente delectari· ⁊ inuocare deū omī tpe?
Docebo vos p manū dei q̄ oīpotēs habe-
at: nec abscōdā. Ecce vos omēs nostis ⁊
quid sine causa vana loq̄mī? Hec est ps
hoīs impij apud deū· ⁊ hereditas violē-
toꝝ quā ab oīpotente suscipiēt. Si mlt̄-
tiplicati fuerīt filij eius in gladio erunt
⁊ nepotes eius non saturabunt̄ pane.
Qui reliqui fuerint ex eo sepelient̄ in in
teritu· ⁊ vidue illius nō plorabunt. Si
cōportauerit quasi terra argentuz· ⁊ si-
cut lutū preparauerit vestimenta: ppa-
rabit quidē sed iustus vestiet̄ illis· ⁊ ar-
gentū innocēs diuidet. Edificauit sicut
tinea domū suā ⁊ sicut custos fecit vm-
braculū. Diues cum dormierit· nihil se
cum affert: aperiet oculos suos· ⁊ nihil
inueniet. Apprehendet euz q̄si aqua ino
pia: nocte opprimet euz tempestas. Tol
let eum ventus vrens ⁊ auferet ⁊ velut
turbo rapiet eum de loco suo. Et mittet
sup eū· ⁊ nō pcet: d̄ māu eiꝰ fugiēs fugi-
et. Strīget sup eū manꝰ suas· ⁊ sibila-
bit sup illū intuēs locū eius.

XXVIII

Habet argentum venarum suaꝝ
principia: ⁊ auro locus est in q̄
conflatur. Ferrum de terra tol
litur· ⁊ lapis solutus calore in es vertit̄.
Tempus posuit tenebris· ⁊ vniuersoꝝ.
finem ipse considerat. Lapidem q̄z cali-
ginis ⁊ vmbram mortis diuidit torrēs
a populo peregrinante: eos q̄s oblitus
est pes egētis hoīs· ⁊ inuios. Terra de q̄
oriebat̄ panis· ī loco suo igni subūsa est

Locus sapphiri lapides ei⁹. et glebe illi
us aur. Semitam ignorauit auis: nec
intuitus est oculus vulturis. Non cal-
cauerūt eam filij institorū: nec ꝑtransi-
uit per eam leena. Ad silicē extendit ma
num suam: subuertit a radicibus mon-
tes. In petris riuos excidit. ⁊ omne pre
ciosuz vidit oculus eius. Profunda q̄z
fluuiorū scrutatus est. et abscōdita pro
duxit in lucez. Sapiētia vero vbi inue-
nitur. et quis est locus intelligētie. Ne-
scit hō preciū eius: nec inuenit̄ in terra
suauiter viuentiū. Abyssus dicit nō est
in me et mare loquit̄. nō est mecū. Non
dabit̄ aurū obriçum ꝓ ea nec appendet̄
argentū in cōmutatione eius. Non cō-
feret̄ tinctꝫ indie coloribꝫ nec lapidi sar-
donico p̄ciosissimo. vel sapphiro. Nō ad
equabit̄ ei aurū vel vitrū nec cōmuta-
bunt̄ ꝓ ea vasa auri excelsa et eminētia.
non cōmem orabunt̄ cōparatione eius
Trahit̄ autez sapiētia de occultis. Non
adequabit̄ ei topaçius de ethiopia. nec
tincture mundissime cōponent̄. Unde
ergo sapiētia venit. ⁊ quis est loc⁹ intelli
gētie? Abscōdita ē ab oculis oīm viuēti
um: volucres q̄z celi latet. Perditio et
mors dixerūt: auribꝫ nr̄is audiuim⁹ famā
eius. Deus intelligit viam eius et ip̄e
nouit locū illius. Ip̄e enī fines mundi
intuet̄. ⁊ oīa q̄ sub celo sūt respicit. Qui
fecit ventis pōdus. ⁊ aq̄s appēdit in mē
sura. Qñ ponebat pluuijs legē. et viā ꝓ
cellis sonātibꝫ: tūc vidit illā et enarra-
uit ⁊ p̄parauit et īuestigauit: ⁊ dixit hoī.
Ecce timor dñi ip̄a ē sapiētia. et recede
re a malo intelligentia.

XXIX

Addidit q̄z iob assumens para-
bolam suā. et dixit: Quis mihi
tribuat vt sim iuxta mēses pri-
stinos ſm dies quibꝫ deus custodiebat
me? Qñ splēdebat lucerna eius sup ca-
put meū ⁊ ad lumē ei⁹ ambulabā in te-
nebris. Sicut fui in diebꝫ adolescentie
mee: qñ secreto de⁹ erat in tabernaculo
meo. Qñ erat oīpotēs mecū ⁊ in circūi
tu meo pueri mei. Qñ lauabam pedes
meos butyro ⁊ petra fundebat mihi ri-
uos olei. Qñ ꝓcedebā ad portā ciuita-
tis. ⁊ in platea parabāt cathedram mihi
Videbāt me iuuenes ⁊ abscōdebant̄. ⁊
senes assurgētes stabāt Principes cessa
bāt loqui. ⁊ digitū supponebāt ori suo.
Vocē suā cohibebāt duces. et lingua eo
rū gutturi suo adherebat. Auris audiēs
beatificat me: et oculus videns testimo
niū reddebat mihi. eo q̄ liberassem pau
perē vociferantē et pupillū cui nō esset
adiutor. Benedictio perituri sup me ve
niebat. et cor vidue ꝯsolatus sum. Iu-
stitia indut⁹ sum ⁊ vestiui me sicut vesti
mēto et diademate iudicio meo. Ocu-
lus fui ceco et pes claudo. Pater eram
pauper. ⁊ causaz quā nesciebā diligētissi
me inuestigabā. Conterebā molas iniq̄
et de dentibꝫ illius auferebā predā. Di-
cebāq̄z: In nidulo meo moriar et sicut
palma mltiplicabo dies. Radix mea ap-
ta est secus aq̄s. et ros morabit̄ in messi
one mea. Gloria mea semp innouabit̄
et arc⁹ meus in manu mea instaurabit̄
Qui me audiebāt. expectabāt sniam. et
intenti tacebāt ad consiliū meum. Ver
bis meis addere nihil audebāt. et super
illos stillabat eloquiū meum. Expecta-
bant me sicut pluuiā. et os suum aperie
bant q̄si ad imbrē serotinū. Si qñ ride
baz ad eos. non credebāt. et lux vultus
mei nō cadebat in terra. Si voluissem
ire ad eos: sedebā prim⁹. Cūq̄z sederem
quasi rex circūstante exercitu: eram ta-
men merentium consolator.

XXX

Nunc aūt derident me iuniores
n tp̄e quoꝝ nō dignabar p̄tes po-
nere cū canibꝫ greg̃ mei. Quo
rū virt⁹ manuū mihi erat ꝓ nihilo. ⁊ vi
ta ip̄a putabant̄ indigni. Egestate et fa
me steriles: q̄ rodebāt in solitudīe squa
lētes calamitate et miseria. Et mande-
bāt herbas ⁊ arboꝝ cortices. et radix iuni
perorū erat cibꝫ eoꝝ. Qui de cōuallibus
ista rapiētes: cū singula repperissent. ad
ea cū clamore currebāt. In desertis ha
bitabāt torrentiū. et in cauernis terre
vel sup glareā. Qui inter huiuscemodi
letabantur. et esse sub sentibus delitias

computab ãt. Filij stultorũ ⁊ ignobiliũ·
et in terra penitus nõ parẽtes. Nunc in
eoꝝ canticũ versus suꝫ: ⁊ fact⁹ suꝫ eis in
ꝓuerbiũ. Abomiant̃ me et lõge fugiunt
a me: et faciẽ meã conspuere nõ verent̃.
Pharetrã·n·suã aperuit ⁊ afflixit me·⁊
frenũ posuit in os meũ. Ad dexterã oriẽ
tis calamitatis mee ilico surrexerunt.
Pedes meos subuerterũt: oppresserũt
q̃si fluctibꝫ semitis suis. Dissipauerũt
itinera mea insidiati sunt mihi ⁊ ꝑualu
erũt·⁊ nõ fuit q̃ ferret auxilium. Quasi
rupto muro ⁊ apta ianua irruerũt sup
me·⁊ ad meas miserias deuoluti sunt.
Redact⁹ sũ in nihilũ: Abstulit q̃si vent⁹
desideriũ meũ ⁊ velut nubes ꝑtrãsijt sa-
lus mea. Nũc aũt in memetipo marces
sit aĩa mea ⁊ possidẽt me dies afflictõis.
Nocte os meũ ꝑforat̃ doloribꝫ· et q̃ me
comedũt nõ dormiũt. In multitudine
eoꝝ ꝯsumit̃ vestimentũ meũ· ⁊ q̃si capi-
tio tunice succinxerũt me. Cõpatus suꝫ
luto·⁊ assimilat⁹ sũ fauille et cineri. Cla
mo ad te ⁊ nõ exaudis me: sto ⁊ nõ respi
cis me. Mutatus es mihi in crudelẽ·et
in duritia man⁹ tue adũsaris mihi. Ele
uasti me ⁊ quasi sup ventũ ponẽs elisisti
me valide. Scio quia morti trades me:
vbi cõstituta est dom⁹ omĩ viuenti. Ve
runtñ nõ ad cõsumptionẽ eoꝝ emittis
manũ tuã ⁊ si corruerint ipe saluab̃. Fle
bã quondã sup eo qui afflictus erat· et
cõpatiebat̃ aĩa mea paupi. Expectabam
bona·⁊ venerũt mihi mala: ꝑstolabar lu
cem·⁊ eruperũt tenebre Interiora mea
efferbuerũt absq̃ vlla requie ꝑuenerũt
me dies afflictõis. Merẽs incedebaꝫ: si
ne furore consurgẽs·in turba clamabã.
Frater fui draconũ ⁊ socius strutionuꝫ
Cutis mea denigrata est sup me· ⁊ ossa
mea aruerunt pre caumate. Versa ẽ in
luctum cithara mea·et organum meuꝫ
in vocem flentium.

XXXI

Pepigi fedus cũ oculis meis: vt
ne cogitarẽ quidem de virgine
Quã enĩ ꝑtẽ haberet in me de⁹
desup·⁊ hereditatẽ oĩpotens de excelsis?
Nũquid nõ ꝑditio ẽ iniquo: ⁊ alienatio
opantibꝫ iniustitiã? Nõne ipe ꝯsiderat
vias meas. et cũctos gressus meos di-
numerat? Si ambulaui in vanitate et
festinauit ĩ dolo pes me⁹: appẽdat me in
stateta iusta: ⁊ sciat deus simplicitatem
meã. Si declinauit gressus me⁹ de via·
et si secutus est oculus meus cor meũ·
et si in manibꝫ meis adhesit macula· se-
ram et alius comedat · et ꝓgenies mea
eradicet̃. Si deceptũ est cor meum sup
muliere: ⁊ si ad ostiũ amici mei insidia-
tus sum: scortũ alterius sit vxor mea·⁊
sup illã incuruent̃ alij. Hoc·n·nephas
est et iniquitas maxima ignis vsq̃ ad ꝑ
ditionẽ deuorans·⁊ oĩa eradicãs genimi
na. Si cõtempsi subire iudiciũ cũ ꝑuo
meo ⁊ ancilla mea·cũ disceptarẽt aduer
sũ me. Quid·n·faciã cũ surrexerit ad iu
dicandũ deus·et cũ quesierit·quid rñde
bo illi? Nũquid nõ in vtero fecit me qui
et illũ opatus ẽ·et formauit me in vul-
ua vnus? Si negaui q̃d volebãt paupe
ribus·⁊ oculos vidue expectare feci Si
comedi buccellã meã solus·et nõ come
dit pupill⁹ ex ea? Quia ab infantia mea
creuit mecũ miseratio·⁊ de vtero matris
mee egressa est mecũ. Si despexi ꝑtere-
untẽ eo ꝙ nõ habuerit indumentuꝫ·et
absq̃ operimẽto pauperẽ? Si nõ bñdi-
xerũt mihi latera eius: et de velleribus
ouium meaꝝ calefactus est? Si leuaui
sup pupillũ manũ meã etiã cũ viderez
me in porta superiorẽ: humerus meus
a iũctura sua cadat. et brachiũ meũ cuꝫ
suis ossibus cõfringat̃. Semp enĩ qua
si tumẽtes sup me fluctus timui deũ·et
põdus eius ferre nõ potui. Si putaui
aurũ robur meuꝫ: et obriço dixi fiducia
mea. Si letatus suꝫ super multis diui-
tijs meis·⁊ quia plurima reperit man⁹
mea. Si vidi solem cum fulgeret·⁊ lu-
nã incẽdentẽ clare·et letatũ est in abscõ
dito cor meũ: et osculatus sum manuꝫ
meã ore meo·que est iniquitas maxima
et negatio contra deum altissimuꝫ? Si
gauisus sum ad ruinã eius qui me ode-
rat: et exultaui ꝙ inuenisset eum malũ?
Non enim dedi ad peccandum guttur

meum vt expeterē maledicēs aīaz eius
Si nō dixerūt viri tabernaculi mei: q̄s
det de carnibz eius vt saturemur. Foris
nō mānsit pegrin⁹: ostiū meū viatori pa
tuit. Si abscondi quasi homo peccatuz
meum: et celaui in sinu meo iniquitatē
meā? Si expaui ad multitudinē nimiā
et despectio ꝓpinquorū terruit me. ⁊ nō
magis tacui. nec egressus sum ostium?
Quis mihi tribuat adiutorē vt deside
riū meū audiat oīpotēs. ⁊ librum scribat
ipe qui iudicat: vt in humero meo por
tez illū. et circūdem illū quasi coronam
mihi? Per singulos gradus meos pro
nūciabo illū: et quasi principi offerā eum
Si aduersum me terra mea clamat: et
cū ipa sulci eius deflent. Si fructⁿ eius
comedi absq; pecunia. et animā agrico
larū eius afflixi: ꝓ frumēto oriat mihi
tribul⁹ ⁊ ꝓ hordea spina.

XXXII

Quiescūt aūt tres viri isti rīde
re iob: eo q̄ iustus sibi videret.
Et iratus īdignatusq; est heliu
filius barachel buzites d̄ cognatōe ram
Iratus est aūt aduersum iob eo q̄ iustū
se esse diceret coram deo. Porro aduersum
amicos eius indignatus est eo q̄ nō in
uenissent responsionē rationabilē: sed tā
tūmodo condēnasset iob. Igit heliu ex
pectauit iob loquentē: eo q̄ seniores es
sent qui loquebant. Cum aūt vidisset q̄
tres rīdere nō potuissent: iratus est ve
hemēter. Rīdensq; heliu filius barachel
buzites dixit: Junior sum tpe: vos aūt
antiquiores. Idcirco dimisso capite ve
ritus sum vob indicare meā sniam. Spe
rabam enī q̄ etas plurior loqret. et ānor
mltitudo doceret sapiam. Sz vt video
spūs est in hoīb. et inspiratio oīpotētis
dat intelligētiā. Nō sunt lōgeui sapien
tes: nec seues intelligūt iudiciū. Ideo
dicā. audite me: ostendaz vobis etiā ego
meā sapientiam. Expectaui enī sermo
nes vros: audiui prudentiā vestrā. Do
nec discepteremini sermonibz vris. et
donec putabā vos aliquid dicere cōside
rabam. Sed vt video nō est qui possit
arguere iob. et respōdere et vobis fmo
nibus eius. Ne forte dicatis: inuenim⁹
sapientiam deus proiecit eum non ho
mo. Nihil locutus est mihi. et ego non
fm sermones vros rīdebo illi. Extimu
erunt. nec responderunt vltra: abstule
runtq; a se eloquium. Quoniā igit ex
pectaui et nō sunt locuti: steterunt. nec
respōderunt vltra: rīdebo et ego partez
meā. et ostendā scientiā meā. Plenus
sum enī sermonibz. ⁊ coartat me spirit⁹
uteri mei. En uenter meus q̄si mustuz
absq; spiraculo. q̄d lagunculas nouas
dirūpit. Loq̄r et respirabo paululū: ape
riā labia mea ⁊ rīdebo. Non accipiā pso
naz viri. et deū hominī nō equabo. Nescio
enī q̄diu subsistā: et si post modicū tol
lat me factor meus.

XXXIII

Audi igit iob eloquia mea: ⁊ oēs
sermones meos ausculta. Ec
ce aperui os meū loquat lingua
mea in faucibus meis. Simplici corde
meo sermones mei: et sententiaz labia
mea purā loquētur. Spiritus dei fecit
me et spiraculum omnipotētis viuifi
cauit me. Si potes respōde mihi. et ad
uersus faciem meā consiste. Ecce et me
sicut et te fecit deus: ⁊ de eodē luto ego q̄z
formatus sum. Verunt̄ miraculū me
um nō te terreat. et eloquētia mea non
sit tibi grauis. Dixisti ergo in auribus
meis. ⁊ vocē verbor tuor audiui. Iūd⁹
sum ego ⁊ absq; delicto: īmaculatus. et
nō est iniquitas in me. Quia q̄relas in
me repperit. ideo arbitrat⁹ est me inimi
cum sibi. Posuit in neruo pedes meos
custodiuit oēs semitas meas. Hoc est q̄
in quo nō es iustificatus. Respōdebo ti
bi: q̄r maior sit deus homīe. Adūsus euz
contendis: q̄ non ad omīa vba rīderit
tibi. Semel loquitur deus. et secundo
idipsum non repetit. Per somnium in
visione nocturna: quando irruit sopor
super homines: et dormiunt in lectulo:
Tunc aperit aures virorū ⁊ erudiēs eos
instruit disciplina: vt auertat hoīem ab
his que fecit. ⁊ liberet eū de supbia: eru
diēs aīaz eius a corruptioue et vitā illi
us vt nō transeat in gladiū. Increpat

q̄z p dolorē in lectulo·et oīa ossa ei⁹ mar
cescere facit. Abominabilis ei fit in vita
sua panis·et aīe illius cib⁹ ante desidera
bilis. Tabescet caro eius· et ossa q̄ tecta
fuerāt nudabunt̄. Appropinq̄bit corru-
ptioni aīa eius·⁊ vita illius mortiferis
Si fuerit pro eo angelus loquēs vnus
de milib⁹ vt annūciet hoīs equitatē: mi-
serebit̄ eius·et dicet: Libera eū vt nō de
scendat in corruptionē. Inueni in quo
ei ꝓpitier. Cōsumpta ē caro eius a sup-
plitijs: reuertat̄ ad dies adolescētie sue
Deprecabit̄ deū et placabilis ei erit· et
videbit faciē eius in iubilo: ⁊ reddet ho
mini iustitiā suā. Respiciet hoīes: et di-
cet: Peccaui ⁊ vere deliqui. ⁊ vt eram di
gnus nō recepi. Liberauit aīaz suā ne p
geret in interitū: sed viuēs lucē videret
Ecce hec oīa opat̄ de⁹ trib⁹ vicib⁹ per sin
gulos: vt reuocet animas eorū a corru-
ptione·et illuminet luce viuentiū. At-
tende iob et audi me·et tace dū ego lo-
quor. Si aūt habes q̄d loq̄ris·rn̄de mi-
hi. Loquere. Volo enī te apparere iustū
Quod si nō hēs: audi me: tace et docebo
te sapientiam. XXXIIII

PRonūcians itaq̄z heliu etiā hec
locutus est: Audite sapiētes ver
ba mea·⁊ eruditi auscultate me
Auris enī verba ꝓbat·⁊ guttur escas gu
stu diiudicat. Iudiciū eligamus nobis
et inter nos videamus quid sit melius
Quia dixit iob. iustus sum: ⁊ deus subu
tit iudiciū meum. In iudicando·n· me
mēdaciū est: violenta sagitta mea absq̄z
vllo peccato. Quis est vir vt est iob qui
bibit subsannatōez quasi aquā: qui gra-
dit̄ cū opantib⁹ iniquitatē· et ambulat
cum viris impijs? Dixit enim: Nō pla-
cebit vir deo: etiā si cucurrerit cū eo. Iō
viri cordati audite me: Absit a deo īpie-
tas: ⁊ ab oīpotēte iniq̄tas. Opus enim
hoīs reddet ei: ⁊ iuxta vias singulor̄ re-
stituet eis. Vere enī deus nō cōdemna
bit frustra: nec oīpotens subuertet iudi
ciū. Quē ꝯstituit aliū sup terrā: aut quē
posuit sup orbē quē fabricat⁹ est? Si di-
rexerit ad eū cor suū spūm illi⁹ ⁊ flatum
ad se trahet. Deficiet oīs caro simul et
hō in cinerē reuertet̄. Si habes ḡ intel
lectū audi q̄d dicit̄·et ausculta vocē elo
quij mei. Nūquid qui nō amat iudiciuz
sanari pōt? Et quō tu eū qui iustus est
intantū condēnas? Qui dicit regi·apo
stata: qui vocat duces impios. Qui nō
accipit personas principū: nec cognouit
tyrannū cū disceptaret cōtra pauperez.
Opus enim manuū eius sunt vniuersi
Subito morient̄ ⁊ in media nocte tur
babunt̄ ꝓpl'i·et ꝑtransibūt et auferent
violentū absq̄z manu. Oculi enī ei⁹ su-
per vias hoīm·et oēs gressus eorū cōsi-
derat. Nō sunt tenebre. ⁊ nō est vmbra
mortis: vt abscondāt̄ ibi qui opant̄ ini-
quitatem: Neq̄z enī vltra in hoīs ptāte
est: vt veniat ad deū in iudiciū. Cōteret
multos innumerabiles· et stare faciet
alios ꝓ eis. Nouit enī opa eorū·et idcir
co inducet noctē·⁊ cōterent̄. Quasi im
pios ꝑcussit eos in loco videntiū. Qui
quasi de industria recesserūt ab eo·⁊ om
nes vias eius intelligere noluerūt: vt
ꝑuenire facerēt ad eū clamorē egeni· et
audiret vocē pauperū. Ipo enī cōceden
te pacē: quis est qui condēnet? Ex q̄ ab-
scōderit vultū: quis est q̄ contēplet̄ eū?
Et sup gentes·⁊ sup oēs homīes. Qui
regnare facit hominē hypocritā: ꝓpt̄ pec-
cata ꝓpl'i. Quia ḡ ego locut⁹ sū ad deū: te
q̄z non ꝓhibebo. Si erraui tu doce me.
Si iniquitatē locutus suz vltra nō ad-
dam. Nūquid a te deus expetit eā: q̄z di-
splicuit tibi? Tu eniz cepisti loqui·et nō
ego. Q̄ si quid nosti melius· loquere?
Viri intelligētes loquant̄ mihi: et vir
sapiēs audiat me. Iob aūt stulte locu-
tus est·⁊ verba illius nō sonant discipli
nam. Pater mi. probet̄ iob vsq̄z ad finē
Ne desinas ab homīe iniquitatis: qui ad
didit sup peccata sua blasphemiam. In
ter nos interim constringat̄·et tunc ad
iudicium prouocet sermonib⁹ suis deū

IGitur heliu hec rur XXXV
sum locutus est. Nūquid equa
videtur tibi tua cogitatio: vt di
ceres iustior deo sum? Dixisti enī: Non

tibi placet quod rectū est: vel quid tibi proderit si ego peccauero? Itaq; ego respōdebo sermonibus tuis. et amicis tuis tecū. Huspice celū et intuere. et contēplare etheria q altior te sit. Si peccauerīs quid ei nocebis? Et si multiplicate fuerint iniquitates tue: quid facies contra eum? Porro si iuste egeris quid donabis ei: aut quid de manu tua accipiet? Homini qui similis tui est nocebit impietas tua. et filiū hominis adiuuabit iustitia tua. Propter multitudinem calumniatorū clamabunt et eiulabunt ppter vim brachij tyrannorū. Et nō dixit vbi est deus qui fecit me: qui dedit carmina in nocte. Qui docet nos sup iumēta terre. et sup volucres celi erudit nos. Ibi clamabūt. et nō exaudiet ppter superbiaz malorū. Nō ḡ frustra audiet deus. et oīpotens causas singulorū intuebit. Etiā cū dixeris. nō cōsiderat: iudicare coram illo. et expecta eū. Nunc enī nō infert furorē suum. nec vlciscitur scelus valde. Ergo iob frustra aperit os suum. et absq; scientia verba multiplicat.

XXXVI

Adens aūt heliu hec locutus est. Sustine me paululū. et indicabo tibi. Adhuc. n. habeo quod pro deo loquar. Repetam scientiā meā a principio. et operatorē meū probabo iustū. Vere enī absq; mēdacio sermones mei. et perfecta scientia probabitur tibi. Deus potentes non abiicit cuz ipse sit potens. nec non saluat impios. et iudicium pauperibus tribuit. Nō auferet a iusto oculos suos. et reges in solio collocat in perpetum. et illic erigunt. Et si fuerīt in catenis et vinciant funibus paupertatis iudicabit eis opa eorū et scelera eorū: qr violenti fuerunt: Reuelabit aūt aurē eorum vt corripiat. et loquet vt reuertāt ab iniq̄te. Si audierint et obseruauerint complebunt dies suos in bono. et ānos suos in gloria. Si aūt non audierint: trāsibunt p gladium. et consument in stultitia. Simulatores et callidi prouocāt iram dei: nec; clamabūt cum vincti fuerint. Morietur in tempestate anima eorum. et vita eorū inter effeminatos. Eripiet de angustia sua pauperē. et reuelabit in tribulatiōe aurē eius. Igit̄ saluabit te de ore angusto latissime et nō habēte fundamentū subter se. Requies autem mense tue erit plena pinguedine. Causa tua quasi impij iudicata est: causaz iudiciumq; recipies. Non te ergo superet ira vt aliquē oppримas: nec multitudo donorū inclinet te. Depone magnitudinem tuam absq; tribulatione et oēs robustos fortitudine. Ne ptrahas noctē: vt ascēdant pplī p eis. Caue ne declines ad iniquitatē. Hanc. n. cepisti sequi post miseriā. Ecce deus excelsus in fortitudine sua et nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari vias ei⁹: aut quis audet ei dicere. opatus es iniquitatem? Memēto q ignores opus ei⁹ de quo cecinerūt viri. Oēs homines vidēt eū vnusquisq; intuet procul. Ecce deus magnus vincēs sciam nostrā. Numer⁹ annor eius inestimabilis. Qui aufert stillas pluuie. et effundit imbres adinstar gurgitum qui de nubibus fluūt: que pterūt cūcta desup. Si voluerit extēdere nubes q̄si tentoriū suū. et fulgurare luce suo desup: cardines aūt maris opiet. Per hec enim iudicat pplos. et dat escas multis mortalibus. In manibus abscōdit lucē et precipit ei vt rursus adueniat. Annūciat de ea amico suo q possessio eius sit. et ad eā possit ascēdere.

XXXVII

Sup hoc expauit cor meū: et emotum est de loco suo. Audiet audi tionē in terrore vocis eius et sonum de ore illius procedentē. Subter omnes celos ipe considerat. et lumē illius super terminos terre. Post eum rugiet sonitus: tonabit voce magnitudinis sue et nō inuestigabit cū audita fuerit vox eius. Tonabit deus in voce sua mirabiliter: qui facit magna et inscrutabilia. Qui pcipit niui vt descēdat in terram: et hyemis pluuijs et imbri fortitudinis sue. Qui in manu oīm hominuz signat: vt nouerint singuli opa sua. Ingredietur bestia latibulū suum et in an

tro suo morabit. Ab interioribꝫ egredie
tur tempestas: et ab arcturo frigus: flan
te deo cōcrescit gelu. et rursuꝫ latissime
fundunt aque. Frumentū desiderat nu
bes. et nubes spargūt lumen suuꝫ. Que
lustrant cūcta ꝓ circuitū quocūqꝫ eas vo
lūtas gubernātis duxerit ad oē qđ pre
cepit illis sup faciē orbis terrarū: siue in
vna tribu. siue in terra sua. siue in q̄cun
qꝫ loco misericordie sue eas iusserit īue
niri. Ausculta hec iob: sta et cōsidera mi
rabilia dei. Nūquid scis qñ ꝓcepit deus
pluuijs vt oñderet lucē nubiū ei⁹? Nū
quid nosti semitas nubium magnas et
perfectas scientias? Nonne vestimenta
tua calida sunt cū pflata fuerit terra au
stro? Tu forsitan cū eo fabricatus es ce
los: q̄ solidissimi quasi ere fusi sunt. Oñ
de nobis quid dicam⁹ illi. Nos quippe
inuoluimur tenebr̄. Quis narrabit ei
q̄ loquor? Etiā si locutus fuerit. homo
deuorabit. at nūc nō videret lucez. Nu
bito aer coget in nubes. et ventus transi
ens fugabit eas. Ab aquilone aurꝫ venit
et a deo formidolosa laudatio. Digne eū
inuenire nō possumus. Magnus fortī
tudine et iudicio et iustitia. et enarrari
non potest. Ideo timebūt eum viri et
non audebūt contēplari oēs qui sibi vi
dentur esse sapientes. CAPUT XXXVIII

REspondēs aūt dñs iob de turbi
ne dixit: Quis est iste involuēs
sñias sermonibꝫ īperitis? Accin
ge sicut vir lūbos tuos: interrogabo te. et
rñde mihi. Ubi eras qñ ponebā funda
mēta terre? Indica mihi si hēs intelli
gentiā. Quis posuit mēsuras eius si no
sti: vel quis tetēdit sup eā lineam? Su
per quo bases illius solidate sunt? Aut
quis demisit lapidē angularē eius cum
me laudarent simul astra matutina. et
iubilarēt oēs filij dei? Quis pclusit osti
is mare qñ erūpebat q̄si de vulua proce
dēs: cū ponerē nubē vestimētū ei⁹. et cali
gine illud q̄si pānis infantie obuoluerē
Circūdedi illud terminis meis. et posui
vectē et ostia. et dixi: Usqꝫ huc venies. et
nō pcedes ampli⁹. et hic cōfringes tumē
tes fluctus tuos. Nūquid post ortū tuū
ꝓcepisti diluculo. et oñdisti aurore locuꝫ
suū. et tenuisti cōcutiens extrema terre
excussisti impios ex ea? Restituet vt lu
tū signaculū. et stabit sicut vestimentū.
Auferet ab impijs lux sua. et brachiuꝫ ex
celsuꝫ cōfringet. Nūquid ingressus es ꝓ
fundū maris. et in nouissimis abyssi de
ambulasti? Nūquid apte sunt tibi porte
mortis. et ostia tenebrosa vidisti? Nun
quid cōsideraſti latitudinē terre? Indi
ca mihi si nosti oīa in qua via lux habi
tet. et tenebrarū quis locus sit: vt ducas
vnūquodqꝫ ad terminos suos. et intel
ligas semitas domus ei⁹. Sciebas tūc
q̄ nasciturus esses. et numerꝫ dierū tuo
rū noueras? Nunquid ingressus es the
sauros niuis. aut thesauros grandinis
aspexisti: q̄ ꝓparaui in tps hostis in diez
pugne. et belli? Per quā viā spargit lux:
diuidit estus sup terrā. Quis dedit vbi
mentissimo imbri cursuꝫ. et viā sonātis
tonitrui: vt plueret sup terrā absqꝫ hoie
in deserto vbi nullus mortaliū cōmora
tur vt impleret inuiā et desolatā. et pro
duceret herbas virētes? Quis est plu
uie pater: vel quis genuit stillas roris?
De cuius vtero egressa ē glacies? et gelu
de celo quis genuit? In similitudinē la
pidis aque durant. et superficies abyssi cō
stringit. Nūquid coniūgere valebis mi
cantes stellas pliades aut gyrū arcturi
poteris dissipare? Nūquid ꝓducis luci
ferū in tpe suo. et vesperū sup fines ter
re cōsurgere facis? Nūquid nosti ordinē
celi. et pones ratōez ei⁹ in terra? Nūquid
eleuabis in nebula vocē tuā. et impetus
aquarū opiet te? Nūquid mittes fulgu
ra et ibūt: et reuertētia dicent tibi: adsu
mus? Quis posuit in visceribꝫ hois sa
pientiā: vel q̄s dedit gallo intellgentiā?
Quis enarrabit celorū rationē. et cōcen
tum celi q̄s dormire faciet? Qñ funda
bat puluis in terra. et glebe cōpingebā
tur? Nūquid capies leene predā. et aiaꝫ
catulorum eius implebis: qñ cubant in
antr̄. et in specubꝫ insidiant? Quis ꝓpa
rat coruo escā suam: quando pulli eius

clamant ad deum vagientes eo ꝙ non habeant cibos?

XXXIX

Nunquid nosti tp̄s partus ibicū in petris: vel parturientes ceruas obſuasti? Dinumerasti mēses concept⁹ eaꝝ. ⁊ scisti tēpus part⁹ eaꝝ Incuruant̄ ad fetū ⁊ pariūt et rugitus emittunt. Separant̄ filij earum: ⁊ pergūt ad pastuz: egrediunt̄ et nō reuertent̄ ad eas. Quis dimisit onagꝝ liberuz et vincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domū. et tabernacula ei⁹ in terra salsuginis? Contēnit multitudinē ciuitatis: clamorē exactoris nō audit. Circūspicit mōtes pascue sue. ⁊ virētia queꝫ ꝑquirit. Nunquid volet rhinoceros seruire tibi. aut morabit̄ ad p̄sepe tuuz? Nūquid alligabis rhinocerotā ad arandum loro tuo. aut cōfringet glebos valliuz post te? Nūquid fiduciā habebis in magna fortitudine eius. ⁊ derelinq̄s ei labores tuos? Nūquid credes illi qm̄ sementē reddet tibi. ⁊ areā tuā cōgreget? Pēna strutionis similis est pēnis herodij et accipitr̄. Qn̄ derelinquit oua sua in t̄ra tu forsitā ī puluere calefacies ea? Obliuiscit̄ ꝙ pes ꝯculcet ea: aut bestia agri cōterat: Duratur ad filios suos q̄si nō sint sui: frustra laborauit nullo timore cogēte. Priuauit enī eaz de⁹ sapiētia nec dedit illi intelligētiā. Cū tēpus fuerit in altū alas erigit: deridet equum et ascensorē eius Nūquid p̄bebis equo fortitudinē: aut circūdabis collo eius hinnitū? Nūquid suscitabis eū quasi locustas? Gloria nariū eius terror: terrā vngula fodit. Exultat audacter: in occursū pergit armatis. Cōtemnit pauorē: nec cedit gladio. Sup̄ ip̄m sonabit pharetra: vibrabit hasta ⁊ clypeus. Feruens ⁊ fremēs sorbet terrā: nec reputat tube sonare clangorē. Ubi audierit buccinā. dicit vah ꝓcul odorat̄ bellū exhortatōz ducuz. ⁊ vlulatū exercitus. Nūquid per sapientiā tuā plumescit accipiter: expandēs alas suas ad austrū? Nunq̄d ad p̄ceptū tuū eleuabit̄ aquila: et in arduis ponet nidū suū? In petris manet: in p̄ruptis silicib⁹ cōmoratur: atqꝫ ī accessis rupibus. Inde cōtemplat̄ escā. et delōge oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambūt sanguinē: et vbicunqꝫ cadauer fuerit: statim adest. Et adiecit dn̄s. et locutus ē ad iob: Nunquid qui contēdit cuz deo: tam facile cōquiescit? Utiqꝫ q̄ arguit deū debet et rn̄dere ei. Rn̄dens autez iob dn̄o. dixit: Qui leuiter locutus suz respondere quid possum? Manū meam ponā sup̄ os meū. Unū locutus suz. qd̄ vtinā non dixissem. et alterum quibus vltra non addam.

XL

Respondēs aūt dn̄s iob de turbine dixit. Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te ⁊ indica mihi Nunquid irritū facies iudiciuz meū et coudēnabis me vt iustificeris? Et si habes brachiū sicut deus ⁊ voce simili tonas: circūda tibi decorē et in sublime erigere. et esto gloriosus. et speciosis induere vestib⁹. Disp̄ge sup̄bos in furore tuo: ⁊ cōfunde eos: ⁊ respiciēs oēm arrogantē humilia. Respice cūctos sup̄bos et cōfunde eos. et cōtere impios in loco suo. Abscōde eos in puluere simul et facies eoꝝ demerge ī foueā. et ego cōfitebor ꝙ saluare te possit dextera tua Ecce behemoth quē feci tecū: fenum quasi bos comedet. Fortitudo eius in lūbis eius. et virtus illius in vmbilico vētris eius. Stringit caudā suā quasi cedruz nerui testiculorū eius ꝑplexi sunt Ossa eius velut fistule eris: cartilago illi⁹ q̄si lamine ferree. Ip̄e est principiū viaruz dei. Qui fecit eū applicabit gladiū eius: huic mōtes herbas fert̄. Oēs bestie agri ludent ibi. sub vmbra dormit in secreto calami in locis humētib⁹. Protegunt vmbre vmbrā eius circūdabunt eū salices torrētis. Ecce absorbebit fluuiuz: et nō mirabit̄. et habet fiduciam ꝙ influat iordanis in os eius. In oculis eius q̄si hamo capiet eū. ⁊ in sudib⁹ ꝑforabit nares eius. An extrahere poteris leuiathā hamo. et fune ligabis linguā eius? Nūquid pones circuluz in narib⁹ eius. aut armilla ꝑforabis maxillā eius? Nūquid

multiplicabit ad te ꝓces aut loquet tibi mollia? Nūquid feriet tecū pactū. et accipies eū seruū sempiternū? Nūquid illudes ei quasi aui: aut ligabis euz ancillis tuis? Concident eum amici: diuidēt illum negociatores. Nūquid implebis sagenas pelle eius. et gurgustiū piscium capite illius? Pones sup eū manū tuā Memento belli. nec vltra addas loqui. Ecce spes eius frustrabit eum: et videntibus cunctis ꝓcipitabitur.

XLI

Non quasi crudelis suscitabo eū Quis. n. resistere potest vultui meo. et quis ante dedit mihi vt reddā ei? Omia que sub celo sunt. mea sunt. Nō parcā ei verbis potentibꝫ. et ad depcandū cōpositis. Quis reuelabit faciem induméti eius. et in mediū oris eius quis intrabit? Portas vultus eius quis aperiet? Per gyrum dentiū eius formido corpus illius q̄si scuta fusilia. compactū squamis se premētibꝫ. Una vni coniungit. et ne spiraculū quidē incedit per eas. Una alteri adhęrebit. et tenentes se nequaq̄ sepabunt. Sternutatio eius splendor ignis: et oculi eius vt palpebre diluculi De ore eius lampades ꝓcedūt sicut tede ignis accense. de naribꝫ eius ꝓcedit fumus sicut olle succense atq̄ feruentis. Halitus eius prunas ardere facit et flāma de ore eius egredit. In collo eius morabit fortitudo. et faciem eius ꝓcedit egestas. Membra carniū eius cohęrētia sibi. Mittet cōtra eū fulmia. et ad locum alium nō ferent. Cor eius indurabitur tanq̄ lapis: et stringet quasi malleatoris incus. Cū sublatus fuerit. timebūt angeli. et territi purgabunt. Cū apprehenderit eū gladius subsistere nō poterit neq̄ hasta neq̄ torax Reputabit enī quasi paleas ferrū. et quasi lignū putridū es. Non fugabit eū vir sagittarius: in stipulam versi sunt ei lapides funde. Quasi stipulam estimabit malleū. et deridebit vibrantem hastā. Sub ipo erunt radij solis. et sternet sibi aurū quasi lutum. Feruescere faciet quasi ollam ꝓfunduz maris. et ponet quasi cū vnguenta bulliunt. Post eū lucebit semita: estimabit abyssum quasi senescentem. Non est super terrā potestas que comparetur ei: q̄ factus est vt nullū timeret. Oīe sublime videt: ipe est rex super vniuersos filios superbie.

XLII

Respondens aūt iob dño. dixit: Scio quia oia potes. et nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat consiliū absq̄ sciētia? Ideo insipienter locutus sum. et que vltra moduz excedūt sciētiā meā. Audi et ego loq̄r. interrogabo te. et rīde mihi. Auditu auris audiui te. nunc aūt oculus meus videt te. Idcirco ipe me reprehendo. et ago penitentiā in fauilla et cinere. Postq̄ aūt locutus est dñs verba hec ad iob dixit ad eliphaz themanitē. Iratus est furor meus in te et in duos amicos tuos: q̄m nō estis locuti coram me rectū sicut seruus meus iob. Sumite ergo vobis septez tauros et septē arietes: et ite ad seruū meuz iob: et offerte holocaustū ꝓ vobis. Job aūt seruus meus orabit ꝓ vobis. faciez eius suscipiā: vt nō vob imputet stultitia. Neq̄ enim locuti estis coram me rectū sicut seruus meus iob. Abierūt ergo eliphas themanites et baldath suites et sophar naamathites et fecerūt sic locutus fuerat dñs ad eos: et suscepit dominus faciez iob. Dñs quoq̄ conuersus ē ad penitentiā iob. cū oraret ille pro amicis suis. Et addidit dñs oia quecūq̄ fuerāt iob duplicia. Venerūt aūt ad euz oēs fratres sui et vniuerse sorores sue et cuncti qui nouerāt eū prius. et comederunt cū eo panē in domo eius. Et mouerūt super eū caput et consolati sunt eum super omi malo q̄ intulerat dñs super eū. et dederunt ei vnusquisq̄ ouē vnā et inaurē aureā vnam. Dñs autē bñdixit nouissimis iob magis q̄ principio eius. Et facta sūt ei quattuordecim milia ouiū. et sex milia camelorū. et mille iuga boū: et mille asine. et fuerūt ei septē filij et tres filie. Et vocauit nomē vni die nomē secūde cassiā. et nomē tertie cornustibij. Nō sunt aūt inuēte mulie

res speciose sicut filie iob ī vniūsa terra. Deditq; eis pater suus hereditatē inter frēs eaꝝ. Vixit aūt iob post flagella hec centū q̄dragīta ānis ⁊ vidit filios suos et filios filiorum suorū vsq; ad quartaꝫ generationem · et mortuus est senex et plenus dierum.

Explicit liber iob. Incipit prolog⁹ bea Hieronymi presbyteri in psalterium

Psalterium rome duduꝫ positus emendaraꝫ ⁊ iuxta septuagīta interp̄tes licet cursim: magna tñ ex parte correxeram. Qđ qꝛ rursuꝫ videtis o paula ⁊ eustochium scriptorū vitio deprauatum · plusq; antiquum errorem q̄ꝫ nouam emendationem valere: me cogitis vt veluti quodam nouali · scissum iam aruum exerceam · et obliquis sulcis renascentes spinas eradicē equum esse dicētes · vt quod crebro male pululat · crebrius succidatur. Vnde consueta prefatione cōmoneo · tam vos quibus forte labor iste desudat · q̄ꝫ eos q̄ exēplaria istiusmodi habere voluerint: vt que diligenter emendaui · cum cura et diligentia transcribantur. Notet sibi vnusquisq; vel iacentem lineam. vel radiantia signa · id est obelos · vel astericos ⁊ vbicunq; viderit virgulā precedentē · ab ea vsq; ad duo puncta que impressimus · sciat in septuagīta trāslatoribus plus haberi: vbi aūt ꝑspexerit stelle similitudinē: de hebreis voluminibꝫ additu; nouerit eque vsq; ad duo puncta · iuxta theodotionis dūtaxat editionē: qui simplicitate sermonis a septuaginta interpretibus nō discordat. Hec g̊ et vobis ⁊ studioso cuiq; fecisse me sciens: nō ambigo multos fore · qui vel inuidia vel supercilio malint contēnere videri p̄clara q̄ꝫ discere · et de turbulento magis riuo q̄ꝫ de purissimo fonte potare.

Explicit prologus. Incipit liber Hymnorū vel soliloquioꝝ. Psalm⁹ dauid I

Beatus vir qui non abijt in cōcilio impiorū: ⁊ in via peccatorū nō stetit: ⁊ in cathedra pestilētie nō sedit. Sed in lege dñi volūtas ei⁹: ⁊ ī lege ei⁹ meditabit̄ die ac nocte. Et erit tanq̄ꝫ lignū qđ plātatū est secus decursus aquarū: qđ fructū suū dabit in tp̄e suo. Et foliū ei⁹ nō defluet: et oīa quecūq; faciet ꝓsperabuntur. Nō sic impij nō sic: sed tanq̄ꝫ puluis quē ꝓijcit vētus a facie terre. Ideo nō resurgunt impij in iudicio: neq; peccatores in consilio iustorū. Qm̄ nouit dñs viā iustorū: et iter impiorum peribit

Psalmus dauid II

Quare fremuerūt gētes: et ꝓpl'i meditati sunt inania. Astiterūt reges terre ⁊ principes cōuenerūt in vnū: aduersus dūm et aduersus christū eius. Dirūpamus vincula eoꝝ: et ꝓijciamus a nobis iugū ip̄oruꝫ. Qui habitat in celis irridebit eos: ⁊ dñs subsannabit eos. Tunc loqnet̄ ad eos ī ira sua · ⁊ in furore suo cōturbabit eos. Ego aūt ꝯstitutus suꝫ rex ab eo sup̄ sion mōtem sanctū eius: p̄dicās preceptū eius. Dñs dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me et dabo tibi gētes hereditatē tuā: ⁊ possessionē tuā termīos terre. Reges eos in virga ferrea ⁊ tanq̄ꝫ vas figuli cōfringes eos. Et nūc reges ītelligite: erudimini q̄ iudicatis terrā. Seruite dño in timore: ⁊ exultate ei cū tremore. Apprehēdite disciplinā: ne qñ irascat̄ dñs ⁊ pereat̄ de via iusta. Cū exarserit in breui ira ei⁹: beati oēs qui cōfidūt in eo. Psalm⁹ dauid cuꝫ fugeret a facie absalon filij sui. III

Domine quid multiplicate sūt qui tribulant me: multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt anime mee: nō est salus ipsi in deo eius. Tu autez dñe susceptor meus es: gloria mea et exaltans caput meuꝫ. Voce mea ad dominū clamaui: ⁊ exaudiuit

me de monte sancto suo. Ego dormiui & soporat' sum: & exurrexi qz dñs suscepit me. Nõ timebo milia ppli circũdãtis me: exurge dñe saluũ me fac deus me'. Quõm tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatoz cõtriuisti. Dñi est salus: et sup populũ tuum benedictio tua. In finem in carminibus. psalmus dauid. IIII

Cum inuocarem exaudiuit me deus iusticie mee: in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei et exaudi orationẽ meam. Filij hominũ usquequo graui corde: ut quid diligitis vanitatem et queritis mendacium? Et scitote quõm mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cũ clamauero ad eum. Irascimini et nolite peccare que dicitis in cordibus vestris: et in cubilibus vestris cõpũgimini. Sacrificate sacrificiũ iusticie & sperate in domino multi dicũt quis ostendit nobis bona. Signatũ est sup nos lumẽ vultus tui dñe dedisti leticiã in corde meo. A fructu frumẽti vini et olei sui: multiplicati sũt. In pace in idipsum: dormiã & requiescã. Quõm tu dñe singulariter in spe: cõstituisti me. In finem pro ea que hereditatem cõsequitur. psalmus dauid. V

Verba mea auribus percipe dñe: intellige clamorẽ meum. Intende voci oratõis mee: rex meus & deus meus. Quõm ad te orabo dñe: mane exaudies vocẽ meã. Mane astabo tibi & videbo: quõm nõ deus volens iniquitatez tu es. Nec habitabit iuxta te malignus nec permanebũt iusti ante oculos tuos. Odisti oẽs qui operant iniquitatẽ: perdes oẽs q loquunt' mendaciũ. Virũ sanguinũ & dolosus abominabit' dñs: ego aũt in multitudine misericordie tue. Introibo in domũ tuã: adorabo ad tẽplũ sanctũ tuum in timore tuo. Dñe deduc me in iustitia tua: ppter inimicos meos dirige in conspectu tuo viã meã. Quõm non est in ore eoz veritas: cor eoz vanũ est. Sepulcr patẽs ẽ guttur eoz: linguis suis dolose agebãt: iudica illos deus. Decidãt a cogitationibus suis: sm multitudinẽ impietatũ eorũ expelle eos: quõm irritauerunt te dñe. Et letent' omnes qui sperant in te: in eternũ exultabunt & habitabis in eis. Et gloriabunt' in te oẽs qui diligunt nomẽ tuum: quõm tu bẽdices iusto dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. In finez in carmibus p octaua. psalmus dauid. VI

Domine ne in furore tuo arguas me: neq in ira tua corripias me. Miserere mei dñe quõm infirmus sum: sana me dñe quoniam cõturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu dñe usquequo. Conuertere dñe et eripe animãmeã: saluum me fac pter misericordiam tuã. Quõm nõ est in morte q memor sit tui: in inferno aũt quis confitebit' tibi? Laboraui in gemitu meo: lauabo p singulas noctes lectũ meũ: lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Turbatus est a furore oculus meus iueteraui inter oẽs inimicos meos. Discedite a me oẽs qui operamini iniquitatem: quõm exaudiuit dñs vocẽ fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationem meam: dominus orationẽ meam suscepit. Erubescant et cõturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertentur et erubescant valde velociter. In finem psalmus dauid quẽ cantauit domino p verbis chusi filij gemini. VII

Domine deus meus in te speraui: saluũ me fac ex omnibus persequẽtibus me et libera me. Ne quando rapiat vt leo aiam meã: dũ non est qui redimat neq qui saluum faciat. Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidaz merito ab inimicis meis inanis. Persequat' inimicus aiaz meã et cõprehendat: et cõculcet in terra vitã meã: et gloriã meaz in puluerẽ deducat. Exurge dñe in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge dñe deus meus in pcepto quod mãdasti et synagoga popul circũdabit te. Et propter hanc, in altũ regredere: dñs iudicat

populos. Judica me dñe ꝑm iusticiam meā: et ꝑm innocentiā meā sup̄ me. Cōsumetur nequitia peccatoruꝫ: ⁊ diriges iustum scrutans corda et renes deꝰ. Justū adiutoriū meum a domino: qui saluos facit rectos corde Deus iudex iustꝰ fortis ⁊ patiens: nūquid irascet̄ p̄ singulos dies. Nisi cōuersi fueritis gladiū suum vibrabit: arcū suū tetēdit ⁊ parauit illū. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardētibꝫ effecit. Ecce parturit iniustitiā concepit dolorē et peperit iniq̄tatem. Lacū aperuit ⁊ effodit eum: et incidit in foueam quam fecit. Conuertet̄ dolor eius in caput eius: ⁊ in verticē ipsius iniquitas eius descendet. Cōfitebor dño ꝑm iusticiam eius: ⁊ psallam nomini dñi altissimi. In finem p̄ torcularibus psalmus dauid. VIII

Domine dñs noster: q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Qm̄ eleuata ē magnificētia tua sup̄ celos. Ex ore infantiū ⁊ lactētiū p̄fecisti laudeꝫ p̄pter inimicos tuos: vt destruas inimicū ⁊ vltorē. Qm̄ videbo celos tuos op̄a digitoꝝ tuoꝝ: lunā et stellas q̄ tu fundasti. Quid est hō q̄ memor es eiꝰ: aut filiꝰ hoīs qm̄ visitas eū? Minuisti eū paulominꝰ ab angelis gloria et honore coronasti eū et constituisti eum sup̄ op̄a manuū tuarū. Oīa subiecisti sub pedibꝫ eiꝰ: oues ⁊ boues vniuersas. insup̄ ⁊ pecora campi. Volucres celi ⁊ pisces maris: q̄ p̄ambulāt semitas maris. Dñe dñs noster: q̄ admirabile ē nomē tuū in vniuersa terra. In finem pro occultis filij. psalmus dauid. IX

Confitebor tibi dñe in toto corde meo: narrabo omīa mirabilia tua. Letabor ⁊ exultabo ī te: psallā noī tuo altissime In ꝯuertēdo inimicū meū retrorsū: infirmabūt̄ ⁊ peribūt a facie tua. Qm̄ fecisti iudiciū meū ⁊ cām meā: sedisti sup̄ thronū q̄ iudicas iusticiam. Increpasti gētes ⁊ perijt impiꝰ: nomē eoꝝ delesti in eternū: ⁊ in seculū seculi. Inimici defecerūt framee in finē: ⁊ ciuitates eoꝝ destruxisti. Perijt memoria eoꝝ cū sonitu: ⁊ dñs in eternū p̄manet Parauit in iudicio thronū suū ⁊ ip̄e iudicabit orbē terre in equitate: iudicabit p̄pl'os in iusticia. Et factꝰ ē dñs refugiū paup̄i: adiutor in oportunitatibꝫ ī tribulatōe. Et sperēt in te q̄ nouerūt nomen tuū: qm̄ nō dereliquisti querētes te dñe Psallite dño q̄ habitat in sion: annūciate inter gētes studia eiꝰ. Qm̄ requirens sanguinē eoꝝ recordatꝰ est: nō ē oblitus clamorē pauperꝝ. Miserere mei dñe: vide humilitatē meam de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis: vt annūciez oēs laudatōes tuas in port' filie sion. Exultabo in salutari tuo: infixe sūt gētes in īteritu quē fecerūt. In laqueo isto quē abscōderunt: comprehensus est pes eoꝝ. Cognoscet̄ dñs iudicia faciens in op̄ibꝫ manuū suaꝝ cōprehēsus ē peccator. Cōuertant̄ peccatores in infernū oēs gētes q̄ obliuiscunt̄ deū. Qm̄ nō in finē obliuio erit paup̄is: patientia pauperū nō p̄ibit in finē. Exurge dñe non cōfortet̄ hō. iudicent̄ gētes in cōspectu tuo. Cōstitue dñe legislatorē super eos vt sciāt gentes qm̄ hoīes sūt Ut q̄d dñe recessisti lōge: d'spicis in oportunitatibꝫ in tribulatione. Dū sup̄bit impius incendit̄ paup̄: comp̄hendunt̄ in consilijs quibus cogitant. Qm̄ laudat̄ peccator in desiderijs aīe sue: ⁊ iniquꝰ benedicit̄. Exacerbauit dñm peccator: ꝑm multitudinē ire sue nō queret. Nō est deus in conspectu eius: inq̄nate sunt vie illiꝰ in omī tp̄e. Auferūt̄ iudicia tua a facie eiꝰ oīm inimicoꝝ suorum dñabitur. Dixit enī in corde suo: nō mouebor a generatiōe in generationē sine malo. Cuiꝰ maledictōe os plenū est ⁊ amaritudīe ⁊ dolo: sublingua eius labor ⁊ dolor. Sedet in insidijs cū diuitibꝫ in occultis: vt interficiat innocentē. Oculi eius in pauperē respiciūt: insidiat̄ in abscōdito q̄si leo ī spelūca sua Insidiat̄ vt rapiat pauperē: rap̄e pauperē duꝫ attrahit eū. In laqueo suo humiliabit eū: inclinabit se et cadet cū dominatus fuerit pauperuꝫ Dixit enim in corde suo oblitꝰ est deus

auertit faciē suā ne videat in finē. Exurge dñe deus ⁊ exaltet manus tua: ne obliuiscaris pauperū. Propter quid irritauit impius deū: dixit enim in corde suo non requiret. Vides quoniā tu labores et dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor. Contere brachium peccatoris et maligni queretur peccatum illius et nō inuenietur. Dominus regnabit in eternum et in seculū seculi: pibitis gētes de terra illi⁹. Desiderium pauperū exaudiuit dñs: pparationē cordis eor audiuit auris tua. Judicare pupillo ⁊ humili: vt nō apponat vltra magnificare se homo super terram.

In finem psalmus dauid. IX

In dño confido quō dicitis aie mee: transmigra in mōtē sicut passer. Quōm ecce peccatores intenderunt arcū: parauerūt sagittas suas in pharetra: vt sagittēt in obscuro rectos corde. Quōm que pfecisti destruxerunt: iustus aūt quid fecit? Dñs in templo sancto suo: dñs in celo sedes ei⁹. Oculi ei⁹ in pauperem respiciunt: palpebre ei⁹ interrogant filios hominū. Dñs interrogat iustum et impiu: qui aūt diligit iniquitatē odit animā suā. Pluet sup peccatores laqueos: ignis et sulphur ⁊ spiritus procellarū pars calicis eor. Quōm iustus dñs et iustitias dilexit: equitatē vidit vultus eius.

In finem psalmus dauid pro octaua. XI

Saluū me fac dñe quōm defecit sanctus: quōm diminute sunt veritates a filijs hominū. Vana locuti sunt vnusquisq ad primū suū: labia dolosa in corde ⁊ corde locuti sunt. Disperdat dñs vniuersa labia dolosa: ⁊ linguā magniloquā. Qui dixerūt: linguā nr̄a magnificabim⁹: labia nr̄a a nobis sunt: quis noster dñs est? Propter miseriā inopū ⁊ gemitū pauper: nūc exurgā dicit dñs. Ponā in salutari: fiducialiter agā in eo. Eloquia dñi eloquia casta: argentū igne examinatū: probatū terre purgatū septuplū. Tu dñe seruabis nos ⁊ custodies nos: a generatōe hac in eternū. In circuitu impij ambulant: secundm altitudinē tuā multiplicasti filios hominum.

In finē psalmus dauid. XII

Usquequo dñe obliuiscēris me in finē: usquequo auertis faciē tuam a me? Quādiu ponā consilia in aīa mea: dolorē i corde meo p diē. Usquequo exaltabit inimicus meus sup me? respice et exaudi dñe de⁹ meus. Illumia oculos meos: ne vnquā obdormiā in morte: ne quā dicat inimicus meus pualui adūsus eum. Qui tribulāt me exultabūt si motus fuero: ego autē in misericordia tua speraui. Exultabit cor meū i salutari tuo: cātabo dño q bona tribuit mihi: ⁊ psallā nomi dñi altissimi.

In finē psalmus dauid. XIII

Misericordias dñi: in eternũ cantabo. In generatiõe t generationẽ:annunciabo veritatẽ tuam in ore meo. Quñ dixisti in eternũ misericordia edificabit in celis: preparabit veritas tua in eis. Disposui testamentum electis meis:iuraui dauid seruo meo vsqz in eternũ preparabo semẽ tuũ. Et edificabo in generatione t generationẽ:sedẽ tuam. Confitebunt celi mirabilia tua domine:etenim veritatẽ tuã in ecclesia scor Quñ quis in nubibus equabit dño: similis erit deo in filijs dei: Deus q glorificatur in cõsilio scor:magnus t terribil sup omnes qui in circuitu eius sunt. Dñe deus virtutũ quis sicut tu: potens es dñe t veritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potãti maris: motũ aũt fluctuum ei⁹ tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratũ superbũ:in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos. Tui sunt celi t tua est tra:orbem terre t plenitudinẽ ei⁹ tu fundasti:aquilonẽ t mare tu creasti. Thabor t hermon in nomine tuo exultabũt:tuum brachiũ cũ potentia. Firmetur manus tua t exaltet dextera tua: iusticia et

iudiciū preparatio sedis tue. Misericordia
⁊ veritas p̄cedent faciē tuā: beatus ppl's
qui scit iubilationē. Dn̄e in lumīe vul-
tus tui ambulabūt: ⁊ in noīe tuo exulta
bunt tota die: ⁊ in iusticia tua exaltabū
tur. Quoniā gl'a virtutis eoꝝ tu es: ⁊ ī
beneplacito tuo exaltabit̄ cornu nostrū.
Quia dn̄i est assumptio nr̄a: ⁊ sancti is-
rael regis nr̄i. Tūc locutus es in visiōe
sanctis tuis: ⁊ dixisti. posui adiutoriū in
potente: ⁊ exaltaui electuꝫ de plebe mea.
Inueni dauid seruū meuꝫ: oleo sancto
meo vnxi eū. Man⁹ enī mea auxiliabit̄
ei: ⁊ brachiuꝫ meū cōfirmabit eū. Nihil
ꝓficiet inimic⁹ in eo: ⁊ filius iniq̄tat⁹ nō
apponet nocere ei. Et cōcidaꝫ a facie ip̄i⁹
inimicos eius: ⁊ odientes eū in fugam
cōuertam. Et veritas mea et misericor-
dia mea cū ip̄o: ⁊ in noīe meo exaltabit̄
cornu eius. Et ponam in mari manum
eius: ⁊ ī fluminib⁹ dexterā ei⁹. Ip̄e inuo
cabit me pr̄ me⁹ es tu: deus me⁹ ⁊ susce-
ptor salut⁹ mee. Et ego prīogenituꝫ po-
nam illū: excelsum p̄ regib⁹ t̄re. In eter
nū seruabo illi misericordiā meā: ⁊ testa
mentū meū fidele ip̄i. Et ponā ī seculuꝫ
seculi semē ei⁹: ⁊ thronū ei⁹ sicut dies ce
li. Si aūt dereliq̄rint filij ei⁹ legē meaꝫ:
⁊ in iudicijs meis nō ambulauerīt. Si
iusticias meas ꝓphanauerint ⁊ manda
ta mea nō custodierint. Uisitabo in vir
ga iniq̄tates eorū: ⁊ in verberib⁹ peccata
eoꝝ. Misericordiā aūt meā nō dispgam
ab eo: neq̄ nocebo in v̄itate mea. Neq̄
ꝓphanabo testamētuꝫ meū: ⁊ q̄ ꝓcedunt
de labijs meis nō faciā irrita. Semel iu
raui ī scō meo si dauid mētiar: semē ei⁹
in eternuꝫ manebit. Et thron⁹ ei⁹ sicut
sol in ꝯspectu meo: ⁊ sicut luna ꝑfecta in
eternū. ⁊ testis in celo fidel'. Tu vero re
pulisti ⁊ despexisti: distulisti christū tuuꝫ.
Auertisti testamentū serui tui: ꝓphana
sti in terra sanctuariū eius. Destruxisti
oēs sepes eius: posuisti firmamētū eius
formidinē. Diripuerūt eū oēs transeū
tes viā: factus est opprobriū vicinis su-
is. Exaltasti dexterā deprimentiū eū: le-
tificasti oēs inimicos eius. Auertisti ad
iutoriuꝫ gladij eius: ⁊ nō es auxiliatus
ei in bello. Destruxisti eū ab emūdatiōe
⁊ sedem eius in terra collisisti. Minora
sti dies tp̄is eius: ꝑfudisti eū cōfusione
Usq̄quo dn̄e auertis ī fiuē: exardescet
sicut ignis ira tua? Memorare q̄ mea
sub̄a: nunq̄d enim vane cōstituisti om̄s
filios hoīm? Quis est hō qui viuet ⁊ nō
videbit mortē: eruet aīam suā de manu
inferi? Ubi sunt misericordie tue antiq̄
dn̄e: sicut iurasti dauid in veritate tua?
Memor esto dn̄e opprobrij seruoꝝ tuo-
rū: quod cōtinui in sinu meo multaruꝫ
gentiū. Quod exprobrauerunt inimici
tui dn̄e: quod exprobrauerūt cōmutati
onē christi tui. Bn̄dict⁹ dn̄s in eternuꝫ
fiat fiat. ¶ Oratio moysi hoīs dei.

LXXXIX

Domine refugi-
um factus es nobis: a genera-
tione in generationeꝫ. Priusq̄
montes fierent aut formaret̄ terra ⁊ or
bis a seculo: ⁊ in seculuꝫ tu es deus. Ne
auertas hoīem in hūilitatē: ⁊ dixisti con
uertimini filij hoīm. Quoniā mille āni
ante oculos tuos: tanq̄ dies hesterna q̄
preterijt. Et custodia in nocte: que ꝓ ni
hilo habent̄ eoꝝ anni erūt. Mane sicut
herba transeat: mane floreat ⁊ transeat:
vespere decidat induret ⁊ arescat. Quia
defecimus in ira tua ⁊ in furore tuo tur
bati sumus. Posuisti iniq̄tates nr̄as in
conspectu tuo: seculū nostrū in illumīa
tione vultus tui. Quoniā oēs dies no
stri defecerūt: ⁊ in ira tua defecimus. An
ni nr̄i sicut aranea meditabunt̄: dies an
noꝝ nr̄oꝝ in ip̄is septuaginta anni. Si
autē in potentatib⁹ octogīta anni: ⁊ am
plius eorū labor ⁊ dolor. Quoniā super-
uenit mansuetudo ⁊ corripiem̄. Quis
nouit ptātem ire tue: et pre timore tuo
irā tuā dinūerare? Dexterā tuaꝫ sic no-
tam fac: ⁊ eruditos corde ī sapiētia. Cō-
uertere dn̄e vsq̄q̄: et dep̄cabil' esto super
seruos tuos. Repleti sum⁹ mane mise-
ricordia tua: exultauimus ⁊ delectati su
m⁹ in oīb⁹ dieb⁹ nr̄is. Letati sum⁹ ꝓ die
bus quib⁹ nos hūiliasti: annis quibus
vidim⁹ mala. Respice in seruos tuos ⁊

in opa tua: ⁊ dirige filios eoꝝ. Et sit splē
dor dñi dei nr̄i sup nos: ⁊ opa manuum
nr̄aꝝ dirige sup nos: ⁊ opus manuū no
strarū dirige. Laus cantici ipsi dauid.

LXXXX

Qui habitat in ad
iutorio altissimi: in protectiōe
dei celi commorabit̄. Dicet do
mino susceptor meus es tu. ⁊ refugiuz
meum. deus me⁹ sperabo in eum. Qm̄
ipse liberabit me de laq̄o venantium: ⁊ a
verbo aspero. Scapulis suis obumbra
bit tibi: ⁊ sub pennis ei⁹ sperabis. Scu
to circūdabit te ꝟitas ei⁹: nō timeb̄ a ti
more nocturno. A sagitta volante in die
a negocio perambulāte in tenebris: ab ī
cursu ⁊ demonio meridiano. Cadēt a la
tere tuo mille: ⁊ decē milia a dextris tu
is: ad te aūt nō appropinquabit. Verū
tamē oculis tuis considerabis: ⁊ retri
butionez peccatoꝝ videbis. Qm̄ tu es
dñe spes mea: altissimum posuisti refu
gium tuum. Non accedet ad te malum
⁊ flagellum non appropinquabit taber
naculo tuo. Quoniā angelis suis man
dauit de te: vt custodiant te in oīhoviis
tuis. In manib⁹ portabūt te: ne forte of
fendas ad lapidē pedem tuū. Super as
pidē ⁊ basiliscū ambulabis: ⁊ ꝯculcabis
leonē ⁊ draconē. Qm̄ me in sp̄auit libe
rabo eū: ꝓtegam eū quoniā cog̃uit nom̄
meū. Clamauit ad me ⁊ ego exaudiā eū
cū ipso sum in tribulatione: eripiā eum
⁊ glorificabo eū. Longitudīe dieꝝ reple
bo eū: ⁊ oñdam illi salutare meum.

Psalmus cantici in die sabbati.

LXXXXI

Bonū est confite
ri dño: ⁊ psallere noī tuo altissi
me. Ad annunciandū mane mi
sericordiā tuā: ⁊ veritatē tuaz ꝑ noctem.
In decachordo psalterio: cū cātico in ci
thara. Quia delectasti me dñe in factu
ra tua ⁊ in operib⁹ manuū tuaꝝ exulta
bo. Quā magnificata sunt opa tua dñe
nimis profunde facte sunt cogitatiōes
tue. Vir insipiēs nō cognoscet: ⁊ stult⁹
nō intelliget hec. Cuz exorti fuerint pec
catores sicut fenū: ⁊ apparuerint omēs
qui operāt̄ iniq̄tatē. Vt intereāt in secu
lum seculi: tu autem altissimus in eter
nuz dñe. Qm̄ ecce inimici tui dñe: qm̄
ecce inimici tui peribūt: ⁊ dispgent̄ om
nes q̄ operant̄ iniq̄tatem. Et exaltabit̄
sicut vnicornis cornu meū: et senectus
mea in misericordia vberi. Et d̄spexit o
culus me⁹ inimicos meos ⁊ ab insurgē
tib⁹ in me malignātib⁹ audiet aur̄ mea
Just⁹ vt palma florebit sicut cedrus li
bani multiplicabit̄. Plantati in domo
dñi: in atrijs dom⁹ dei nostri florebunt.
Adhuc multiplicabunt̄ in senecta vbe
ri: ⁊ bene patiētes erunt vt annuncient
Quoniā rect⁹ dñs de⁹ noster: ⁊ non est
iniquitas in eo. Laus cātici dauid
in die ante sabbatum quando fundata
est terra.

LXXXXII

Domin⁹ regnauit decorez indu
tus est: indut⁹ est dñs fortitudi
nez ⁊ p̄cinxit se. Etenī firmauit
orbem terre: qui nō commouebit̄. Pa
rata sedes tua de⁹: extunc a seculo tu es
Eleuauerūt flumīa domine: eleuauer̄t
flumina vocem suam. Eleuauerūt flu
mina fluct⁹ suos: a vocib⁹ aq̄ꝝ multarū
Mirabiles elationes maris: mirabilis
in altis dñs. Testimonia tua credibilia
facta sunt nimis: domū tuam decet san
ctitudo dñe in longitudine dierum.

Psalm⁹ dauid quarto sabbati.

LXXXXIII

Deus vltionū
dñs: deus vltionuz libere egit.
Exaltare qui iudicas terraz: red
de retributionem sup̄bis. Vsq̄z q̄ pecca
tores dñe: vsq̄z q̄ peccatores gloriabunt̄?
Effabunt̄ ⁊ loquētur iniquitatē: loquē
tur omēs qui opant̄ iniusticiaz? Popu
lum tuū domīe hūiliauerūt. ⁊ heredita
tem tuaz vexauerūt. Viduam ⁊ aduenā
interfecerunt: ⁊ pupillos occiderūt. Et
dixerūt non videbit dñs: nec intelliget
de⁹ iacob. Intelligite insipiētes in ꝓplo
⁊ stulti aliq̄n sapite. Qui plantauit au
rem nō audiet aut qui finxit oculū non
considerat? Qui corripit gentes nō ar
guet: aut qui docet hoīem sciam domi
nus scit cogitationes hoīm: quoniā va
ne sunt. Beat⁹ homo quez tu erudieris

domīe: ⁊ de lege tua docueris eū. Ut mi
tiges ei a diebꝫ malis: donec fodiat̄ pec
catori fouea. Quia nō repellet dn̄s ple
bem suaꝫ: ⁊ hereditatem suā non dereli
quet. Quoadusq; iusticia ꝯuertat̄ in iu
diciū: ⁊ q̄ iuxta illam: oēs qui recto sunt
corde. Quis cōsurget mihi adūsus ma
lignātes: aut q̄s stabit mecuꝫ aduersus
operātes iniq̄tatem? Nisi qꝛ dn̄s adiu
uit me: paulominꝰ habitasset in inferno
aīa mea. Si dicebam motꝰ est pes meꝰ
misericordia tua domīe adiuuabat me.
Scd̄m multitudinē dolorum meoruꝫ
in corde meo: consolationes tue letifica
uerunt aīam meā. Nunquid adheret ti
bi sedes iniq̄tatis: q̄ fingis laborem in p̄
cepto? Captabant in aīaꝫ iusti: ⁊ sangui
nem innocētem cōdemnabunt. Et fa
ctus est mihi dominꝰ in refugiū ⁊ deus
meꝰ in adiutorium spei mee. Et reddet
illis iniquitatem ipsoꝝ: ⁊ in malitia eo
rum disperdet eos: disperdet illos dn̄s
deꝰ noster. ¶ Laus cantici ipsi dauid.

¶ LXXXXIIII

Venite exulte
mus domīo: iubilemꝰ deo salu
tari nostio. Preoccupemꝰ faciē
eius in confessione: ⁊ in psalmis iubile
mus ei. Qm̄ deꝰ magnus dn̄s: ⁊ rex ma
gnus sup̄ oēs deos: qm̄ nō repellit domi
nus plebē suaꝫ. Quia in manu eiꝰ sunt
oēs fines terre: ⁊ altitudīes montiū ip
sius sunt. Qm̄ ipsius est mare ⁊ ipse fe
cit illud ⁊ siccā manꝰ eius formauerūt:
Venite adoremꝰ ⁊ procidamus ⁊ plore
mus ante dn̄m q̄ fecit nos: qꝛ ipse est de
us noster. Et nos ꝓpl's pascue eius: ⁊ o
ues manꝰ eius. Hodie si vocem eiꝰ au
dieritis: nolite obdurare corda vestra.
Sicut in irritatiōe: ſm diē temptatio
nis in deserto. Ubi temptauerūt me pa
tres vestri: probauerūt ⁊ viderūt opera
mea. Quadraginta annis offensus fui
generationi illi: ⁊ dixi semper hi errant
corde. Et isti nō cognouerūt vias meas
vt iuraui in ira mea si introibūt in req̄
em meam. ¶ Psalmus dauid quā
do domus edificabatur post captiuita
tem. ¶ LXXXXV

Cantate dn̄o canticū nouū: can
tate dn̄o omīs terra. Cantate
dn̄o ⁊ bn̄dicite noī eius: annun
ciate de die in diez salutare eius. Annū
ciate inter gētes gloriam eiꝰ: in oībꝫ po
pulis mirabilia eiꝰ. Qm̄ magnꝰ dn̄s et
laudabilis nimis: terribilis ē super oēs
deos. Qm̄ oēs dij gentiū d̄monia: dn̄s
aūt celos fecit. Cōfessio ⁊ pulchritudo ī
conspectu eiꝰ: sanctimonia ⁊ magnificē
tia in sanctificatiōe eius. Afferte dn̄o pa
trie gentiū: afferte domīo gloriā ⁊ hono
rem: afferte dn̄o gloriā nomini eiꝰ. Tol
lite hostias ⁊ introite in atria eius: ado
rate dominū in atrio sancto eius. Com
moueat̄ a facie eius vniuersa terra: di
cite in gentibꝫ qꝛ dn̄s regnauit. Eteniꝫ
correxit orbem terre qui nō cōmouebit̄
iudicabit ꝓpl'os in equitate. Letent̄ celi
⁊ exultet terra: commoueat̄ mare ⁊ ple
nitudo eius: gaudebunt campi ⁊ omīa
que in eis sunt. Tūc exultabunt omīa
ligna siluarum a facie dn̄i qꝛ venit: qm̄
venit iudicate terrā. Iudicabit orbē ter
re in equitate: ⁊ ꝓpl'os in veritate sua.
¶ Psalmꝰ ipsi dauid quādo terra eius
restituta est ei. ¶ LXXXXVI

Dominus reg̃uit exultet terra:
letent̄ insule multe. Nubes ⁊ ca
ligo in circūitu eiꝰ: iusticia ⁊ iu
diciuꝫ correctio sedis eius. Ignis ante
ipsum p̄cedet: ⁊ inflāmabit in circūitu
inimicos eiꝰ. Alluxerūt fulgura eius or
bi terre: vidit ⁊ commota est terra. Mō
tes sicut cera fluxerūt a facie dn̄i: a facie
dn̄i oīs terra. Annūciauerūt celi iustici
am eiꝰ: ⁊ viderūt oēs ꝓpl'i gloriam eius
Cōfundant̄ oēs qui adorāt sculptilia: ⁊
qui gloriant̄ in simulacris suis. Adora
te eū oēs angeli eiꝰ: audiuit ⁊ letata ē siō
Et exultauert̄ filie iude ꝓpt̄ iudicia tua
dn̄e. Qm̄ tu dn̄s altissimꝰ sup̄ oēm ter
rā: nimis exaltatꝰ es sup̄ oēs deos. Qui
diligit̄ dn̄m odite maluꝫ custodit dn̄s
aīas ſuoꝝ suoꝝ: de manu pctōris libera
bit eos. Lux orta ē iusto: ⁊ rect̄ corde leti
cia. Letamī iusti in dn̄o: ⁊ ꝯfitemī mēo
rie sctīficatiōis eius. ¶ Psalmꝰ dauid.

Cantate domi/ XCVII
no canticum nouuz: quia
mirabilia fecit. Saluauit
sibi dextera eius: ⁊ brachi
um sanctū ei⁹. Notum fec̄
dñs salutare suū: in conspectu gentium
reuelauit iusticiam suam. Recordatus
est misericordie sue: ⁊ veritat⁊ sue domui
israel. Uiderūt oēs termini terre saluta/
re dei nostri: iubilate dño omnis terra
cāntate ⁊ exultate ⁊ psallite. Psallite do/
mīo in cithara in cithara ⁊ voce psalmi
in tubis ductilib⁹ ⁊ voce tube cornee. Ju
bilate in ꝓspectu regis dñi: moueat mа
re ⁊ plenitudo ei⁹ orbis terraꝝ ⁊ q̄ habi/
tant in eo. Flumina plaudent manu: si/
mul montes exultabūt a conspectu do/
mini: quoniā venit iudicare terraz. Ju/
dicabit orbem terraꝝ in iusticia: ⁊ popu/
los in eq̄tate. Psalmus dauid.

Dominus regn̄uit ira XCVIII
scant̄ ppli. qui sedes super cherū
bin moueat̄ terra. Dñs in sion
magn⁹: ⁊ excelsus sup oēs pp̄los. Confi
teant̄ nomini tuo magno qm̄ terribile
⁊ sanctū est: ⁊ honor regis iudiciū diligit
Tu parasti directiones: iudiciuz ⁊ iusti/
ciaz in iacob tu fecisti. Exaltate dñm de/
um nostrū: ⁊ adorate scabellū pedu ei⁹:
qm̄ sctm̄ ē. Moyses ⁊ aarō i sacerdotib⁹
ei⁹: ⁊ samuel inter eos q̄ inuocāt nomē
eius. Inuocabāt dñm ⁊ ipe exaudiebat
eos in columna nubis loquebat̄ ad eos
Custodiebant testimonia eius: ⁊ prece/
ptum qd̄ dedit illis. Domine de⁹ noster
tu exaudiebas eos: de⁹ tu ꝓpitius fuisti
eis ⁊ vlciscens in oēs adinuētiones eorū
Exaltate dñm deū nostrū: ⁊ adorate in
monte sancto ei⁹: qm̄ sanct⁹ domin⁹ de/
us noster. Psalmus in confessione.

Iubilate deo oīs tra XCIX
seruite dño in leticia. Introite
in cōspectu eius: in exultatione
Scitote qm̄ dns ipse est de⁹: ipse fecit
nos ⁊ non ipsi nos. Populus eius et
oues pascue eius introite portas ei⁹ in
confessione: atria eius in hymnis confi
temini illi. Laudate nomē eius quoniā
suauis est dominus: in eternum miseri
cordia eius: ⁊ vsq̄ in generationez ⁊ ge/
nerationem veritas eius.

Psalmus ipsi dauid. C

Misericordiam ⁊ iudicium canta
bo tibi dñe: psallam ⁊ intelligaz
in via immaculata quādo veni/
es ad me. Perambulabam in innocen
tia cordis mei: in medio dom⁹ mee. Nō
ꝓponebam ante oculos meos rem iniu
stam: facientes ꝓuaricatōes odiui. Nō
adhesit mihi cor prauū: declinantē a me
malignū non cognoscebam. Detrahen
tem secreto ꝓximo suo: hūc ꝓsequebar:
Superbo oculo ⁊ insatiabili corde: cum
hoc non edebam. Oculi mei ad fideles
terre vt sedeant mecum: ambulans in
via immaculata hic mihi ministrabit.
Non habitabit in medio domus mee
qui facit superbiam: qui loquit̄ iniq̄ nō di
rexit in cōspectu oculoꝝ meorū. In ma
tutino interficiebā oēs peccatores ter/
re: vt disperderem de ciuitate dñi omēs
operātes iniq̄tatem. Oratio pauper
cum anxiaretur ⁊ coraz domino effudit
precem suam. CI

Domine exaudi orationē meaz:
⁊ clamor me⁹ ad te veniat. Nō
auertas faciem tuam a me: in quacūq̄
die tribulor inclina ad me aurē tuā. In
quacūq̄ die inuocauero te: velociter ex/
audi me. Quia defecerunt sicut fumus
dies mei: ⁊ ossa mea sicut cremiū aru/
runt. Percussus sum vt fenum ⁊ aruit
cor meū: q⁹ oblitus sum comedere panē
meū. A voce gemit⁹ mei: adhesit os meū
carni mee. Similis fact⁹ sum pellicano soli
tudinis: fact⁹ sum sic nycticorax i domicilio
Uigilaui: ⁊ factus sum sicut passer soli
tari⁹ in tecto. Tota die exprobrabāt mi
hi inimici mei: ⁊ qui laudabant me adu
sum me iurabāt. Quia cinerē tanq̄z pa/
nem manducabā: ⁊ poculū meū cum fle
tu miscebam. A facie ire indignatiōis
tue: quia eleuans allisisti me. Dies mei
sicut vmbra declinauerūt: ⁊ ego sicut fe
num arui. Tu aūt domine in eternum
permanes: ⁊ memoriale tuum in genera

tione ⁊ generationē. Tu exurgēs miſe/
reberis ſion: qz tps miſerendi eius quia
venit tps. Quoniā placuerūt ſeruis tu
is lapides eius: ⁊ terre eius miſerebun
tur. Et timebūt gentes nomē tuū dñe
⁊ oēs reges terre gloriā tuā. Quia edifi
cauit dñs ſion: et videbit in gloria ſua.
Reſpexit i oratione humiliū: ⁊ non ſpre
uit precē eoꝝ. Scribant hec in genera/
tione altera ⁊ ppls qui creabit laudabit
dñm. Quia pſpexit de excelſo ſancto ſuo:
dñs de celo in terram aſpexit. Ut audiret
gemit⁹ cōpeditoꝝ: vt ſolueret filios in/
temptoꝝ. Ut annūcient in ſion nomē
dñi: ⁊ laudem eius in hieruſalē. In con/
ueniendo pplos in vnū: ⁊ reges vt ſer/
uiāt dño. Rñdit ei via virtutis ſue: pau/
citatē dierꝝ meoꝝ nuncia mihi. Ne revo
ces me in dimidio dierū meoꝝ: in gene/
ratione ⁊ generationē anni tui. Initio
tu dñe terrā fundaſti: ⁊ opera manuum
tuaꝝ ſunt celi. Ipſi peribūt tu aūt pma
nes: ⁊ oēs ſicut veſtimentū veteraſcent.
Et ſicut opertoriū mutabis eos ⁊ muta
buntur: tu aūt idem ipſe es: ⁊ anni tui non
deficient. Filij ſeruoꝝ tuoꝝ habitabunt
⁊ ſemen eoꝝ in ſeculū dirigetur.

¶ Pſalmus ipſi dauid. CII

Benedic aīa mea dño: et oia q̄
intra me ſunt noī ſcō ei⁹. Bene
dic aīa mea dño: ⁊ noli obliuiſci
oēs retributiones ei⁹. Qui ꝓpitiat, om
nib⁹ iniquitatib⁹ tuis: qui ſanat oēs
infirmitates tuas. Qui redimit de inte
ritu vitaꝫ tuā: qui coronat te in miſeri/
cordia ⁊ miſeratiōib⁹. Qui replet in bo/
nis deſideriū tuū: renouabit vt aq̄le iu
uentus tua. Faciens mīas dñs: ⁊ iudici
um oīb⁹ iniuriam patientib⁹. Notas fe
cit vias ſuas moyſi: filijs iſrl voluntates
ſuas. Miſerator ⁊ miſericors dñs: lon/
ganimis ⁊ multū miſericors. Nō in per
petuum irascet neq; in eternū cōmina/
bit. Non ſm peccata nra fecit nob: neq;
ſm iniq̄tates nras retribuit nob. Qm̄
ſm altitudinē celi a terra: corroborauit
mīaꝫ ſuā ſuper timentes se. Quantū di
ſtat ortus ab occidēte: lōge fecit a nobis
iniquitates nras. Quō miſeret pater
filioꝝ: miſertus eſt dñs timentibus ſe:
qm̄ ipſe cognouit figmētū nrm. Recor/
datus ē qm̄ pulvis ſum⁹: hō ſicut fenū
dies eius tanq; flos agri ſic efflorebit.
Qm̄ ſpūs pertrāſibit in illo ⁊ nō ſubſiſtet.
⁊ nō cognoſcet amplius locū ſuū. Miſe
ricordia aūt dñi ab eterno ⁊ vſq; in eter
nū: ſup timentes eū. Et iuſticia illius ſi
filios filioꝝ: his qui ſeruāt teſtamentuꝫ
eius. Et memores ſunt mādatoꝝ ipſi⁹:
ad faciēdū ea. Dñs in celo parauit ſedē
ſuā: ⁊ regnū ipſius oīb⁹ dñabit. Bñdici
te dño oēs angeli ei⁹ potētes virtute: faci
entes verbū illius ad audiendam vocem
ſermonū eius. Benedicite domīo oēs vir
tutes ei⁹: miniſtri eius qui facitis volū
tatem eius. Bñdicite dño oīa opa eius
in omni loco dñationis ei⁹: benedic aīa
mea dño.

¶ Pſalm⁹ ipſi dauid. CIII

Benedic aīa mea dño: dñe deus
meus magnificatus es vehemē
ter. Confeſſionē ⁊ decorē indu/
ſti: amictus lumīe ſicut veſtimēto. Ex/
tendens celū ſicut pellē: qui tegis aq̄s ſu
perioꝝ eius. Qui ponis nubē aſcenſum
tum: qui ambulas ſup pēnas ventorum
Qui facis angelos tuos ſpūs: ⁊ mini/
ſtros tuos ignem vrentem. Qui funda/
ſti terrā ſup ſtabilitatē ſuaꝫ: non inclina
bit in ſeculū ſeculi. Abyſſus ſicut veſti/
mentū amictus eius: ſup mōtes ſtabūt
aque. Ab increpatione tua fugient: a vo
ce tonitrui tui formidabūt. Aſcendunt
mōtes ⁊ deſcendūt campi: in locū quem
fundaſti eis. Terminū poſuiſti quem nō
tranſgredient: neq; conuertent opire ter/
ram. Qui emittis fontes in vallibus
inter mediū montiū pertranſibūt aque
Potabūt oēs beſtie agri: expectabūt o/
nagri i ſiti ſua. Sup ea volucres celi ha
bitabūt: de medio petraꝝ dabūt voces.
Rigans mōtes de ſuperioribus ſuis: de fru
ctu operum tuoꝝ ſatiabit terra. Produ/
ces fenum iumentis: ⁊ herbā ſeruituti
hoīm. Ut educas panem de terra: ⁊ vinū
letificet cor hominis. Ut exhilaret faciē
in oleo: ⁊ panis cor hominis confirmet

Haturabuntur ligna campi ⁊ cedri li/
bani quas plantauit:illic passeres nidi/
ficabũt.Herodij dom⁹ dux est eoꝝ:mõ/
tes excelsi ceruis petra refugiũ hȩrinaci
is.Fecit lunã in tpe:sol cognouit occa/
sum suum.Posuisti tenebras ⁊ facta ē
nox:in ipsa ptrãsibũt omẽs bestie silue.
Catuli leonũ rugientes vt rapiant:⁊ q̃
rant a deo escam sibi.Ortus est sol ⁊ cõ
gregati sunt:⁊ in cubilibꝫ suis cõlloca/
buntur.Exibit homo ad opus suũ:⁊ ad
operationem suã vsqꝫ ad vesperũ.Quã
magnificata sunt opa tua dñe: omia in
sapia fecisti:impleta est terra possessiõe
tua.Hoc mare magnũ ⁊ spatiosum ma
nibꝫ:illic reptilia quoꝝ nõ est numerus
Aialia pusilla cum magnis : illic naues
pertransibunt .Draco iste quem forma
sti ad illudẽdũ ei:omia a te expectant vt
des illis escam in tpe.Dante te illis col
ligent:aperiente te manum tuaz omia
implebũtur bonitate.Auertente aũt te
faciem turbabunt:auferes spm̃ eoꝝ et
deficient:⁊ in puluerem suũ reuertent.
Emitte spm̃ tuũ ⁊ creabunt:⁊ renoua/
bis faciem terre.Sit gloria dñi in secu
lum:letabit dñs in opibꝫ suis.Qui re/
spicit terrã ⁊ facit eã tremere: qui tãgit
montes ⁊ fumigant .Cãtabo dñm invi
ta mea:psallam deo meo q̃diu fuz. Jo/
cundũ sit ei eloquiũ meuz: ego vo dele
ctabor in dño.Deficiẽt peccatores a ter/
ra ⁊ iniqui ita vt nõ sint:benedic anima
mea domino: Alleluia. CIIII

Confitemini dño ⁊ iuocate no/
men eius:annũciate inter gen/
tes opa eius .Cantate ei ⁊ psal/
lite ei narrate oĩa mirabilia eius :lauda
mini in noĩe sancto eius.Letetur cor q̃/
rentium dñm:querite dñm ⁊ confirma
mini:querite faciẽ ei⁹ semp.Memẽtote
mirabiliũ eius que fecit:pdigia eius et
iudicia oris eius .Semen abraaz serui
eius:filij iacob electi eius. Ipse dñs de
us noster:in vniuersa terra iudicia ei⁹.
Memor fuit in seculũ testamẽti sui:ver
bi qꝫ mandauit in mille generationes.
Quod disposuit ad abraã :⁊ iuramenti
sui ad ysaac.Et statuit illud iacob ĩ pre/
ceptũ:⁊ israel in testamẽtum eternum.
Dicẽs:tibi dabo terram chanaan:funi/
culũ hereditatis vr̃e .Cuz essent nũero
breui:paucissimi ⁊ incole eius.Et ptrã/
sierũt de gente in gentem:⁊ de regno ad
pplm alterũ.Nõ reliquit hoiem nocere
eis:⁊ corripuit p eis reges .Nolite tan/
gere christos meos:⁊ ĩ pphetis meis no
lite malignari.Et vocauit famẽ sup ter
ram:⁊ omne firmamẽtũ panis otriuit:
Misit ante eos virũ:in seruũ venũdat⁹
est ioseph.Humiliauerunt in cõpedibꝫ
pedes eius:ferrum pertransijt animam
donec veniret verbum eius.Eloquium
domini inflãmauit eum:misit rex ⁊ sol/
uit eum:princeps populoꝝ ⁊ dimisit eũ
Constituit eũ dñm domus sue: ⁊ prin/
cipem oĩs possessiõis sue.Vt erudiret prĩ
cipes eius sicut semetipsuz:⁊ senes eius
prudẽtiam doceret. Et intrauit israel ĩ
egyptũ:⁊ iacob accola fuit in terra cham.
Et auxit pplm suum nimis:⁊ firma
uit eã super inimicos eius . Cõuertit cor
eorũ vt erudirẽt populũ eius ⁊ dolũ fa/
cerent in seruos ei⁹. Misit moysen ser/
uũ suũ:aarõ quem elegit ipsuz. Posuit
in eis verba signoꝝ suorum⁊ pdigioꝝ:in
terra cham.Misit tenebras ⁊ obscura/
uit:⁊ non exacerbauit sermones suos:
Conuertit aquas eorũ in sanguinem:⁊
occidit pisces eoꝝ. Et edidit tra eoꝝ ra/
nas : in penetralibꝫ regum ipsorum.Di/
xit ⁊ venit cynomia ⁊ cynifes:in oĩbꝫ fini
bus eoꝝ.Posuit pluuias eorum gran/
dinem:ignem cõburentem in terra ip/
soꝝ.Et percussit vineas eoꝝ ⁊ ficulneas
eorum:et contriuit lignum eorum.Di
xit et venit locusta et bruchus: cuius
non erat numerus . Et comedit omne
fenũ ĩ terra eoꝝ:⁊ comedit oẽm fructuz
terre eoꝝ.Et pcussit oẽ primogenitũ in
terra eoꝝ:primitias omnis laboris eoꝝ.
Et eduxit eos cum argento et auro : et
non erat in tribubꝫ eorum infirm⁹. Le/
tata est egyptus in pfectiõe eoꝝ:qꝫ incu
buit timor eoꝝ sup eos.Expãdit nubem
in protectionem eorũ:⁊ ignem ⁊ vt lu/

ceret eis per noctem. Petierũt ⁊ venit coturnix ⁊ pane celi saturauit eos. Dirupit petram ⁊ fluxerũt aque: abierũt ĩ sicco flumina. Quoniã memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad abraã puerum suuz. Et eduxit populum suum in exultatione: ⁊ electos suos in leticia. Et dedit illis regiões gẽtium: ⁊ labores populoꝝ possederũt. Ut custodiãt iustificationes eius: et legem eius requirãt. ¶

Alleluia Alleluia. CV

Confitemini domio quoniaz bonus: quoniã in seculum misericordia eius. Quis loquetur potẽtias domĩ: auditas faciet omnes laudes eius? Beati qui custodiũt iudiciuz: ⁊ faciũt iusticiam in omĩ tempore. Memẽto nostri domĩe in bñplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. Ad vidẽdum in bonitate electorum tuorum: ad letãdum in leticia gentis tue: vt laudeis cum hereditate tua. Peccauim⁹ cuz patribꝫ nostris: iniuste egimus iniquitatem fecim⁹. Patres nostri in egypto nõ intellexerũt mirabilia tua: nõ fuerũt memores multitudĩs misericordie tue Et irritauerũt ascẽdẽtes in mare: mare rubꝝ: Et saluauit eos propter nomẽ suum: vt notam faceret potẽtiam suam. Et increpuit mare rubrũ ⁊ exiccatum ẽ ⁊ deduxit eos in abyssis sicut in deserto Et saluauit eos de manu odiẽtiuz: ⁊ redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulãtes eos: vnus ex eis nõ remãsit. Et crediderũt ĩ verbis eius: ⁊ laudauerũt laudem eius. Cito fecerũt. obliti sunt operũ eius: nõ sustinuerũt ꝯsilium eius. Et cõcupierũt cõcupiscẽtiaz in deserto: ⁊ temptauerũt deuz in inaq̃so. Et dedit eis petitiõem ipsoꝝ: ⁊ misit saturitatem in aĩas eoꝝ. Et irritauerũt moysen in castris: aaron scm̃ dñi. Aperta est terra ⁊ deglutiuit dathan: ⁊ operuit sup̄ cõgregationez abiron. Et exarsit ignis in synagoga eoruz: flãma cõbussit peccatores. Et fecerũt vitulũ in oreb: ⁊ adorauerũt sculptile. Et mutauerunt gloriã suã iu similitudinẽ vituli: comedentis fenũ. Obliti sunt deũ qui saluauit eos: qui fecit magnalia ĩ egypto: mirabilia ĩ terra chã: terribilia in mari rubro. Et dixit vt disp̄derz eos: si nõ moyses elect⁹ eius stetisset in ꝯfractione in cõspectu ei⁹. Ut auerteret irã eius ne disperderet eos ⁊ p̄ nihilo habuerũt terrã desiderabilẽ. Nõ crediderũt verbo ei⁹ ⁊ murmurauerũt in tabernaculis suis: nõ exaudierũt vocem dñi. Et eleuauit manũ suã sup̄ eos: vt prosterneret eos in deserto. Et vt deijceret semẽ eoꝝ ĩ nationibꝫ: ⁊ disp̄deret eos in regionibꝫ. Et initiati sunt beelphegor: ⁊ comederũt sacrificia mortuoꝝ. Et irritauerũt eum ĩ adinuẽtionibꝫ suis: ⁊ multiplicata est ĩ eis ruina. Et stetit phinees ⁊ placauit: ⁊ cessauit q̃ssatio. Et reputatuz est ei ad iusticiã: in generatione ⁊ generationem vsq̃z in sempiternũ. Et irritauerũt euz ad aquas cõtradictiõis: ⁊ vexatus ẽ moyses p̄pter eos: q̃z exacerbauerũt spirituz ei⁹. Et distinxit in labijs suis: nõ disperdiderũt gẽtes quas dixit dñs de⁹ illis: Et commixti sunt inter gẽtes: ⁊ didicerũt op̄a eoꝝ ⁊ seruierũt sculptilibꝫ eorũ ⁊ factũ est illis in scandalũ. Et immolauerũt filios suos ⁊ filias suas d̃monijs Et effuderunt sanguinẽ innocẽtez sanguinẽ filioꝝ suoꝝ ⁊ filiaꝝ suaꝝ q̃s sacrificauerũt sculptilibꝫ chanaan. Et interfecta est terra in sanguinibꝫ: ⁊ cõtaminata est in operibꝫ eoꝝ: ⁊ fornicati sunt ĩ adinuetionibꝫ suis. Et irat⁹ est furore dñs in p̄pl'm suũ. ⁊ abomĩat⁹ est hereditatẽ suam. Et tradidit eos in man⁹ gentiũ: et dñati sunt eoꝝ qui oderũt eos. Et tribulauerũt eos inimici eoꝝ: ⁊ hũiliati sunt sub manibꝫ eoꝝ: sepe liberauit eos. Ipsi aũt exacerbauerũt eũ in ꝯsilio suo: ⁊ humiliati sunt in iniq̃tatibꝫ suis. Et vidit cũ tribularent̃: ⁊ audiuit or̃oem eoruz. Et memor fuit testamenti sui: ⁊ penituit eũ s̃m multitudinẽ misericordie sue. Et dedit eos in mĩas: in ꝯspectu omniũ qui ceperant eos. Saluos fac nos dñe de⁹ noster: ⁊ ꝯgrega nos de natiõibꝫ. Ut cõfiteamur noĩ sctõ tuo: ⁊ gloriemur in

laude tua. Benedictus dñs deus israel a secnlo ⁊ vsq̃ in seculũ ⁊ dicet oĩs ppl's fiat fiat. Alleluia Alleluia. CVI

Confitemini dño qm̃ bon⁹: qm̃ in scl'm mĩa ei⁹. Dicãt qui redẽpti sunt a dño: quos redemit d̃ manu inimici: de regionib⁹ cõgregauit eos. A solis ortu ⁊ occasu: ab aq̃lone et mari. Errauerũt in solitudine ĩ inaquoso: viã ciuitatis hĩtaculi nõ inuenerũt. Esurientes ⁊ sitientes: aĩa eoꝝ in ipsis defecit. Et clamauerũt ad dñm cũ tribularent̃: ⁊ d̃ necessitatib⁹ eoꝝ eripuit eos Et deduxit eos in viam rectam: vt irẽt in ciuitatẽ habitationis. Confiteantur dño mĩe ei⁹: ⁊ mirabilia eius filijs hoĩm Quia satiauit aĩam inanez: ⁊ aĩam esuriẽtem satiauit bonis. Sedentes in tenebris ⁊ in vmbra mortis vĩctos in mẽdicitate ⁊ ferro. Quia exacerbauerũt eloq̃a dei ⁊ consiliũ altissimi irritauerant Et humiliatũ est in laborib⁹ cor eoꝝ: et infirmati sunt nec fnit qui adiuuaret. Et clamauerũt ad dominũ cũ tribularẽtur: ⁊ de necessitatib⁹ eorũ liberauit eos Et eduxit eos de tenebris ⁊ vmbra mortis ⁊ vincula eorũ dirupit. Confiteant̃ domino misericordie ei⁹: ⁊ mirabilia ei⁹ filijs hoĩz. Quia cõtriuit portas ereas ⁊ vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniq̃tatis eoꝝ: ꝓpter iniusticias eĩ suas hũiliati sunt. Oẽm escaz abominata est aĩa eoꝝ: ⁊ appropinq̃uerũt vsq̃ ad portas mortis. Et clamauerũt ad dñm cũ tribularent̃: ⁊ d̃ necessitatib⁹ eoꝝ liberauit eos. Misit verbũ suũ ⁊ sanauit eos ⁊ eripuit eos de interitiõib⁹ eorum: Confiteant̃ dño mĩe ei⁹: ⁊ mirabilia ei⁹ filijs hoĩm. Et sacrificẽt sacrificiũ laudis ⁊ annuncient opa eius in exultatione. Qui descendunt mare in nauib⁹: facientes opationez in aquis multis. Ipsi viderũt opa dñi: ⁊ mirabilia ei⁹ in profundo. Dixit ⁊ stetit spũs ꝓcelle: ⁊ exaltati sunt fluctus ei⁹. Ascendũt vsq̃ ad celos ⁊ descendunt vsq̃ ad abyssos: aĩa eoꝝ in malis tabescebat. Turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebri⁹: ⁊ oĩs sapĩa eoꝝ d̃uorata est. Et clamauerunt ad dominũ cũ tribularent̃: ⁊ de necessitatibus eoꝝ eduxit eos. Et statuit procellas ei⁹ in auram: ⁊ siluerũt fluctus ei⁹. Et letati sunt quia siluerũt: ⁊ deduxit eos in portum volũtatis eorũ. Cõfiteant̃ domĩo misericordie ei⁹ ⁊ mirabilia ei⁹ filijs hoĩm. Et exaltent eũ in ecclesia plebis: ⁊ in cathedra senioꝝ laudent eũ. Posuit flumina in desertum: ⁊ exitus aquarũ in sitim Terram fructiferam in salsuginem: a malicia inhabitantiũ in ea. Posuit desertuz in stagna aquarũ: ⁊ terraz sine aq̃ in exitus aquarũ. Et collocauit illic esurientes ⁊ cõstituerũt ciuitatem habitatiõis Et seminauerunt agros ⁊ plantauerũt vineas: ⁊ fecerũt fructum natiuitatis. Et benedixit eis ⁊ multiplicati sunt nimis: ⁊ iumenta eorũ nõ minorauit. Et pauci facti sunt: ⁊ vexati sunt a tribulatione malorũ: ⁊ dolore. Effusa est cõtentio super principes: ⁊ errare fecit eos in inuio ⁊ nõ in via. Et adiuuit pauperem de inopia: ⁊ posuit sicut oues familias. Videbunt recti ⁊ letabuntur: ⁊ omnis iniquitas eorũ oppilabit os suũ. Quis sapiens ⁊ custodiet hec: ⁊ intelliget misericordias domini. Alleluia Cãticũ psalmi ipsi dauid. CVII

Paratũ cor meum deus paratuz cor meũ: cãtabo ⁊ psallam in gloria mea. Exurge psalteriuz ⁊ cithara: exurgã diluculo. Cõfitebor tibi ĩ ppl'is dñe: ⁊ psallã tibi ĩ natiõib⁹. Quia magna ẽ sup celos mĩa tua ⁊ vsq̃ ad nubes v̄itas tua. Exaltare sup celos de⁹. et sup oẽm terrã gl'ia tua: vt liberẽt̃ dilecti tui. Saluũ fac dextera tua ⁊ exaudi me de⁹ locut⁹ est ĩ scõ suo. Exultabo ⁊ diuidã sichimã ⁊ ꝯuallẽ tabnaculoꝝ dimetiar. Me⁹ ẽ galaad ⁊ me⁹ ẽ manasses: ⁊ effraim susceptio capitis mei: Juda rer me⁹: moab lebes spei mee. In idumeaz extendã calciamentñ meũ: mihi alienigene amici facti sunt. Quis d̃ducet me in ciuitatẽ munitã: q̃s deducet me vsq̃ in idumeã? Nõne tu deus qui repulisti nos: ⁊ nõ exibis de⁹ in virtutib⁹ nostris?

Da nobis auxilium de tribulatione: qz vana salus hois. In deo faciem⁹ virtutem: t ipse ad nihilū deducet inimicos nostros. ¶ In finez ps dauid ¶ CVIII

Deus laudē meā ne tacueris: qz os pctōris t os dolosi sup me apertū est. Locuti sunt aduersuz me līgua dolosa: t sermonibz odij circūdederūt me t expugnauerūt me gratis Pro eo vt me diligerent detrahebāt mihi: ego aūt orabam. Et posuerūt aduersum me mala pro bonis: t odiuz pro dilectione mea. Cōstitue super eū peccatorem: t diabolus stet a dextris ei⁹. Cū iudicat̄ exeat condemnatus: t oratio eius fiat in peccatū. Fiant dies eius pauci: et episcopatū eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani: t vxor ei⁹ vidua. Nutātes transferātur filij eius t mendicent: eiciant̄ de habitationibz suis. Decrutetur fenerator omnē substātiam ei⁹: t diripiant alieni labores ei⁹. Non sit illi adiutor: nec sit qui miserat̄ pupillis eius. Fiant nati eius in interitū: in generatōne vna deleatur nomē eius. In memoriam redeat iniqtas patrū ei⁹ in conspectu dominj: t peccatū matris eius nō deleat̄. Fiāt cōtra dñm semp: t disperat de terra memoria eoz: p eo q nō est recordatus facere miam. Et psecutus est hominē inopem t mendicum: t compunctuz corde mortificare. Et dilexit maledictionē t veniet ei: t noluit bñdictiōez t elongabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut vestimētū: t intrauit sicut aqua in interioza ei⁹: t sicut oleū in ossibus ei⁹. Fiat ei sic vestimētū q operit̄: t sic cona q semp pcingit̄. Hoc opus eoz qui detrahūt mihi apud dñz: t q loquunt̄ mala a dūsus aiam meā. Et tu dñe dñe fac mecū ppter nomē tuū: qz suauis est misericordia tua. Libera me qz egen⁹ t pauper suz ego: t cor meū turbatū est ītra me. Sicut vmbra cū declinat ablat⁹ suz t excussus sum sic locuste. Genua mea infirmata sunt a ieiunio: t caro mea immutata est ppter oleū. Et ego fact⁹ sum opprobriū illis: viderūt me t mouerunt capita sua. Adiuua me dñe de⁹ me⁹ saluū me fac ppt̄ miam tuā. Et sciāt qz manus tua h: t tu dñe fecisti eā. Maledicz illi t tu bñdices qui insurgūt in me confundant̄: seruus aūt tu⁹ letabit̄. Induant̄ qui detrahūt mihi pudore: t operiātur sicut diploide confusione sua. Cōfitebor domino nimis in ore meo: t in medio multoz laudabo eum. Quia astitit a dextris pauperis: vt saluaz faceret a psequentibz aiam meam. ¶ Psalmus dauid. ¶ CIX

Dixit dñs domino meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos: scabellū pedū tuoz. Virgam virtutis tue emittet dñs ex sion: dominare ī medio inimicoz tuorum. Tecum principium in die virtutis tue: in splendoribz sanctoz: ex vtero ante luciferū genui te. Jurauit dominus⁹ et nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternum sm ordinem melchisedech. Dñs a dextris tuis: cōfregit in die ire sue reges. Judicabit in nationibus implebit ruinas: conquassabit capita in terra mltoz. De torrente in via bibet propterea exaltabit caput. ¶ Alleluia. ¶ CX

Confitebor tibi domine in toto corde meo: in consilio iustoruz t congregatiōe. Magna opera domini: exquisita in oēs voluntates ei⁹. Confessio t magnificentia opus eius: t iusticia eius manet in seculū seculi. Memoriaz fecit mirabiliū suoz misericors t miserator dñs: escam dedit timentibz se. Memor erit in seculum testamenti sui: virtutem operum suoz annunciabit pplo suo. Vt det illis hereditatē gentiū: opera manuū eius veritas t iudicū. Fidelia omnia mandata eius cōfirmata in seculū seculi: facta in veritate t eqtate. Redemptionez misit dñs populo suo: mandauit in eternum testamentū suū. Sanctū t terribile nomē ei⁹ initiuz sapiētie timor dñi. Intellectus bonus omnibus facientibz euz: laudatio eius manet in seculum seculi. ¶ Alleluia.

Reuersionis aggei ⁊ çacharie. CXI

Beatus vir qui timet dominuz: in mandatis eius volet nimis. Potēs in terra erit semen eiꝰ: generatio rectoꝝ bñdicet. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iusticia eius manet in seculū seculi. Exortū est in tenebris lumen rectis: misericors ⁊ miserator ⁊ iustus. Jocūdus homo q̄ miseret ⁊ cōmodat: disponet sermones suos in iudicio: q̄ in eternū non commouebit. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala nō timebit. Paratum cor eiꝰ sperare in dño: confirmatū est cor eiꝰ: nō commouebit donec despiciat inimicos suos. Dispsit dedit pauperib: iusticia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabit in gloria. Peccator videbit ⁊ irascet dentib suis fremet ⁊ tabescet: desideriū peccatoꝝ peribit. Alleluia Alleluia.

Laudate pueri dñm: CXII
laudate nomē dñi. Sit nomē dñi benedictū: ex hoc nunc ⁊ vsq̄ in seculum. A solis ortu vsq̄ ad occasuz laudabile nomē dñi. Excelsus sup omnes gētes dñs: ⁊ sup celos gloria eius. Quis sicut dñs deus noster: qui in altis hitat: ⁊ hūilia respicit in celo ⁊ in terra. Suscitans a tra inopē: ⁊ de stercore erigēs pauperē. Ut collocet eū cū pncipib cū pncipib ppli sui. Qui habitare facit sterilē in domo mrem filioꝝ letantē.

Alleluia Alleluia. CXIII

In exitu israel ō egypto: domus iacob de pplo barbaro. Facta est iudea sanctificatō eiꝰ: isrl potestas eius. Mare vidit ⁊ fugit iordanis cōuersus est retrorsum. Mōtes exultauerūt vt arietes: ⁊ colles sicut agni ouiū. Quid ē tibi mare q̄ fugisti: ⁊ tu iordanis q̄ conuersus es retrorsuz? Mōtes exultastis sicut arietes: ⁊ colles sicut agni ouium. A facie dñi mota est terra: a facie dei iacob. Qui conuertit petrā in stagna aq̄rū: et rupem in fontes aq̄ruz. Nō nobis dñe nō nobis: sed noī tuo da gloriā. Super misericordia tua ⁊ veritate tua: nequādo dicant gētes vbi est deus eoꝝ. Deus autem noster in celo omia quecunq̄ voluit fecit. Simulacra gentiū argentuz ⁊ aurū: opa manuū hoim. Os habent ⁊ nō loquent: oculos habent ⁊ non videbunt. Aures habent ⁊ non audient: nares hūt ⁊ nō odorabūt. Manꝰ hūt ⁊ nō palpabūt: pedes habent ⁊ non ambulabunt: nō clamabūt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciūt ea: ⁊ omnes qui confidūt in eis. Domus israel speravit in dño: adiutor eoꝝ ⁊ protector eorū est. Domꝰ aaron sperauit in domino adiutor eoꝝ et protector eorū ē. Qui timēt dñm sperauerūt in domio: adiutor eoꝝ ⁊ protector eoꝝ est. Dominꝰ memor fuit nrī: ⁊ bñdixit nobis. Bñdixit domui israel: benedixit domui aaron. Benedixit omib qui timent dñm: pusillis cuz maioribz. Adiiciat dñs sup vos: sup vos ⁊ super filios vestros. Benedicti vos domino: qui fecit colū ⁊ terrā. Celum celi dño: terram autem dedit filiis hominū. Non mortui laudabunt te dñe: neq̄ omēs qui descendūt in infernuz. Sed nos qui viuimꝰ benedicimꝰ dño: ex hoc nūc ⁊ vsq̄ i seculū. Alleluia. CXIIII

Dilexi: qm̄ exaudiet dominus: vocē orationis mee. Quia inclinauit aurē suā mihi: ⁊ in diebz meis invocabo. Circūdederūt me dolores mortis: ⁊ pericula inferni inuenerūt me. Tribulationē ⁊ dolorē inueni: ⁊ nomē dñi invocaui. O dñe libera aiam meaz mirificors dñs ⁊ iustꝰ: ⁊ deꝰ nr̄ miseret. Custodiens parvulos dñs: humiliatus sum ⁊ liberauit me. Conuertere aīa mea in requiem tuam: q̄ dominus benefecit tibi. Quia eripuit animaz meam de morte: oculos meos a lachrymis pedes meos a lapsu. Placebo dño: in regione viuorum. Alleluia. CXV

Credidi ppter q̄ locutꝰ suz: ego autē hūiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omis homo mendax. Quid retribuaz dño: p omnibus que retribuit mihi. Calicem salutaris accipiā: ⁊ nomē dñi invocabo. Vota

mea domino reddam coram omni ppl'o
eius: preciosa in cōspectu dñi mors scōꝝ
eius. O dñe qꝛ ego seruus tu⁹: ego ser-
uus tu⁹ ⁊ fili⁹ ancille tue. Dirupisti vi-
cula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis
⁊ nomē dñi inuocabo. Uota mea domi-
no reddam in conspectu oīs ppl'i eius: ī
atrijs domus domini in medio tui hie-
rusalem. ¶ Alleluia Alleluia. ¶ CXVI

l Laudate dñm oīes gentes: lau
date eum oīes ppl'i. Qm̄ con-
firmata est super nos misericor-
dia eius: ⁊ veritas dñi manet in eternū
¶ Alleluia Alleluia. ¶ CXVII

c Confitemini dño qm̄ bon⁹: qm̄
in seculū misericordia ei⁹. Di-
cat nūc israel qm̄ bonus: qm̄ in
seculū misericordia ei⁹. Dicat nunc do-
mus aaron qm̄ bon⁹: qm̄ in seculū mise-
ricordia ei⁹. Dicāt nūc oēs q̄ timent do-
minū: qm̄ in scl'm misericordia ei⁹. De
tribulatiōe inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit
me in latitudine dñs. Dñs mihi adiu-
tor: non timebo q̄d facit mihi hō. Dñs
mihi adiutor: ⁊ ego despiciaꝫ inimicos
meos. Bonū est confidere in dño: q̄ꝫ cō-
fidere in hoīe. Bnnuꝫ est sperare in dño
q̄ꝫ sperare in principibꝫ. Omnes gentes
circūierunt me: ⁊ in noīe dñi qꝛ vlt⁹ suꝫ
in eos. Circūdātes circūdederūt me: ⁊ ī
nomine domini quia vltus sum in eos
Circumdederunt me sicut apes et exar
serunt sicut ignis in spinis: ⁊ in nomīe
dñi qꝛ vltus sum in eos. Impulsus eū
sus sum vt caderem: ⁊ dominus susce-
pit me. Fortitudo mea ⁊ laus mea domi
nus: ⁊ factus est mihi in salutem. Uox
exultatiōis ⁊ salutis: in tabernaculis iu-
stoꝝ. Dextera dñi fecit virtutez: dextera
dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtu
tem. Non moriar sed viuam: ⁊ narrabo
opa dñi. Castigans castigauit me dñs:
⁊ morti non tradidit me. Aperite mihi
portas iusticie: ingressus in eas confite-
bor domino: hec porta dñi: iusti intrabūt
in eam. Cōfitebor tibi qm̄ exaudisti me:
⁊ factus es mihi in salutem. Lapidem
quem reprobauerunt edificātes hic fa-
ctus est in caput anguli. A domino fa-
ctum est istud: et est mirabile in oculis
nostris. Hec est dies quaꝫ fecit domin⁹
exultemus ⁊ letemur in ea. O domine
saluum me fac o domine bene prospera-
re: benedictus qui venit in nomine do-
mini. Benediximus vobis de domo do-
mini: deus dominus ⁊ illuxit nobis. Cō
stituite diem sollennez in cōdensis: vsqꝫ
ad cornu altaris: Deus meus es tu et
confitebor tibi: deus meus es tu et exal-
tabo te. Confitebor tibi quoniam exau-
disti me: et factus es mihi in salutem.
Confitemini domino quoniam bonus
quoniam in seculum misericordia eius
¶ Alleluia ¶ Aleph: doctrina ¶ CXVIII

b Beati immaculati in via: qui am
bulant in lege domini. Beati q̄
scrutantur testimonia eius: in
toto corde exquirunt eum. Non enim
qui operantur iniquitatem: in vijs ei⁹
ambulauerunt. Tu mandasti: mādata
tua custodiri nimis. Utinam dirigan-
tur vie mee: ad custodiendas iustifica-
tiones tuas. Tunc non confundar cuꝫ
perspexero in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis: in
eo q̄ didici iudicia iusticie tue. Iustifi-
cationes tuas custodiam: non me dere-
linquas vsqꝫquaqꝫ. ¶ Beth: domus.

i In quo corrigit adolescentior vi
am suam: in custodiēdo sermo-
nes tuos. In toto corde meo
exquisiui te: ne repellas me a mandatis
tuis. In corde meo abscondi eloquia
tua: vt non peccem tibi. Benedictus es
domine: doce me iustificationes tuas:
In labijs meis pronunciaui omnia iu
dicia oris tui. In via testimoniorū tuo
rum delectatus sum: sicut in omnibus
diuitijs. In mandatis tuis exercebor: ⁊
cōsiderabo vias tuas. In iustificatiōibꝫ
tuis meditabor: nō obliuiscar ſmones
tuos. ¶ Gymel plenitudo vl' retributō

r Retribue seruo tuo: viuifica me
et custodiam sermones tuos.
Reuela oculos meos: et consi-
derabo mirabilia d̄ lege tua. Incola ego

sum in terra:non abscondas a me man
data tua:Concupiuit anima mea desi
derare iustificationes tuas: in omni tẽ
pore. Increpasti superbos:maledicti qui
declinant a mandatis tuis. Aufer a me
opprobrium ⁊ contemptum: quia testi
monia tua exquisiui. Etenim sederunt
principes et aduersuꝫ me loquebantur
seruus autem tuus exercebatur in iusti
ficationibus tuis. Nã ⁊ testimonia tua
meditatio mea est:et consiliũ meum iu
stificationes tue. Deleth:tabularuꝫ.

Adhesit pauimento anime mea
viuifica me ſm verbum tuum
Vias meas enũciaui et exaudi
sti me:doce me iustificationes tuas. Vi
am iustificationum tuarum instrue me
et exercebor in mirabilibꝫ tuis. Dormi
tauit anima mea pre tedio:cõfirma me
in verbis tuis. Viam iniquitatis amo
ue a me:et de lege tua miserere mei. Vi
am veritatis elegi:iudicia tua non sum
oblitus. Adhesi testimoniis tuis domi
ne noli me cõfundere. Viã mãdatoꝝ tuoꝝ
cucurri:cũ dilatasti cor meũ. He ista.

Legem pone mihi domine viaꝫ
iustificationum tuarum: ⁊ exq̃
ram eaꝫ semper. Da mihi intel
lectũ ⁊ scrutabor legeꝫ tuam:et custodiã
illa m in toto corde meo. Deduc me in
semita mãdatoꝝ tuoꝝ :quia ipsaꝫ volui
Inclina cor meum in testimonia tua:⁊
non in auariciam. Auerte oculos meos
ne videant vanitatem:in via tua viuifi
ca me. Statue seruo tuo eloquium tu
um:in timore tuo. Amputa oppobriuꝫ
meum quod suspicatus sum:quia iudi
cia tua iocunda. Ecce concupiui mãda
ta tua:in equitate tua viuifica me.

Vau:hec vel ipsa.

Et veniat super me misericordia
tua domine:salutare tuum ſm
eloquium tuum. Et respon
debo exprobrantibus mihi verbum: quia
speraui in sermonibus tuis. Et ne aufe
ras de ore meo verbum veritatis vsq̃
quaq̃:quia in iudicijs tuis superspera
Et custodiam legem tuaꝫ semper:in se
culum et in seculum seculi. Et ambula
bam in latitudine:quia mandata tua ex
quisiui. Et loquebar in testimonijs tu
is in conspectu regum:et non cõfunde
bar. Et meditabar in mandatis tuis q̃
dileri. Et leuaui manus meas ad man
data tua que dileri:⁊ exercebor in iustifi
cationibꝫ tuis: Zay:hec vel oliua.

Memor esto verbi tui seruo tuo:
in quo mihi spem dedisti. Hec
me consolata est in humilitate
mea:quia eloquium tuum viuificauit
me. Superbi inique agebant vsq̃qua
q̃:a lege autem tua non declinaui. Me
mor fui iudicioꝝ tuoꝝ a seculo do
mine:et consolatus sum. Defectio te
nuit me:pro peccatoribus derelinquen
tibus legem tuam. Cantabiles mihi e
rant iustificationes tue:in loco peregri
nationis mee. Memor fui nocte nomi
nis tue dñe:⁊ custodiui legẽ tuaꝫ. Hec
facta est mihi :qꝫ iustificatiões tuas exq̃
siui. Heth:vita.

Portio mea dñe:dixi custodire le
gem tuã. Deprecat' sum faciẽ tuaꝫ
in toto corde meo:miserere mei
ſm eloquiũ tuũ. Cogitaui vias meas:
⁊ cõuerti pedes meos in testimonia tua
Parat' sum ⁊ nõ sum turbat' :vt custo
diã mãdata tua. Funes peccatoꝝ circũple
xi sunt me:⁊ legẽ tuaꝫ nõ sum oblit'. Me
dia nocte surgebã ad confitẽdũ tibi: super
iudicia iustificationis tue. Particeps
ego sum omim timẽtiũ te: ⁊ custodiẽtium
mãdata tua. Misericordia tua dñe ple
na est terra:iustificatiões tuas doce me.

Teth:bonum.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo
dñe:ſm verbum tuum. Bonita
tem ⁊ disciplinam ⁊ sciam doce
me:qui in mandatis tuis credidi. Pri
usq̃ humiliarer ego deliqui propterea elo
quium tuum custodiui. Bon' es tu:⁊ in
bonitate tua doce me iustificationes tu
as. Multiplicata est super me iniquitas
superborum:ego autem in toto corde meo
scrutabor mandata tua. Coagulatum est
sicut lac cor eorum:ego vero legem tuam

meditatus sum. Bonū mihi quia hūi/
liasti me vt discam iustificationes tuas
Bonum mihi lex oris tui: sup milia au/
ri ⁊ argenti. ¶ Joth: principium.

Manus tue fecerūt me ⁊ plasma
uerunt me: da mihi intellectuz
vt discam mandata tua. Qui ti
ment te videbunt me ⁊ letabuntur: qz
in verba tua supersperaui. Cognoui do/
mine qz equitas iudicia tua: ⁊ in verita/
te tua humiliasti me. Fiat misericordia
tua vt consoletur me: fm eloquiū tuuz
seruo tuo. Veniant mihi miserationes
tue ⁊ viuaz: quia lex tua meditatio mea
est. Confundant superbi qz iniuste iniq
tatem fecerunt in me: ego autem exer/
cebor in mandatis tuis. Conuertantur
mihi timentes te: ⁊ qui nouerunt testi/
monia tua. Fiat cor meum immacula/
tum in iustificationibz tuis vt non con
fundar. ¶ Caph: manus.

Defecit in salutari tuo ania mea
et in verbum tuum superspera/
ui. Defecerūt oculi mei in elo/
quium tuum: dicentes quādo consola/
beris me. Quia factus sum sicut vter ī
pruina: iustificationes tuas non suz ob
litus. Quot sunt dies serui tui: qñ faci/
es de persequentibz me iudicium. Nar/
raverunt mihi iniqui fabulationes: sed
non vt lex tua. Omia mandata tua ve/
ritas: iniqui persecuti sunt me adiuua
me. Paulomin' consummauerūt me
in terra: ego aūt non dereliqui manda/
ta tua. Scdm misericordiam tuam vi/
uifica me: ⁊ custodiam testimonia oris
tui. ¶ Lameth: disciplina.

In eternū domine: verbū tuū p/
manet in celo. In generatiōe ⁊
generationē veritas tua: funda
sti terram ⁊ permanet. Ordinatiōe tua
perseverant dies: qm̄ omia seruiūt tibi
Nisi qz lex tua meditatio mea est: tunc
forte perissez in humilitate mea. In e/
ternum non obliuiscar iustificationes
tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tuus
sum ego saluum me fac: qm̄ iustificatio
nes tuas exquisiui. Me expectauerunt
peccatores vt perderent me: testimonia
tua intellexi. Omis cōsummationis vi
di finem: latum mandatum tuum ni/
mis. ¶ Men: ex ipsis.

Quomodo dilexi legez tuam do/
mine: tota die meditatio mea ē
Super inimicos meos prude/
tem me fecisti mandato tuo: qz in eter/
num mihi est. Super omnes docentes
me intellexi: quia testimonia tua medi/
tatio mea est. Super senes intellexi: qz
mandata tua q̄siui. Ab oi via mala pro/
bui pedes meos: vt custodiā verba tua.
A iudicijs tuis nō declinaui: qz tu legez
posuisti mihi. Quā dulcia faucibz meis
eloqa tua sup mel ori meo. A mandatis
tuis intellexi: propterea odiui omnē viam
iniquitatis. ¶ Num: sempiternuz.

Lucerna pedibus meis verbum
tuū: et lumē semitis meis. Ju/
raui: et statui custodire iudicia
iusticie tue. Humiliatus suz vsqzquaqz
dñe: viuifica me fm verbū tuū. Volunta
ria oris mei beneplacita fac dñe: et iudi/
cia tua doce me. Ania mea in manibz me/
is sp: ⁊ legez tuam non suz oblitus. Po
suerunt peccatores laquem mihi: et de
mandatis tuis non erraui. Hereditate
acquisiui testimonia tua in eternuz: qz
exultatō cordis mei sunt. Inclinaui cor
meum ad faciendas iustificatiōes tuas
in eternum: propter retributionem.

¶ Samech: adiutorium

Iniquos odio habui: et legez tu
am dilexi. Adiutor et susceptor
meus es tu: et in verbum tuuz
supersperaui. Declinate a me malign:
et scrutabor mandata dei mei. Suscipe
me fm eloquiū tuū ⁊ viuam: et nō con
fundas me ab expectatione mea. Adiu/
ua me et saluus ero: et meditabor in iu/
stificationibus tuis semper. Sprevisti
oēs discedentes a iudicijs tuis: quia in/
iusta cogitatio eor est. Prevaricantes
reputaui omnes peccatores terre: ideo
dilexi testimonia tua. Confige timore
tuo carnes meas: a iudicijs enī tuis ti/
mui. ¶ Ayn: fons siue oculus.

Feci iudiciū ⁊ iusticiam: non tradas me calumniātib⁹ me. Suscipe seruū tuū in bonū: nō calūnient me superbi. Oculi mei defecerūt in salutare tuū: ⁊ in eloquiū iusticie tue Fac cum seruo tuo ſm miam tuā. ⁊ iustificationes tuas doce me. Deru⁹ tu⁹ sum ego: da mihi intellectū: vt sciam testimonia tua. Tps facendi dñe: dissipauerūt legē tuam. Ideo dilexi mandata tua: super aurū ⁊ topaçion. Propterea ad oīa mādata tua dirigebar: oēm viaz iniquā odio habui. ¶ Dlx: os ab oze.

Mirabilia testimonia tua dñe: ideo scrutata ē ea aīa mea. Declaratio sermonū tuoz illūiat: ⁊ intellectū dat puulis. Os meū aperui ⁊ attraxi spūm: quia mādata tua desiderabaz. Aspice in me ⁊ miserere mei: ſm iudicium diligētium nomē tuū. Gressus meos dirige ſm eloquiū tuuz: ⁊ nō dominet mei omis iniusticia. Redime me a calumnijs hoīm: vt custodiaz mādata tua. Faciem tuam illumina super seruū tuū: ⁊ doce me iustificatiōes tuas Exitus aquarū deduxerūt oculi mei: qz nō custodiert legē tuā. ¶ Dade: iusticie.

Iustus es dñe: ⁊ rectum iudicium tuum. Mandasti iusticiam testimonia tua: ⁊ veritatem tuam nimis. Tabescere me fecit çelus meus: qz obliti sunt verba tua inimici mei Ignitum eloquium tuuz vehementer: ⁊ seruus tu⁹: dilexit illud. Adolescentulus sum ego ⁊ contempt⁹: iustificatiōes tuas nō sum oblitus. Justicia tua iusticia ī eternū: ⁊ lex tua veritas. Tribulatō ⁊ angustia inuenerunt me: mādata tua meditatio mea est. Equitas testimonia tua in eternuz: intellectū da mihi ⁊ viuam. ¶ Coph: vocatio.

Filius sapiens letificat patrem filius vero stult⁹ mestitia ē matris sue. Nil proderunt thesauri ipietatis· iusticia vero liberabit a morte. Non affliget dñs fame aiam iusti et insidias impioz subuertet. Egestatem opata est manus remissa: man⁹ aūt fortium diuitias parat. Qui nitit mendacijs hic pascit ventos: idem autem ipse sequitur aues volātes. Qui congregat in messe filius sapiens est: qui autez sertit estate· filius cōfusionis. Benedictio domini super caput iusti: os autez impiorum operit iniquitatem. Memoria iusti cum laudibus· et nomen impiorum putrescet. Sapiens corde pcepta suscipiet: stultus cedit labijs. Qui ambulat simpliciter· ambulat cōfidenter: qui autez deprauat vias suas manifestus erit Qui annuit oculo dabit dolorē ⁊ stult⁹ labijs verberabitur. Vena vite os iusti: et os impiorū operit iniquitatem. Odium suscitat rixas: ⁊ vniuersa delicta operit charitas. In labijs sapientis inuenitur sapiētia· et virga in dorso eius q̄ indiget corde. Sapiētes absondūt scientiam: os aūt stulti cōfusioni proximum est. Substātia diuitis vrbs fortitudinis eius: pauor pauperū egestas eorū. Op⁹ iusti ad vitam: fructus aūt impij ad peccatum. Via vite custodienti disciplinā qui autē increpatōnes relinquit errat. Absondūt odiū labia mendacia: qui profert contumeliā insipiens est. In multiloquio non deerit peccatū: qui aūt moderatur labia sua prudentissimus ē. Argentū electū· lingua iusti: cor aūt impiorum p nihilo. Labia iusti erudiunt plurimos· qui aūt indocti sunt ī cordis egestate morient. Benedictio dñi diuites facit: nec sociabit eis afflictio. Quasi prisuz stultus operat scelus: sapientia autem est viro prudētia. Quod timet impius veniet sup eū· desideriū suū iustis dabitur. Quasi tempestas trāsiens nō erit impius: iustus aūt quasi fundamētum sempiternū. Sicut acetū dentib⁹ et fumus oculis· sic piger his qui miserunt euz. Timor domini apponet dies: et anni impiorū breuiabūtur. Expectatio iustorū leticia: spes aūt impiorū peribit. Fortitudo simplicis via dñi: et pauor his qui operantur malum. Justus in eternū non cōmouebitur· impij aūt nō habitabunt super terram. Os iusti parturiet sapientiā: lingua prauorū peribit. Labia iusti considerant placita: et os impiorum peruersa.

XI

Statera dolosa abomīatio ē apō deum· ⁊ pondus equum voluntas eius. Vbi fuerit superbia ibi erit et contumelia: vbi autem est humilitas ibi et sapia. Simplicitas iusto⁹

rum diriget eos: et supplantatio peruer
sorꝝ vastabit illos. Non proderunt diui
tie in die vltionis: iusticia aūt liberabit
a morte. Iusticia simplicis dirigit viaꝫ
eius: ⁊ ī impietate sua corruet impius.
Iusticia rectorū liberabit eos. et in insi/
diis suis capient̄ iniqui. Mortuo hoīe
impio nulla erit vltra spes. ⁊ expectatio
sollicitorū peribit. Iustus de angustia
liberatus ē et tradetur impius pro eo.
Simulator ore decipit amicū suū: iusti
aūt liberabunt̄ scientia. In bonis iusto/
rum exaltabit̄ ciuitas. ⁊ in ꝑditione im/
piorū erit laudatio. Bn̄dictione iustorū
exaltabit̄ ciuitas. et ore impiorū subuer
tetur. Qui despicit amicū suū indigens
corde ē: vir aūt prudēs tacebit. Qui am
bulat fraudulēter reuelat arcana: q̄ aūt
fidelis ē celat amici cōmissuꝫ. Vbi non
ē gubernator ꝓpl̄s corruet: salus aūt vbi
multa consilia. Affliget̄ malo qui fideꝫ
facit pro extraneo. qui aūt cauet laque/
os: securus erit. Mulier gratiosa inue/
niet gloriam. et robusti habebūt diuiti/
as. Benefacit anime sue vir misericors
qui aūt crudelis ē. etiā ꝓpinquos abijcit
Impius facit opus instabile: semināti
aūt iusticiā. merces fidelis. Clemētia p̄
parat vitam. et sectatio malorꝝ mortem
Abominabile dn̄o cor prauū et volūtas
eius in his qui simplicit̄ ambulāt. Ma
nus in manu non erit innocēs malus:
semen autem iustorꝝ saluabit̄. Circulus
aureus in naribꝫ suis: mulier pulcra et
fatua. Desideriū iustorꝝ omne bonū est:
prestolatio impiorū furor. Alij diuidūt
ꝓpria: et ditiores fiūt: alij rapiūt nō sua.
et semper in egestate sunt. Anima q̄ bn̄/
dicit impinguabit̄. et qui inebriat ipse
q̄ꝫ inebriabit̄. Qui abscondit frumenta
maledicet̄ in ꝓpl̄is: bn̄dictio aūt sup̄ ca/
put vendentiū. Bene cōsurgit dilucu/
lo qui querit bona. qui aūt inuestigator
malorū est opprimet̄ ab eis. Qui cōfidit
in diuitijs suis corruet: iusti aūt quasi
virens foliū germinabūt. Qui contur/
bat domū suam possidebit ventos. ⁊ qui
stultus ē seruiet sapienti. Fructus iusti
lignū vite. ⁊ qui suscipit animas sapiēs
est. Si iust⁹ in terra recipit: quanto ma
gis impi⁹ et peccator?

XII

Qui diligit disciplinam diligit
scientiam: qui aūt odit increpa
tiones insipiens ē. Qui bonus
est hauriet sibi gratiā a dn̄o: qui aūt cō/
fidit in cogitationibus suis impie agit
Nō roborabit̄ homo ex impietate. ⁊ radix
iustorū nō cōmouebit̄. Mulier diligēs
corona ē viro suo: ⁊ putredo ī ossibꝫ ei⁹
q̄ ꝯfusione res dignas gerit. Cogitatō
nes iustorū iudicia: et consilia impiorū
fraudulenta. Verba impiorū insidiant̄
sanguini: os iustorū liberabit eos. Ver/
te impios et non erunt. domus aūt iu/
storū ꝑmanebit. Doctrina sua noscitur
vir: qui aūt vanus et excors est patebit
contēptui. Melior est paup̄ et sufficiēs
sibi: q̄ꝫ gloriosus et indigens pane. No/
uit iustus iumentorū suorꝝ animas: vi/
scera aūt impiorū crudelia. Qui operat̄
terram suam. satiabit̄ panibꝫ: qui aūt se
ctatur ociū stultissimus est. Qui suauis
est viuit in moderationibꝫ: in suis mo/
nitionibꝫ relinquit cōtumeliā. Deside/
riū impij monimentū est pessimorū: ra/
dix aūt iustorū ꝓficiet. Propter peccata
labio ruꝫ ruina proximat malo: effugiet
autem iustus de angustia. De frucu oris
sui vnusquisq̄ꝫ replebit̄ bonis: ⁊ iuxta ope
ra manuū suarū retribuet̄ ei. Via stulti
recta in oculis eius: qui aūt sapiens est
audit consilia. Fatu⁹ statim indicat iraꝫ
suam: qui aūt dissimulat iniuriā callid⁹
est. Qui quod nouit loquit̄ iudex iusti/
cie est: qui aūt mentit̄ testis est fraudu/
lentus. Est qui ꝓmittit et quasi gladio
pungit̄ conscientie: lingua aūt sapiētiū
sanitas. Labium veritatis firmū erit in
ꝑpetuū: qui aūt testis est repentinus: cō
cinnat linguam mendacij. Dolus ī cor
de cogitantiū mala: qui aūt pacis ineūt
consilia: sequit̄ eos gaudiū. Non cōtri/
stabit iustū quicquid ei acciderit: impij
aūt replebuntur malo. Abominatio est
dn̄o labia mendatia: qui autēꝫ fideliter
agunt placent ei. Homo versutus celat

scientiam:et cor insipientiuz prouocat stulticiam.Vanus fortium dominabit̃ que autem remissa est tributis seruiet. Veror in corde viri humiliabit illū:et sermone bono letificabit̃. Qui negligit damnū ꝓpter amicuz iustus est:iter aũt impiorũ decipiet eos. Nõ inueniet frau dulentus lucrũ:& substãtia hois erit au ri preciũ. In semita iusticie vita:iter au tez deuiũ ducit ad mortẽ. ¶ XIII

Filius sapiens doctrina patris: qui autẽ illusor est nõ audit cuz arguitur. De fructu oris sui ho mo satiabitur bonis:anima autẽ impio rum iniqua. Qui custodit os suum cu stodit animã suam:qui autem incõside ratus ẽ ad loquẽduz sentiet mala. Vult et non vult piger:anima autem operan tium impinguabitur. Verbum mẽdaz iustus detestabitur: impius aũt cõfun dit & confundetur. Justicia custodit in nocentis viam: impietas autez peccato rem supplantat. Est quasi diues cuz ni hil habeat: & est quasi paup cum in mul tis diuitijs sit. Redemptio anime viri diuitie sue:qui autez paup est increpati onẽ nõ sustinet. Lux iustorũ letificat:lu cerna aũt impioz extinguet̃. Inter sup bos semp iurgia sũt:qui aũt agũt oia cũ consilio·reguntur sapiẽtia. Substãtia festinata minuet̃: que aũt paulatim col ligitur·manu multiplicabit̃. Spes que differtur affligit animã: lignũ vite desi deriũ veniens. Qui detrahit alicui rei· ipe se in futurũ obligat: qui autẽ timet preceptũ in pace versabit̃. Anime dolo se errant in peccatis·iusti aũt misericor des sunt et miserant̃. Lex sapientis fons vite:vt declinet a ruina mortis. Doctri na bona dabit gratiã: in itinere contem ptorũ vorago. Astutus oia agit cũ consi lio:qui aũt fatuus est aperit stulticiam. Nũcius impij cadet in malum. Legat⁹ fidelis sanitas Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinã:qui aũt acquiescit arguenti glorificabitur. Desideriũ si cõ pleatur·delectat animam:detestant̃ stul ti eos qui fugiunt mala. Qui cum sapi entibus graditur sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur. Peccato res ꝑsequitur malũ:& iustis retribuent̃ bona. Bonus relinquit hæredes filios & nepotes:& custodit̃ iusto substãtia pecca toris. Multi cibi in noualibus patrũ:& alijs cõgregant̃ absq; iudicio. Qui par cit virge odit filiũ suuz:qui aũt diligit il lum·instanter erudit. Justus comedit et replet animã suã venter aũt impiorũ insaturabilis. ¶ XIIII

Sapiens mulier edificat domuz suam:insipiens extructã q̃z ma nibus destruet. Ambulans re cto itinere et timens deũ : despicitur ab eo qui infami graditur via. In ore stul ti virga superbie:labia autẽ sapientũ cu stodiunt eos. Ubi nõ sunt boues·presę pe vacuũ est:vbi aũt apparent plurime segetes ibi manifesta est fortitudo bouis Testis fidelis non mentiet̃.profert aũt mendacium dolosus testis. Querit deri sor sapientiam et non inuenit:doctrina prudentiũ facilis. Vade cõtra virũ stul tum:et nescit labia prudentie. Sapien tia callidi est intelligere viã suam·& pru dentia stultor errans. Stultus illudet peccatũ :et inter iustos morabit̃ gratia. Cor qđ nouit amaritudinẽ anime sue in gaudio eius nõ miscebit̃ extraneus. Domus impiorum delebit̃ tabernacula iustorũ germinabũt. Est via que videt̃ homi iusta:nouissima aũt eius deducũt ad mortem. Risus dolore miscebit̃:& ex trema gaudij luctus occupat Ultis suis replebit̃ stultus:& super eũ erit vir bon⁹ Innocens credit omi verbo:astutus cõ siderat gressus suos. Filio doloso nihil erit boni:seruo aũt sapiẽti prosperi erũt actus:et dirigetur via eius. Sapiens timet et declinet a malo : stultus transi lit et cõfidit. Impatiens operabit̃ stulti ciam:et vir versutus odiosus est. Possi debunt paruuli iusticiam:et expectabũt astuti scientiã Jacebũt mali ante bonos et impij ante portas iustorũ Etiaz proxi mo suo pauper odiosus ẽ:amici vero di uituz multi. Qui despicit proximũ suuz

pccat:qui autem miseretur pauperi bē/
atus erit. Qui credit in dño misericor/
diā diligit:errant qui operantur maluz
Misericordia et veritas præparāt bona.
In omi opere bono erit abundātia: vbi
autem verba sunt plurima· ibi frequen
ter egestas. Corona sapientū diuitie eo
rum:fatuitas stultorū imprudentia. Li
berat animas testis fidelis·et ꝓfert mē/
datia verfipellis. In timore dñi fiducia
fortitudinis : et filijs eius erit spes. Ti/
mor domini fons vite:vt declinet a rui/
na mortȝ. In multitudine populi digni
tas regis:7 in paucitate plebis ignomi
nia principis. Qui patiens ē multa gu
bernatur sapientia : qui autem impati/
ens ē·exaltat stulticiam suā. Vita carni
um sanitas cordis:putredo ossium inui
dia. Qui calūniatur egentez:exprobrat
factori eius honorat autē eum qui mise
retur pauperis. In malicia sua repellet
impius : sperat aūt iustus in morte sua
In corde prudentis requiescit sapiētia
7 indoctos q̄sq̄ erudiet. Justicia eleuat
gentem: miseros autem facit populos
pctm. Accept⁹ ē regi minister intelligēs
iracundiā ei⁹ inutilis sustinebit. ¶ XV

Responsio mollis frangit iram:
sermo durus suscitat furorem.
lingua sapientuz ornat scienti/
am:os fatuorum ebullit stulticiam. In
omni loco oculi dñi: cōtemplantur bo/
nos et malos. Lingua placabilis lignuz
vite: que aūt immoderata ē cōteret spi
ritū. Stultus irridet disciplinā patris
sui:qui aūt custodit increpatōes astuti/
or fiet. In abundāti iustitia virtus ma/
xima ē:cogitatōes aūt ipiorū eradicabū
tur. Domus iusti plurima fortitudo:et
in fructibꝰ impij conturbatio. Labia sa/
pientum disseminabūt scientiā:cor stul
torū dissimile erit. Victime impiorum
abominabiles dño:vota iustorum placa
bilia. Abominatio ē dño via impij : qui
sequitur iusticiā diligit ab eo Doctrina
mala deserentiū viam vite. qui increpa
tiones odit morietᵉ. Infernus 7 perdi/
tio cora dño:quanto magis corda filioꝝ
hominū:? Non amat pestilēs eum qui se
corripit nec ad sapientes graditur. Cor
gaudens exhilarat faciē: in merore ani/
mi deijcitur spūs. Cor sapientis queret
doctrinā:et os stultorū pascitur imperi/
tia. Omnes dies pauperis mali:secura
mens quasi iuge cōuiniū. Melius ē pa
rum cū timore dñi q̄z thesauri magni et
insatiabiles. Melius ē vocari ad olera
cum charitate:q̄z ad vitulū saginatum
cum odio. Vir iracundus ꝓuocat rixas
qui patiens ē mitigat suscitatas. Iter
pigrorū quasi sepes spinarū via iustorū
absq̄ offendiculo. Filius sapiēs letificat
patrē:et stultus homo despicit matrem
suam. Stulcia gaudiū stulto:7 vir pru
dens dirigit gressus suos. Dissipantur
cogitatōes vbi non ē consiliū: vbi vero
sunt plures cōsiliarij·cōfirmant. Letat
homo in sentētia oris sui:et sermo opor
tunus ē optimus. Semita vite super
eruditus:vt declinet de inferno nouissi/
mo Domū superbꝰ demolietᵉ dñs:7 fir
mos faciet terminos vidue. Abomina/
tio dñi cogitatōes male: et purus ꝓmo
pulcerrimus firmabitᵉ ab eo. Cōturbat
domū suā qui sectatᵉ auariciā: q̄ aūt odit
munera viuet. Per misericordiā 7 fidē
purgantᵉ peccata:ꝑ timorē aūt dñi decli/
nat omis a malo. Mens iusti meditabi
tur obedientiā·os impiorū redūdat ma
lis. Longe ē dñs ab impijs:7 oratōes iu
storꝝ exaudiet. Lux oculoꝝ letificat aiam
fama bona impinguat ossa. Auris q̄ au/
dit increpationes vite:in medio sapien
tum cōmorabitur. Qui abijcit disciplī/
nam·despicit aiaz suā:qui aūt acquiescit
increpatōnibꝰ·possessor ē cordis. Timor
dñi disciplina sapiētie:et gloriam præce
dit humilitas. ¶ XVI

Hominis est animam præpara/
re:et domini gubernare linguā.
Omnes vie hoīm patēt oculis
eius:spirituū ponderator ē dñs. Revе/
la dño opa tua:et dirigentᵉ cogitōes tue
Uniuersa ꝓpter semetipm operatus ē do
minus:impiū q̄z ad diē maluz. Abomi
natio dñi ē oīs arrogans·etiā si manus

ad manū fuerit·non ē innocēs. Initiū vie bone facere iusticiaz:accepta ē apud deum magis q̄z imolare hostias. Miseri cordia et veritate redimitur iniquitas· et in timore dñi declinat a malo. Cū placuerint dño vie hoīs: inimicos q̄z eis conuertet ad pacē. Melius ē parū cum iusticia:q̄z multi fructus cū iniquitate. Cor hoīs disponit viā suam:sed dñi ē dirigere gressus eius. Diuinatio in labijs regis:in iudicio nō errabit os eius. Pondus et statera iudicia dñi sunt:et opa eius omnes lapides seculi. Abominabiles regi qui agūt impie:qm̄ iusticia firmat soliū. Voluntas regum labia iusta:qui recta loquit diliget. Indignatō regis nūcij mortis:et vir sapiens placabit eum. In hilaritate vultus regis vita·et clemētia eius quasi imber serotin⁹. Posside sapientiā·quia auro melior est z acquire prudentiā:qz preciosior ē argēto. Semita iustorum declinat mala:custos anime sue seruat vitam suā. Cōtritionem precedit superbia:et ante ruinā exaltabitur spiritus. Melius est humiliari cuz mitibus:q̄z diuidere spolia cū superbis. Eruditus in verbo reperiet bona:z q̄ sperat in domino beatus ē. Qui sapiens est corde:appellabit prudens:et qui dulcis eloquio maiora reperiet. Fons vite eruditio possidentis·doctrina stultorum fatuitas. Cor sapientis erudiet os eius et labijs eius addet gratiaz. Fauus melis cōposita verba: dulcedo anime sanitas ossiū. Est via q̄ videt hoī recta:et nouissima eius ducūt ad mortē. Anima laborantis laborat sibi: quia cōpulit euz os suum. Vir infipiens fodit malum:z in labijs eius ignis ardescit. Homo peruersus suscitat lites·z verbosus separat principes. Vir iniquus lactat amicū suum:et ducit eum per viam non bonam. Qui attonitis oculis cogitat prauа mouens labia sua perficiet maluz. Corona dignitatis senectus que in vijs iusticie reperietur. Melior ē patiēs viro forti:z qui dominatur animo suo expugnatore vrbiū. Sortes mittuntur in sinuz: sed a domino temperantur.

XVII

Melior est buccella sicca cum gaudio q̄z domꝰ plena victimis cuz iurgio. Seruus sapiēs dñabit stultis filijs:et inter fratres hereditatez diuidet. Sicut igne probatur argentū et aurum camino:ita corda probat dñs. Malus obedit lingue inique:z fallax obtemperat labijs mendacibus. Qui despicit pauperem exprobrat factori eius· et qui in ruina letatur alterius· nō erit impunitus. Corona senū filij filiorum: et gloria filiorum patres eorū. Non decent stultū verba cōposita nec principez labiū mentiens. Gēma gratissima expectatio prestolātis:quocūq̄z se vertit prudenter intelligit. Qui celat delictū querit amicitias:qui altero sermone repetit separat federatos. Plus proficit correctio apud prudentē:q̄z centū plage apd stultū. Semp iurgia querit malꝰ angelus aūt crudelis mittet contra euz. Expedit magis vrse occurrere raptis fetibus:q̄z fatuo cōfidenti sibi in stultia sua. Qui reddit mala pro bonis: non recedet malum de domo eius. Qui dimittit aquam caput est iurgioruz·et anteq̄z patiat contumeliā iudiciū deserit. Et q̄ iustificat impiū et qui condēnat iustuz: abominabilis est vterq̄z apud deū. Quid prodest stulto habere diuitias: cū sapiētiam emere non possit? Qui altam facit domū suam querit ruinā: et qui euitat discere incidet in malum. Omni tēpore diligit qui amicꝰ est: et frater in angustijs·cōprobat. Stultꝰ hō plaudet manibꝰ suis: cū spopōderit p amico suo. Qui meditat discordias diligit ritas:z qui exaltat os suū querit ruinā. Qui peruersi cordis est non inuenit bonū:et qui vertit linguā incidet in malū. Natus ē stultus in ignominiā suā: sed nec pī in fatuo letabit. Animꝰ gaudēs etatē floridā facit:spiritus tristis exiccat ossa. Munera de sinu impi accipit:vt puertat semitas iudicij. In facie prudentis lucet sapientia:oculi stultoꝝ in finibus terre. Ira patris filius stultus:z dolor matris

que genuit eū. Nō ē bonū damnū infer
re iusto: nec pcutere principē q̄ recta iu⁄
dicat. Qui moderat sermones suos do
ctus ⁊ prudēs ē: et pciosi spūs vir erudi
tus. Stult⁹ q̄z si tacuerit sapiēs reputa
bit: ⁊ si cōpresserit labia sua intelligens

XVIII

Occasiones querit
qui vult recedere ab amico· oī
tpe erit exprobrabilis. Nō reci⁄
pit stultus verba prudentie: nisi ea dixe
ris que versantur in corde eius. Impi⁹
cum in profundū venerit peccatorū con
tēnit: sed sequitur eū ignominia et op⁄
probriū. Aqua pfunda ex ore viri: et tor
rēs redundās fons sapiētie. Accipere p
sonā impij in iudicio nō ē bonū: vt decli
nes a vitate iudicij Labia stulti miscent
se viris: et os eius iurgia prouocat. Os
stulti cōtritio eius: et labia ipius ruina
anime eius. Verba bilinguis quasi sim
plicia: et ipa pueniunt vsq̄ ad interiora
ventris. Pigrū dejcit timor: aie aūt ef⁄
feminatorū esuriēt. Qui mollis ⁊ disso
lutus ē in ope suo: frater ē sua opa dissi
pantis. Turris fortissima nomē dñi: ad
ipam currit iustus et exaltabit. Substā
tia diuitis vrbs roboris ei⁹· ⁊ quasi mu⁄
rus validus circūdans eū. Anteq̄ cōte
ret exaltat cor homis: ⁊ anteq̄ glorificet
humiliatur. Qui prius rīdet q̄z audiat
stultū se esse demōstrat et cōfusione di⁄
gnū. Spiritus viri sustētat imbecillita
tem suā: spm̄ vero ad irascendū facilem
quis poterit sustinere? Cor prudētis pos
sidebit scientiā: et auris sapientiuz que⁄
rit doctrinā. Domū bois dilatat viā ei⁹
et ante principes spaciū ei facit. Justus
prior ē accusator sui: venit amicus ei⁹ et
inuestigabit eū. Cōtradictiones cōpri⁄
mit sors: et inter potentes q̄z diiudicat
Frater qui adiuuat a fratre q̄si ciuitas
firma: et iudicia quasi vectes urbiū. De
fructu oris viri replebit venter eius: et
genimina labiorū ipius saturabunt eū.
Mors et vita in manib⁹ lingue: qui di⁄
ligunt eam comedent fructus ei⁹. Qui
inuenit mulierē bonā: inuenit bonuz et
hauriet iocunditatē a dño. Qui expellit
mulierē bonā expellit bonum: qui aūt te
net adulterā stultus ē et insipiens. Cū
obsecrat iomb⁹ loquit pauper: et diues
effabit rigide. Vir amicabilis ad socie⁄
tatē magis amicus erit q̄z frater.

XIX

Melior ē pauper qui ambulat in
simplicitate sua: q̄z diues tor⁄
quēs labia sua ⁊ insipiens Ubi
non ē sciētia anime non ē bonū· ⁊ qui fe
stinus ē pedibus offendet Stultitia ho
minis supplantat gressus eius· et cōtra
deū feruet animo suo. Diuitie addunt
amicos plurimos: a paupe aūt et hi q̄s
habuit separant Testis falsus non erit
impunitus: et qui mendacia loquit nō
effugiet. Multi colūt psonam potentis
et amici sunt dona tribuentis. Fratres
hois paupis oderūt eum: insup et ami⁄
ci procul recesserūt ab eo Qui tm̄ verba
sectatur nihil habebit: qui aūt possessor
est mentis diligit animaz suā: et custos
prudentie inueniet bona. Falsus testis
non erit impunitus· ⁊ qui loquitur mē
datia peribit. Nō decent stultuz diuitie:
nec seruum dñari principib⁹. Doctrina
viri p patientiā noscitur: ⁊ gloria eius ē
iniqua pretergredi. Sicut fremitus le
onis ita et regis ira· et sicut ros sup her
bam ita et hilaritas eius. Dolor patris
filius stultus: et tecta iugit pstillātia li⁄
tigiosa mulier. Domus et diuitie dan⁄
tur a parentibus: a dño aut̄e ppie vxor
prudens. Pigredo immittit sopore3· et
aīa dissoluta esuriet. Qui custodit man
datum· custodit animā suā: qui aut̄e ne
gligit viā suam mortificabitur. Fenera
tur dño qui miseretur paupis: et vicis⁄
situdinē suā reddet ei. Erudi filiū tuuz
ne desperes: ad interfectionē aut̄ez eius
ne ponas animam tuā. Qui enim im⁄
patiens ē sustinebit damnū et cū rapu⁄
erit: aliud apponet. Audi consiliū ⁊ susci
pe disciplinam· vt sis sapiens in nouissi
mis tuis. Multe cogitationes in corde
viri: voluntas aūt dñi in eternū perma
nebit. Homo indigens misericors ē· et
melior ē pauper iustus q̄z vir mendax.
Timor dñi ad vitam· et in plenitudine

cõmorabit absq; visitatione pessimi. Abscõdit piger manũ suam sub ascella: nec ad os suũ applicat eã. Pestilente flagellato: stultus sapientior erit: si aũt corripuer; sapientẽ intelligit sapientiã. Qui affligit patrẽ et fugit matrẽ: ignominiosus erit et infelix. Non cesses audire fili doctrinã: nec ignores sermones scientie. Testis iniquus deridet iudiciũ: et os impiorũ deuorat iniquitatẽ. Parata sunt derisoribus iudicia: et mallei percutientes stultorum corporibus.

XX

Luxuriosa res vinũ: et tumultuosa ebrietas. Quicunq; his delectatur: non erit sapiens. Sicut rugitus leonis: ita et terra regis: q̃ provocat eũ peccat in animã suam. Honor ẽ homini qui separat se a contentionibus: omnes aũt stulti commiscent̃ cõtumelijs. Propter frig⁹ piger arare noluit: mendicabit ergo estate et nõ dabit̃ illi. Sicut aqua profunda: sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud. Multi homines misericordes vocant̃: virũ aũt fidelẽ quis inueniet? Just⁹ qui ambulat in simplicitate sua: beatos post se filios relinquit. Rex qui sedet in solio iudicij: dissipat omne malum intuitu suo. Quis põt dicere: mundũ ẽ cor meũ: purus sum a peccato? Põdus et pondus: mensura et mẽsura: vtrunq; abominabile ẽ apud deum. Ex studijs suis intelligitur puer: si mũda et recta sũt opera eius. Aurem audientem et oculũ videntem: dominus fecit vtrũq;. Noli diligere somnũ: ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos et saturare panibus. Malum ẽ malũ ẽ: dicit omnis emptor: et cũ recesserit tũc gloriabit̃. Est aurum et multitudo gẽmarũ vas aũt pretiosum labia scientie. Tolle vestimentũ ei⁹ qui fideiussor extitit alieni: et pro extraneis aufer pignus ab eo. Suauis ẽ homi panis mendacij: et postea implebit̃ os ei⁹ calculo. Cogitationes consilij roborant̃ et gubernaculis tractãda sunt bella. Ei qui revelat mysteria: et ambulat fraudulenter: et dilatat labia sua ne cõmiscear;

Qui maledicit patri suo et matri: extinguetur lumen eius in medijs tenebris. Hereditas ad quã festinat̃ in principio in nouissimo benedictione carebit. Ne dicas: reddaz malũ pro malo: expecta dominũ et liberabit te. Abominatio ẽ apõ deuz pondus et põdus: statera dolosa nõ ẽ bona. A dño dirigunt̃ gressus viri: qs autem hominum intelligere põt viam suam? Ruina ẽ homi deuotare sanctos et post vota retractare. Dissipat impios rex sapiens et incuruat super eos fornicem. Lucerna domini spiraculum hominis: que inuestigat omnia secreta ventris. Misericordia et veritas custodiũt regem: et roboratur clementia thronus eius. Exultatio iuuenum fortitudo eorum et dignitas senum canicies. Liuor vulneris absterget mala: et plage in secretioribus ventris.

XXI

Sicut diuisiones aquar: ita cor regis in manu dñi: quocũq; voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videt̃: appendit autez corda dñs. Facere misericordiã et iudicium: magis placet dño q̃ victime. Exaltatio oculorum ẽ dilatio cordis: lucerna impiorũ peccatum. Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis aũt piger in egestate ẽ. Qui congregat thesauros lingua mendacij vanus et excors ẽ: et impinguetur ad laqueos mortis. Rapine impiorum detrahent eos: quia noluerunt facere iudicium. Peruersa via viri aliena ẽ a deo qui autẽ mundus est rectum opus eius. Melius ẽ sedere in angulo domatis: q̃ cum muliere litigiosa et in domo cõmuni. Anima impij desiderat malũ: non miserebit̃ proximo suo. Multato pestilente sapiẽtior erit paruulus: et si sectet̃ sapientem sumet scientiam. Excogitat iustus de domo impij: vt detrahat impios a malo. Qui obturat aurem suã ad clamorem pauperis: et ipe clamabit et non exaudietur. Munus⁹ absconditum extinguit iras: et donum in sinu indignationem maximaz. Gaudium iusto est facere iudicium et pauor

operantibus iniquitatē Vir qui erraue
rit in via doctrine:in cetu gigantiuz cō/
morabitur. Qui diligit epulas ī egesta
te erit:qui amat vinū ⁊ pinguia nō dita
bitur Pro iusto dabiť impius ⁊ p recto
iniquus. Melius est habitare in terra
deserta:qz cū muliere rixosa et iracunda
Thesaurus desiderabilis et oleū in ha/
bitaculo iusti et imprudens hō dissipa/
bit illō. Qui sequiť iusticiā ⁊ misericor/
diā·inueniet vitā ⁊ iusticiā et gloriā. Ci
uitatē fortiū ascendit sapiēs:destruitqz
robur fiducie eius. Qui custodit os su/
um et linguā suā:custodit ab angustijs
animā suam. Superbus et arrogans
vocatur indoctus:qui in ira operatur sup
biam. Desideria occidunt pigrū·nolue
rūt enī quicqz manus eius opari. Tota
die cōcupiscit et desiderat: qui aūt iust⁹
est tribuet et non cessabit. Hostie impi
orum abominabiles que offerunť ex sce
lere. Testis mendax peribit:vir obediēs
loquetur victoriam. Vir impius procа
citer obfirmat vultum suū:qui autē re/
ctus est corrigit viā suam. Non ē sapien
tia·non ē prudentia:non ē consiliū con
tra dñm. Equus paratť ad diē belli: dñs
autē salutem tribuit. XXII

Melius ē nomē bonuz qz diuitie
multe:sup argentū enī et aurū
gratia bona. Dives et paup ob
uiauerunt sibi:vtriusqz operator est dñs.
Callidus videt malū·⁊ abscondit se:ino/
cens ptransijt et afflictus ē damno. Fi
nis modestie timor dñi:diuitie et glia ⁊
vita. Arma et gladij in via supbi custos
aūt anime sue lōge recedit ab eis. Pro/
uerbiū ē·adolescens iuxta viā suā gdiť
etiaz cū senuerit non recedet ab ea. Di
ues pauplb⁹ imperat·et q̄ accipit mutu
um seruus ē fenerantis. Qui seminat
iniquitatē metet mala·et virga ire sue
consūmabiť. Qui pnus ē ad misericordiā
benedicetť:d panib⁹ enī suis dedit paupi
Victoriaz et honorem acquiret qui dat
munera:aiam aūt aufert accipientium.
Ejice derisorē ⁊ exibit cū eo iurgiū cessa
buntqz cause et cōtumelie. Qui diligit
cordis mūditiam:ppter gratiā labioruz
suor habebit amicū regē. Oculi dñi cu/
stodiunt scientiā:et supplātanť verba ini/
qui. Dicit piger:leo ē foris·i medio pla
tearū occidendus sum. Fouea profun/
da os aliene:cui iratus ē dñs incidet in
eam. Stultia colligata ē in corde pueri
et virga disципline fugabit eam Qui ca
lumniatur pauperem vt augeat diuiti
as suas:dabit ipeditiori et egebit. Fili
mi inclina aurem tuā·et audi verba sa/
pientiū. Appone autē cor ad doctrinam
meā:que pulcra erit tibi cuz seruaueris
eam in ventre tuo. Et redundabit in la
bijs tuis:vt sit in dño fiducia tua. Unō
et ostendam eam tibi hodie. Ecce descri
psi eam tibi tripliciter in cogitationib⁹
et scientia:vt ostenderem tibi firmitatē
et eloquia veritatis:respondere ex eis il
lis·qui miserunt te. Non facias violen
tiam pauperi qz pauper ē·neqz conteraſ
egenum in porta:quia iudicabit dominꝰ
causam eius:et cōfiget eos qui confire/
rūt animam eius. Noli esse amicus ho/
mini iracūdo neqz ābules cū viro furio
so:ne forte discas semitas eiꝰ·et sumas
scandalum anime tue. Noli esse cū his
qui defigunt manus suas·et qui vades
se offerunt pro debitis. Si enim nō ha
bes vnde restituas quid cause ē vt tol/
lat operimentum de cubile tuo? Ne trās
grediaris terminos antiqs:quos posue
rūt patres tui. Vidisti virū velocē in ope
re suo:coram regibus stabit: nec erit an
te ignobiles. XXIII

Quando sederis vt comedas cū
q principe· diligenter attende q̄
sunt apposita ante faciem tuaz:
Et statue cultrū in gutture tuo:si tamē
habes in ptāte animā tuā. Ne desideres
de cibis eius:in quo est panis mendacij
Noli laborare vt diteris: sed prudentie
tue pone modum. Ne erigas oculos tu
os ad opes quas nō potes habere: quia
faciēt sibi pēnas quasi aquile ⁊ volabūt
in celum. Ne comedas cū homine inui/
do·et ne desideres cibos eius:qm̄ in simi
litudinē arioli ⁊ coniectoris estimat qō

ignorat Comede ⁊ bibe dicet tibi:⁊ mẽs eius nõ ẽ tecũ. Cibos quos comederas euomes: et pdes pulcros sermones tuos. In auribꝫ insipientiũ ne loquaris: quia despiciẽt doctrinaz eloquiũ tui. Ne attingas paruulorũ terminos:et agruz pupillorꝫ ne introeas Propinquus enĩ illorũ fortis est: et ipe iudicabit cõtra te causaz illorũ. Ingrediatur ad doctrinaz cor tuuz:et aures tue ad verba scientie. Noli subtrahere a puero disciplinam:si eni pcusseris eũ virga non morietꝫ. Tu virga pcuties eũ:et animã eius de inferno liberabis. Fili mi si sapiẽs fuerit animus tuus gaudebit tecũ cor meũ:et exultabũt renes mei cum locuta fuerint recta labia tua. Non emuletur cor tuuz pctores · sed in timore dñi esto tota die:quia habebis spem in nouissimo:et prestolatio tua nõ auferet. Audi fili mi et esto sapiẽs:et dirige in via animũ tuum. Noli esse in cõuiuijs potatorꝫ nec in comessationibꝫ eorꝫ qui carnes ad vescẽdum conferũt:qz vacãtes potibus ⁊ dãtes symbola cõsumentur: ⁊ vestietur pãnis dormitatio. Audi patrẽ tuuz qui genuit te:et ne contẽnas cuz senuerit mater tua. Veritatẽ eme: ⁊ noli vendere sapientiã et doctrinam et intelligentiam. Exultat gaudio pater iusti: qui sapientem genuit:letabit in eo. Gaudeat pater tuus et mater tua: et exultet qui genuit te. Prebe fili mi cor tuum mihi:et oculi tui vias meas custodiant. Fouea enĩ pfunda ẽ meretrix:⁊ putꝰ angustus aliena. Insidiat in via quasi latro: ⁊ qs incautos inuenerit interficiet. Cui ve· cuius patri ve· cui rixe· cui fouee· cui sine causa vulnera · cui suffossio oculorꝫ: Nõne his qui cõmorant in vino:et student calicibus epotãdis ? Ne intuearis vinũ qñ flauescit:cũ splẽduerit in vitro colos eius. Ingredit blande et in nouissimo mordebit vt colubꝛ: et sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbũt extraneas:et cor tuũ loquet prversa Et eris sicut dormiẽs in medio mari:et q̃si sopitus gubernator amisso clauo· et dices: Verberauerũt me sed nõ dolui: traxerunt me ⁊ ego nõ sensi. Qñ euigilabo et rursus vina reperiam.

XXIIII

Ne emuleris viros malos nec desideres esse cum eis: quia rapinas meditatur mẽs eorꝫ: ⁊ fraudes labia eorũ loquũtur. Sapiẽtia edificabitur dom⁹: et prudẽtia robꝛabitur. In doctrina replebunt cellaria :vniuersa substãtia pciosa ⁊ pulcerrima. Vir sapiens fortis est et vir doctus robustus et validus:quia cũ dispositione initur bellum · et erit salus vbi multa cõsilia sunt Excelsa stulto sapientia:in porta nõ aperiet os suum. Qui cogitat mala facere: stultus vocabitur. Cogitatio stulti peccatum ẽ:et abominatio hoim detractor. Si desperaueris lapsus in die angustie imminuet fortitudo tua. Erue eos qui ducuntur ad mortẽ: et qui trahũtur ad interitum liberare ne cesses. Si direris vires nõ suppetunt:qui inspector est cor dis ipe intelligit · et seruatorem anime tue nihil fallit: reddetqꝫ homi iurta opera sua. Comede fili mi mel quia bonum est:et fauum dulcissimum gutturi tuo. Sic ⁊ doctrina sapiẽtie anime tue: quã cum inueneris · habebis in nouissimis spem · et spes tua non peribit. Ne insidieris et queras impietatem in domo iusti:neqꝫ vastes requiem eius. Septies enim in die cadet iustus et resurget:impij autem corruent in malum. Cum ceciderit inimicus tuꝰ ne gaudeas · ⁊ in ruina eius ne exultet cor tuũ:ne forte videat dñs ⁊ displiceat ei:⁊ auferat ab eo irã suam. Ne cõtendas cum pessimis · nec emuleris impios:quoniã nõ hñt futurorũ spem mali:et lucerna impiorũ extinguet. Time dñm fili mi et regẽ:⁊ cũ detractoribꝫ non cõmiscearis. Qñ repẽte consurget pditio eorꝫ:et ruinã vtriusqꝫ quis nouit? Hec qꝫ sapiẽtibꝫ. Cognoscere personaz in iudicio non est bonuz. Qui dicunt impio iustus es · maledicẽt eis populi: et detestabuntur eos tribus Qui arguunt eũ laudabũtur:⁊ sup eos veniet benedictio. Labia deosculabitur

qui recta verba rñdet. Prepara foꝛ op⁹ tuum: et diligēter exerce agrū tuū: ⁊ postea edifices domū tuā. Ne sis testis frustra cōtra proximū tuuꝫ. nec lactes quēq̄ labijs tuis. Ne dicas: quomodo fecit mihi sic faciam ei: et reddā vnicuiq̄ ꝑm opus suum. Per agrum hoīs pigri trāsiui: et per vineam viri stulti. Et ecce totum repleuerant vrtice. et operuerāt superficiē eius spine: et maceria lapidū destructa erat. Qd̄ cū vidissez posui in corde meo: et exemplo didici disciplinā. Vsq̄quo piger dormies: vsq̄quo de somno consurges? Parum inquā dormies modicum dormitabis. pauxillum man⁹ conseres vt quiescas. et veniet tibi quasi cursor egestas tua et mendicitas quasi vir armatus.

XXV

HEq̄z parabole salomonis: quas transtulerūt viri ezechie regis iuda. Gloria dei est celare verbū et gloria regū inuestigare sermonē. Celum sursuꝫ et terra deorsum: et cor regū inscrutabile. Aufer rubiginē de argēto: et egredieť vas purissimū. Aufer impietatez de vultu regis: et firmabiť iustitia thronus ei⁹. Ne gloriosus appareas coram rege: et in loco magnorum ne steteris. Melius est enī vt dicatur tibi. ascēde huc: q̄z vt humilieris coram principe Que viderunt oculi tui ne preferas in iurgio cito: ne postea emēdare nō possis cū dehonestaueris amicū tuū. Causam tuam tracta cū amico tuo. et secretū extraneo ne reueles: ne forte insultet tibi cum audierit. et exprobrare non cesset. Gratia et amicitia liberāt: quas tibi serua. ne exprobrabil' fias. Mala aurea in lectis argenteis. qui loquitur verbuꝫ in tempore suo. Inauris aurea et margarita fulgēs: qui arguit sapientem et aurē obedientem. Sicut frigus niuis in die messis: ita legatus fidelis ei qui miserit eū: aīam ip̄ius requiescere facit. Nubes et ventus ⁊ pluuie nō sequētes. vir gloriosus ⁊ ꝓmissa nō cōplens. Patientia lenieť princeps: et lingua mollis cōfringet duritiā. Mel inuenisti. comede qd̄ sufficit tibi: ne forte satiatus euomas illud. Subtrahe pedem tuum de domo ꝓximi tui: neq̄n satiatus oderit te. Iaculum et gladius et sagitta acuta: homo q̄ loquitur contra proximū suum falsum testimoniuꝫ. Dens putridus et pes lassus. qui sperat sup infideli in die angustie: et amittit palliū in die frigoris Acetum in nitro: qui cantat carmina cordi pessimo. Sicut tinea vestimēto ⁊ vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi. Si esurierit inimicus tuus ciba illum: si sitit da ei aquam bibere. Prunas eniꝫ cōgregabis super caput eius et dominus reddet tibi. Vent⁹ aquilo dissipat pluuias: et facies tristis linguam detrahentez. Melius est sedere in angulo domatis: q̄z cum muliere litigiosa. et in domo cōmuni. Aqua frigida aīe sitiēti: et nūcius bonus de terra longinqua. Fons turbatus pede et vena corrupta: iustus cadens corā impio. Sicut qui mel multū comedit nō est ei bonū: sic qui scrutator est maiestatis opprimeť a gloria. Sicut vrbs patens ⁊ absq̄ murorum ambitu ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

XXVI

QUomodo nix in estate: et pluuie in messe: sic indecēs: est stulto gloria. Sicut auis ad alta transuolnas. ⁊ passer quolibet vadens: sic maledictū frustra ꝓlatū in quēpiam superueniet. Flagellū equo et chamus asino. et virga in dorso imprudentium. Ne respondeas stulto iuxta stulticiā suam: ne efficiar⁹ ei similis. Responde stulto iuxta stulticiā suā: ne sibi sapiēs eē videatur. Claudus pedibus et iniquitatez bibens: qui mittit verba per nunciū stultuꝫ. Quō pulcras frustra habet claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola. Sicut qui mittit lapidem in aceruum mercurij: ita qui tribuit insipiēti honorē. Quomodo si spina nascatur in manu temulenti: sic parabola in ore stultorū. Iudiciū d̄terminat causas et qui imponit stulto silentiū iras mitigat. Sicut canis q̄ reuertiť ad vomitū

suum: sic imprudēs qui iterat stulticiaz suam Vidisti hominē sapientē sibi videri: magis illo spem habebit insipiēs. Dicit piger leo est in via. et leena in itineribus. Sic ostiū vertit in cardine suo: ita piger in lectulo suo. Abscōdit piger manus sub ascella sua. et laborat si ad os suum eas cōuerterit. Sapientior sibi stultus videtur: septem viris loquentibus sententias. Sicut qui apprehendit auribus canē: sic qui transit ⁊ impatiēs cōmiscet rixe alterius. Sicut noxius est q̄ mittit sagittas ⁊ lāceas in mortē: ita vir qui fraudulent nocet amico suo: ⁊ cū fuerit deprehensus dicet: ludens feci. Cū defecerint ligna extinguet ignis: et susurrone subtracto. iurgia ꝯquiescunt. Sic carbones ad prunas et ligna ad ignē: sic hō iracūdus suscitat rixas. Verba susurronis quasi simplicia. et ipa ꝑueniūt ad intima cordis. Quō si argento sordido ornare velis vas fictile. sic labia tumentia cuz pessimo corde sociata. Labijs suis intelligit inimicos: cum in corde tractauerit dolos. Qn̄ submiserit vocez suam ne credideris ei: qm̄ septez nequicie sunt in corde illius. Qui opit odiū fraudulēter: reuelabit malitia ei⁹ in cōcilio. Qui fodit foueam incidet in eam: et q̄ voluit lapidem reuertet ad eū. Lingua fallax non amat veritatem ⁊ os lubricū operatur ruinas.

XXVII

Ne glorieris in crastinū: ignorās quid superuentura pariat dies. Laudet te alienus ⁊ nō os tuū. extraneus et nō labia tua. Graue ē saxū ⁊ onerosa arena: sed ira stulti vtroqz grauior. Ira non hēt misericordiā. nec erū pens furor. ⁊ impetū cōcitati spūs ferre quis poterit? Melior est manista correctio q̄z amor abscōditus. Meliora sunt vulnera diligētis: q̄z fraudulēta oscula odiētis. Anima saturata calcabit fauū. ⁊ aīa esuriēs etiā amaꝝ ꝓ dulci sumet. Sicut auis trāsmigrās de nido suo: sic vir qui derelinquit locū suū Unguēto ⁊ varijs odoribꝫ delectat cor. et bonis amici cōsilijs aīa dulcorat. Amicū tuū et amicuz patris tui ne dimiseris. ⁊ domū fratris tui ne ingrediaris in die afflictōis tue. Melior est vicinus iuxta: q̄z frater ꝓcul. Stude sapīe fili mi et letifica cor meū: vt possis exprobrāti rn̄dere sermonē. Astut⁹ vidēs malū abscōditus est: ꝑuuli transeuntes sustinuerūt dispēdia. Tolle vestimentū eius q̄ spōpōdit ꝓ extraneo. et ꝓ alienis aufer ei pign⁹. Qui benedicit ꝓximo suo voce grādi de nocte consurgēs: maledicenti similis erit. Tecta ꝑ stillantia in die frigoris ⁊ litigiosa mulier cōparant. Qui retinet eam quasi qui ventum teneat: et oleū dextre sue euacuat. Ferrū ferro exacuit: ⁊ homo exacuit faciē amici sui. Qui seruat ficū comedet fruct⁹ eius: et qui custos est dn̄i sui glorificabit. Quō in aquis resplendēt vult⁹ ꝓspicientiū: sic corda hominū manifesta sunt prudētibꝫ. Infern⁹ ⁊ perditio nunq̄z replent: similiter ⁊ oculi hominū insatiabiles. Quō ꝓbat in conflatorio argentū: et in fornace aurū: sic probat hō ore laudantis. Cor iniqui inq̄rit mala: cor aūt rectū inquirit sciaz. Si cōtuderis stultū in pila q̄si ptisanas feriēte desuꝑ pilo: nō auferetur ab eo stultia eius. Diligenter agnosce vultū pecoris tui: tuosqz greges cōsidera. Nō enī habebis iugiter ptātez: sed corona tribuetur tibi in generatione ⁊ generatōem. Aperta sunt prata ⁊ apparuerūt herbe virētes et collecta sunt fena de mōtibꝫ Agni sūt ad vestimentum tuū et hedi ad agri precium. Sufficiat tibi lac caprarū ī cibos tuos et in necessaria domus tue ⁊ ad victum ancillis tuis.

XXVIII

Fugit impius nemine ꝑsequente: iustus aūt quasi leo confidēs absqz terrore erit Propter pctā terre multi principes eius: ⁊ ꝓpter hoīs sapientiā et horū scientiam que dicunt vita ducis longior erit. Vir pauper calumnians pauperes: similis est imbri vehementi in q̄ parat fames. Qui derelinquūt legē: laudāt impiuz. qui custodiūt succenduntur contra euz. Viri mali nō cogitāt iudiciū: qui autē inquirūt dn̄m

animaduertunt omīa. Melior est paup̄
ambulans in simplicitate sua: q̄ꝫ diues
in prauis itineribus. Qui custodit legē
filius sapiēs est. qui autem comesatores
pascit: confundit patrem suū. Qui coa-
ceruat diuitias vsuris et fenore liberali
in pauperes cōgregat eas. Qui declinat
aures suas ne audiat legem: oratio eius
erit execrabilis. Qui decipit iustos ī via
mala in interitu suo corruet: et simpli-
ces possidebunt bona eius. Sapiens si
bi videtur vir diues: pauper autez pru-
dens scrutabit̄ eum. In exultatione iu
storū multa gloria est: regnātibꝫ impijs
ruine hominum. Qui abscondit scelera
sua non dirigeť: qui autē confessus fue
rit ⁊ reliquerit ea misericordiā ꝯseque-
tur. Beatꝰ hō qui semp̄ ē pauidus: qui
vero mētis est dure. corruet in malum.
Leo rugiēs ⁊ vrsus esuriēs: prīcipes im
pius sup̄ ꝓpl'm pauperē. Dux indigens
prudētia. multos opprimet p̄ calumniā
qui aūt odit auaritiā longi fiēt dies eiꝰ
Hoīez qui calumniať anime sanguinez
si vsq̄ꝫ ad lacum fugerit nemo sustinet.
Qui ambulat simpliciter saluꝰ erit: qui
p̄uersis gradit̄ vijs cōcidet semel. Qui
op̄ať terrā suam satiabit̄ panibꝫ: qui au
tem sectať ociū replebit̄ egestate. Vir fi
delis multū laudabit̄. qui autez festinat
ditari: nō erit innocēs. Qui cognoscit
in iudicio faciem non bene facit iste ⁊ ꝓ
buccella panis deserit veritatē. Vir qui
festinat ditari ⁊ alijs inuidet: ignorat q̄ꝫ
egestas superueniet ei. Qui corripit ho
minem: gr̄am postea inueniet apud euz
magis q̄ꝫ ille qui per lingue blandimen
ta decipit. Qui subtrahit aliquid a pr̄e
suo vel a matre: ⁊ dicit: hoc nō esse pecca
tum: particeps homicide est. Qui se ia-
ctat et dilatat. iurgia concitat: qui vero
sperat in dn̄o saluabit̄. Qui confidit in
corde suo stultus est: qui autē gradit̄ sa-
pienter ip̄e laudabit̄. Qui dat pauperi
non indigebit: qui despicit deprecantē
sustinebit penuriam Cū surrexerint im
pij abscondent̄ hoīes: cum illi perierint
multiplicabuntur iusti. XXIX

Viro qui corripientem dura cer
uice contēnit. repentinus ei su
perueniet interitꝰ: ⁊ eū sanitas
nō sequeť. In multiplicatione iustorū
letabit̄ vulgus: cū impij sūpserint prin
cipatū gemet ꝓpl's. Vir qui amat sapiē-
tiam letificat patrē suū: qui aūt nutrit
scortū p̄det substātiā. Rex iustus erigit
terrā: vir auarus destruet eaz. Homo q̄
blandis fictisq̄ꝫ sermonibꝫ loquit̄ ami-
co suo: rete expandit gressibꝫ eius. Pec-
cantem virū iniquū inuoluet laqueus
et iustus laudabitur atq̄ꝫ gaudebit. No
uit iustus causam pauperuz: impiꝰ igno
rat scientiaz. Homines pestilentes dis-
sipant ciuitatem: sapientes vero auer-
tunt furorem. Vir sapiens si cuz stulto
ꝯtenderit: siue irascať siue rideat: nō in
ueniet requiē. Viri sanguinū oderunt
simplicē: iusti aūt querūt aīaz eius. To-
tum spm̄ suū ꝓfert stultus: sapiens dif
fert et reseruat in posterū. Princeps q̄
libenter audit verba mendacij. omnes
ministros habet impios. Pauper ⁊ cre
ditor obuiauerūt sibi: vtriusq̄ꝫ illumīa-
tor est dn̄s. Rex qui iudicat in veritate
paup̄es: thronꝰ eius in eternuz firma-
bitur. Virga atq̄ꝫ correctio tribuit sapiē
tiam: puer autē qui dimittit̄ voluntati
sue confundit matrē suā. In multipli-
catione impiorū multiplicabunt̄ scele-
ra et iusti ruinas eoꝝ videbūt. Erudi fi
lium tuū et refrigerabit te: et dabit deli
tias aīe tue. Cū ꝓphetia d̄fecerit dissipa
bit̄ ꝓpl's: qui vero custodit legē beatus ē
Seruus verbis nō pōt erudiri: quia q̄d
dicis intelligit. ⁊ rn̄dere contēnit. Vidi
sti hoīez velocē ad loquendum: stulticia
magis sperāda est q̄ꝫ illiꝰ correctio. Qui
delicate a puericia sua nutrit seruū suū:
postea sētiet eū ꝯtumacē. Vir iracūdꝰ ꝓ
uocat rixas. ⁊ q̄ ad īdignādū facil' est. erit
ad peccādū ꝓcliuior. Sup̄bū sequit̄ hu
militas. ⁊ humilem spū suscipiet gloria
Qui cū fure p̄ticipat odit animā suam:
adiurantem audit. et non indicat. Qui
timet hominē cito corruet: qui sperat in
dn̄o subleuabit̄. Multi requirunt faciē

principis et iudiciū a dño egredit singulorum. Abominant iusti virum impiuz et abominantur impij eos qui in recta sunt via. Uerbum custodiens filius ex tra perditionem erit. XXX

Uerba cōgregantis filij vomēt. Uisio quaz locutus est vir cum quo est deus et qui deo secū morante cōfortatus ait: Stultissimus suz virorū et sapiētia hoim nō ē mecuz. Nō didici sapientiā. et noui sciam sanctorū. Quis ascēdit in celū atq; descēdit: Quis cōtinuit spiritū in manib suis: Quis colligauit aquas quasi in vestimento: Quis suscitauit omēs terminos terre: Quod nomē ē eius et quod nomē filij eius si nosti: Omis sermo dei ignitus: clypeus ē oīb sperantib in se Ne addas quicq; verbis illus et arguaris: inueniaris q; mēdax. Duo rogaui te: ne deneges mihi anteq; moriar. Uanitatem et verba mendacia longe fac a me. Mendicitatem et diuitias ne dederis mihi. Tribue tantū victui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negandum: et dicā quis est dñs. aut egestate cōpuls furer et periurem nomen dei mei. Ne accuses seruuz ad dñm suū: ne forte maledicat tibi et coruas. Generatio que patri suo maledicit: et que matri sue nō benedicit Generatio que sibi munda videtur: et tamen non est lota a sordibus suis. Generatio cuius excelsi sunt oculi et palpebre eius in alta surrecte. Generatio que p dentib gladios habet et commādit molaribus suis: vt comedat inopes de terra et pauperes ex hominib. Sanguisuge due sunt filie: dicentes affer affer. Tria sunt insaturabilia et quartum quod nunq; dicit sufficit. Infernus et os vulue et terra que nō satiatur aqua. ignis vero nunq; dicit sufficit. Oculuz qui subsannat patrez et qui despicit partum matris sue. suffodiant eum corui de torrētibus. et comedāt eum filie aquile. Tria sunt difficilia mihi: et quartum penitus ignoro. Uiaz aquile in celo. viā colubri sup petrā. viam nauis in medio mari: et viā viri in adolescentia. Talis est et via mulieris adultere que comedit et tergēs os suū dicit: Non sum opata malū. Per tria mouet terra: et quartum quod non potest sustinere. Per seruum cum regnauerit. per stultum cum saturatus fuerit cibo. et per odiosaz mulierem cū in matrimonio fuerit assumpta. et per ancillam cum fuerit hres domine sue. Quattuor sunt mīma terre: et ipsa sunt sapientiora sapientib. Formice populus infirmus: qui ꝑparat in messe cibū suum. Lepusculus plebs infirma. qui collocat in petra cubile suū. Regem locusta non habet: et egreditur vniuersa per turmas suas. Stellio manibus nititur: et morator in edib regis Tria sunt que bene gradiunt: et quartuz quod incedit feliciter. Leo fortissim bestiarū: ad nullius pauebit occursuz Gallus succinctus lumbos suos: et aries nec est rex qui resistat ei. et qui stultus apparuerit. postq; eleuat est in sublime. Si enī intellexisset: ori suo imposuisset manum. Qui aūt fortiter premit vbera ad eliciendū lac. exprimit butyrū et qui vehementer emungit. elicit sanguinem: et qui prouocat iras producit discordias.

Uerba lamuelis regis. XXXI

Uisio qua erudiuit eū mater sua. Quid dilecte mi: quid dilecte vteri mei: quid dilecte votoruz meoruz: Ne dederis mulieribus substātiam tuam: et diuitias tuas ad delēdos reges. Noli regibus o lamuel. noli regibus dare vinum: quia nullū secretum est vbi regnat ebrietas. Ne forte bibant et obliuiscantur iudiciorum et mutent causaz filioꝝ paupis. Date siceram merentib. et vinū his q̄ amaro sūt aio. Bibāt et obliuiscāt egestat sue et dolor sue nō recordent amplius. Aperi os tuum: muto et causis oīm filioꝝ q̄ ptranseūt. Aperi os tuum. decerne quod iustū est. et vindica inopem et pauperem. Aleph Mulierē fortē quis inueniet: procul et de vltimis finib pcium eius. Beth. Cōfidit in ea cor viri sui. et spoliis nō indige

bit. Gymel. Reddet ei bonū ⁊ nō maluz omibus diebꝫ vite sue. Deleth. Quesi uit lanam et linū. et operata est consilio manuum suarū. He. Facta est quasi na uis institoris de longe portans panē su um. Uau. De nocte surrexit deditq; pre dam domesticis suis et cibaria ancillis suis. Zai. Considerauit agrum et emit eum: de fructu manuum suarum plan tauit vineam. Heth. Accinxit fortitudi ne lumbos suos. et roborauit brachium suum. Teth. Gustauit et vidit quia bo na est negociatio eius non extinguetur in nocte lucerna eius. Joth. Manū su am misit ad fortia. et digiti eius appre henderunt fusum. Caph. Manum suaz aperuit inopi. et palmas suas extendit ad pauperem. Lamech. Non timebit do mui sue a frigoribus niuis. omnes eniz domestiti eius vestiti sunt duplicibus. Mem. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus et purpura indumentū eiꝰ. Nun Nobilis in portis vir eius: quando se derit cum senatoribus terre. Samech. Syndonē fecit et vendidit: et cinguluz tradidit chananeo. Ayn. Fortitudo ⁊ de cor indumentū eius: ⁊ ridebit in die no uissimo. Phe Os suuz aperuit sapiētie. et lex clementie in liugua eius. Sade Cōsiderauit semitas domꝰ sue: et panē ociosa nō comedit. Coph. Surrexerūt filij eius et beatissimam predicauerunt vir eius et laudauit eam. Res. Multe filie congregauerunt diuitias: tu super gressa es vniuersas. Syn Fallax gratia et vana est pulcritudo: mulier timēs do minum ipa laudabitur. Thau. Date ei de fructu manuum suarum: et laudent eam in portis opera eius.

Expliciūt ꝓuꝫbia salomōis Incipit ꝓlo gus sci Hieronymi in libꝝ Ecclesiasten

Memini me ante hoc ferme quinquenniuz. cuz adhuc rome essem et ecclesiasten sancte blesille legerem. vt eam ad contemptū mundi huius pro uocarem. et omne quod in mundo cer nerer putaret esse ꝓ nihilo. rogatuz ab ea: vt in morem cōmentarioli. obscura queq; dissererem vt absq; me posset in telligere que legebat. Itaq; qm̄ in pro cinctu nostri operꝫ subita morte subtra cta est: et vbi non meruimus a paula et eustochium talez vite nostre habere cō sortem: tanto vulnere tūc percussus ob mutui. nunc in bethleem positus. angu stiore videlicet ciuitate. ⁊ illius memo rie et vobis reddo qđ debeo. Hoc breui ter āmonens ꝙ nullius autoritatē secu tus sum: sed de hebreo transferens: ma xime septuaginta interpretū cōsuetudi ni me coaptaui: in his dūtaxat que non multū ab hebraicis discrepabāt. Inter dū aquile q̄z ⁊ symmachi et theodotio nis recordatus suz: vt nec nouitate ni mia. lectoris studiū deterrerē: nec rursū contra conscientiā meā fonte veritatis omisso: opinionū riuulos consectarer.

Explicit prologus sancti Hieronimi. Incipit liber ecclesiastes Capitulū I

que mihi dant': qm̃ ip̃e sapiẽtie dux est.
⁊ sapientiũ emendator. In manu enĩ il
lius ⁊ nos ⁊ sermones nostri. ⁊ om̃is sa
pientia. ⁊ operũ scientie disciplina. Ip̃e
enim dedit mihi horũ que sunt scientiaz
veram: vt sciam dispositionez orbis ter-
rarum. ⁊ virtutes elementoruz: initiuz
⁊ cõsummationẽ ⁊ medietatem tempo-
rũ. vicissitudinũ ꝑmutatiões. ⁊ cõsum-
matiões tẽpoꝝ. ⁊ moꝝ mutatiões. diui-
siones tẽpoꝝ. anni cursus. ⁊ stellarũ di-
spositiones. naturas aĩaliũ. ⁊ iras bestia
rũ: vim ventorũ. ⁊ cogitatiões hoĩm. dif
ferẽtias virgultoꝝ. ⁊ virtutes radicũ. ⁊
quecũq̃z sunt absconsa ⁊ improuisa didi
ci. Omniũ eniz artifex docuit me sapiẽ-
tia. Est enim in illa spiritꝰ intelligentie
sanctus. vnicus multiplex. subtilis. di-
sertus. mobilis. incoinquinatus. certꝰ.
sauauis. amans bonũ. acutus: qui nihil
vetat benefacere. humanꝰ. benignus. sta
bilis. certus. securus: om̃ez habens vir-
tutẽ. om̃ia prospiciens ⁊ qui capiat om-
nes spũs intelligibiles: mũdus. subtil'.
Om̃ibꝫ enĩ mobilibꝫ mobilior est sapĩa
Attingit aũt vbiq̃z ꝓpter suã mundiciã
Uapor est enĩ virtutis dei. et emanatio
quedã est claritatis om̃ipotentis dei sin
cera. ⁊ ideo nihil inquinatũ in eã incur-
rit. Candor est enim lucis eterne ⁊ spe-
culum sine macula dei maiestatis. ⁊ ima
go bonitatis illiꝰ. Et cũ sit vna. om̃ia po
test. ⁊ in se ꝑmanens. om̃ia innouat. ⁊ ꝑ
nationes in animas sanctas se trãsfert.
Amicus dei ⁊ ꝓphetas ꝯstituit. Neminẽ
enim diligit deus: nisi euz qui cũ sapĩa
inhabitat. Est eniz hec speciosior sole. et
super om̃em dispositionez stellaruz. luci
comparata inuenitur prior. Illi succe-
dit nox: sapĩam autẽ non vincit malicia

VIII

Attingit ergo a fine
vsq̃z ad finez fortiter. ⁊ disponit
om̃ia suauiter. Hanc amaui et
exquisiui eam a iuuentute mea. ⁊ quesi
ui sponsam mihi eam assumere: ⁊ ama-
tor factus sum forme illius. Generosi-
tatẽ illiꝰ glorificat cõtubernium habens
dei: sed ⁊ oĩm dñs dilexit illam. Doctrix
enim est discipline dei ⁊ electrix operum
illius. Et si diuitie appetuntur in vita:
quid sapiẽtia locupletius que operatur
omnia? Si autẽ sensus operatur. quis
horum que sunt magis q̃z illa est artifex
Et si iusticiam quis diligit: labores hu-
ius magnas habent virtutes. Sobrie-
tatem enim ⁊ prudentiã docet. ⁊ iusticiã
⁊ virtutem quibus vtilius nihil est in
vita hoĩbus. Et si multitudinẽ scientie

desiderat q̄s: scit p̄terita ⁊ de futur̄ esti-
mat. scit versutias sermonū ⁊ dissoluti-
ones argumētorū. signa ⁊ monstra scit
anteq̄ fiant. ⁊ euētus tempor̄ ⁊ seculor̄
Proposui ergo hanc adducere mihi ad
cōuiuādum. sciens q̄m̄ mecuz cōicabit
de bonis. ⁊ erit allocutio cogitatiōis ⁊ te
dij mei. Habebo ꝓpter hanc claritatē ad
turbas. ⁊ honorē apud seniores. Iuue-
nis ⁊ acutus inueniar ī iudicio. ⁊ in cō-
spectu potentiū ammirabilis ero. ⁊ faci-
es principū mirabūtur me. Tacentem
me sustinebūt: loquētez me respicient.
⁊ sermocināte me plura. manus ori suo
imponēt. Preterea habebo per hanc im
mortalitatem. ⁊ memoriā eternam his
qui post me futuri sunt relinquā. Dispo
nam populos: ⁊ natiōes mihi erūt sub-
dite. Timebunt me audiētes reges hor
rendi. ⁊ in multitudīe videbor bon⁹. ⁊ in
bello fortis. Intrans in domū meā con
quiescā cū illa. Nō enī habet amaritudi
nē cōuersatio illi⁹: nec tediū cōuictus il
lius: sed leticiā ⁊ gaudiū. Hec cogitans
apud me. ⁊ cōmemorans ī corde meo q̄
niam immortal' est in cogitatiōe sapien
tia. ⁊ in amicitia illi⁹ delectatio bona. et ī
op̄ibus manuū illius honestas sine de-
fectione. ⁊ ī certamīe loquele illius sapi
entia. ⁊ p̄claritas in cōicatōne sermonū
ipsius: circūibam q̄rens. vt mihi illā as
sumerem. Puer aūt eram ingeniosus
⁊ sortitus sum aīam bonā. Et cuz essem
magis bon⁹: veni ad corpus incoinq̄na-
tum. Et vt sciui q̄m̄ aliter nō possem es
se cōtinens nisi deus det. ⁊ hoc ip̄m erat
summa sapīa. scire cuius esset hoc donū
adij dn̄m ⁊ deprecatus sum illuz et dixi
ex totis precordijs meis

IX

DEus patrū meor̄ ⁊ dn̄e miseri-
cordie q̄ fecisti oīa v̄bo tuo. ⁊ sa-
piētia tua constituisti hoīem. vt
dn̄aret̄ creature q̄ a te facta est. vt dispo-
nat orbem terrar̄ in eq̄tate ⁊ iusticia. ⁊ ī
directione cordis iudiciū iudicet: da mi
hi sediū tuar̄ assistricem sapīam. ⁊ noli
me reprobare a pueris tuis q̄m̄ s̄u⁹ tu⁹
sum ego ⁊ filius ancille tue: homo infir-
mus ⁊ exigui tp̄is. et minor ad intelle-
ctum iudicij ⁊ legū. Et si q̄s erit cōsum
matus inter filios hominuz si abfuerit
ab illo sapīa tua. in nihilū computabit̄.
Tu autē elegesti me regē populo tuo. ⁊
iudicem filiorū tuoruz ⁊ filiarū. Et dixi-
sti me edificare templū in mōte sancto
tuo. ⁊ in ciuitate habitatiōis tue altare
similitudinez tabernaculi sancti tui: q̄d
preparasti ab initio. ⁊ tecū sapiētia tua.
que nouit opera tua: que ⁊ affuit tūc cū
orbem terrarū faceres: ⁊ sciebat q̄d esset
placitum oculis tuis. ⁊ q̄d directū in p̄-
ceptis tuis. Mitte illam de celis sanctis
tuis. ⁊ a sede magnitudinis tue: vt me-
cum sit ⁊ mecū laboret vt sciam quid ac
ceptum sit apud te. Scit enim illa oīa
⁊ intelligit. ⁊ deducet me ī operib⁹ meis
sobrie. ⁊ custodiet me in sua potētia. Et
erunt accepta op̄a mea. ⁊ disponam po-
pulū tuū iuste. ⁊ ero dignus sedium pa
tris mei. Quis eniz hominū poterit sci-
re consiliū dei? Aut quis poterit cogita-
re quid velit deus? Cogitationes enim
mortaliū timide. ⁊ incerte prouidentie
nostre. Corpus enim quod corrumpit̄
aggrauat animā. ⁊ terrena inhabitatio
deprimit sensum multa cogitātem. Et
difficile estimamus que in terra sunt. ⁊
que in prospectu sunt inuenimus cū la-
bore. Que in celis sunt autē. q̄s inuesti-
gabit? Sensum aūt tuū quis sciet nisi
tu dederis sapīam ⁊ miseris spiritū san-
ctum tuū de altissimis. ⁊ si correcte sint
semite eorum qui sunt in terris. et que
tibi placent didicerint homines. Naz p̄
sapientiam sanati sunt quicunq̄ placu
erint tibi dn̄e a principio.

X

HEc illum qui primus formatus
est a deo pater orbis terrarum.
cum solus esset creatus custodi
uit. et eduxit illum a delicto suo. Et edu
xit illum de limo terre. et dedit illi virtu
tem continendi omnia. Ab hac vt re-
cessit iniustus in ira sua: per iram homi-
cidij fraternitas deperijt. Propt̄ quod
cum aqua deleret terrā sanauit iterum
sapiētia: p̄ cōtemptibile lignum iustum

gubernans. Hec ⁊ in cõsensu supbie cũ se nationes ertulissent sciuit iustum. et cõseruauit sine querela deo. ⁊ i filijs misericordiam forte custodiuit. Hec iustũ a pereũtib⁹ impijs liberauit fugiẽtez: descendente igne in pentapolim: quib⁹ i testimoniũ nequicie fumigabũda constat deserta terra. ⁊ in certo tpe fructꝰ habentes arbores. ⁊ incredibilis anie memoria stans figmẽtum salis. Sapiẽtia enĩ pretereũtes non tm̃ in hoc lapsi sunt vt ignorarẽt bona: sed ⁊ insipiẽtie sue reliq̃ runt hoib⁹ memoriaz: vt in his q̃ peccauerũt. nec latere potuissent. Sapientia aũt hos q̃ se obseruãt a doloribꝫ liberabit. Hec aũt profugũ ire frs iustũ deduxit p vias rectas. ⁊ ondit illi regnum dei. ⁊ dedit illi scientiam sctoꝝ. Honestauit illũ in laboribꝫ. ⁊ cõpleuit labores illius. In fraude circũueniẽtiũ illuz affuit illi. ⁊ honestũ fecit illũ. Custodiuit illuz ab inimicis. ⁊ a seductoribꝫ tutauit illũ. Et certamẽ forte dedit illi vt vinceret ⁊ sciret. quoniam omniũ potentior est sapientia. Hec venditum iustum nõ dereliquit. sed a peccatoribus liberauit eum descenditq̃z cũ illo in foueam ⁊ in vinculis nõ dereliquit illuz: donec afferret illi sceptrum regni. ⁊ potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. ⁊ mendaces ostẽdit qui maculauerũt illũ. ⁊ dedit illi claritatem eternam. Hec populũ iustuz ⁊ semen sine querela liberauit a nationibus q̃ illũ deprimebãt. Intrauit in animam serui dei. ⁊ stetit cõtra reges horrẽdos in portentis ⁊ signis. Et reddidit iustis mercedem laborũ suorũ ⁊ deduxit illos in via mirabili. ⁊ fuit illis in velamẽto diei. ⁊ in luce stellarũ per noctem. Et transtulit illos per mare rubrum ⁊ trãsuerit illos p aquã nimiã. Inimicos autẽ illoꝝ demersit in mare. ⁊ ab altitudie inferoꝝ eduxit illos. Ideo iusti tulerũt spolia impioꝝ. ⁊ decãtauerũt dñe nomẽ sanctũ tuũ. ⁊ victricez manum tuã laudauerunt pariter. Quoniam sapientia aperuit os mutorum. ⁊ linguas infantium fecit disertas.

XI

Operit opera eoꝝ in manib⁹ proplxete sancti. Iter fecerũt per deserta q̃ nõ habitant ⁊ i locis desertis fecerũt casas. Steterũt cõtra hostes: ⁊ de inimicis se vindicauerũt. Sitierunt ⁊ inuocauerũt te. ⁊ data est illis aqua de petra altissima ⁊ requies sitiẽs de lapide duro Per q̃ enĩ penas passi sunt inimici illoꝝ. a defectiõe potus sui: i eis cum abundarent filij israel letati sunt. Per hec cum illis deessent bene cuz illis actum est. Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis humanũ sanguinẽ dedisti iniustis. Qui cũ minuerent in traductione infantiũ occisorum. dedisti illis abundãtem aquam insperate: ostẽdens p sitim q̃ tunc fuit. quẽadmodum tuos exaltares. ⁊ aduersarios illorũ necares. Cum enim temptati sunt ⁊ quidẽ cum misericordia disciplinã accipientes sciẽrũt: quẽadmodũ cum ira iudicati impij tormẽta paterent. Hos q̃dem tanq̃z pmonens pbasti: illos autẽ tanq̃z durus rex interrogans cõdemnasti. Absentes enĩz pñtes similiter torq̃bant. Duplex enim illos accepit tediũ. ⁊ gemitus cũ memoria pteritorũ. Cum enĩ audirent p sua tormẽta bene secũ agi. cõmemorati sunt dñi: admirãtes in finez exitus. Quem enim i expositiõe praua ꝓiectũ deriserũt: in finem euẽtus mirati sunt. Nõ similiter iustis faciens: pro cogitationibus aũt insensatis iniq̃tates illorũz Quod quidaz errantes colebãt mutos serpentes ⁊ bestias supuacuas: immisisti illis multitudinẽ mutoꝝ aãlium in vindictam: vt scirẽt quia per que peccat quis. p hec ⁊ torquet. Non enim impossibilis erat oñipotens manus tua que creauit orbem terraꝝ ex materia inuisa: immittere illis multitudinẽ vrsoꝝ aut audaces leones. aut noui generis ira plenas ⁊ ignotas bestias. aut vaporez igneum spirantes. aut fumi odorez proferẽtes. aut horrẽdas ab oculis scintillas emittẽtes: quarũ non solum lesura poterat illos extermĩare: sed ⁊ aspectus ptimorem occidere. Nã ⁊ sine his vno spũ

poterant occidi ꝑsecutionē passi ab ipis factis suis. ⁊ dispersi ꝑ spiritū virtutis tue: sed omnia in mēsura ⁊ nūero ⁊ pondere disposuisti. Multū enim valere tibi soli supererat semꝑ. ⁊ virtuti brachij tui q̄s resistet? Qm̄ tanq̄ꝫ momentum statere. sic est ante te orbis terrarū. ⁊ tāq̄ꝫ gutta roris antelucani q̄ descendit in terram. Et misereris omniū. qꝛ omnia potes. ⁊ dissimulas peccata hominū propter penitentiā. Diligis enim omnia q̄ sunt. ⁊ nihil eorū odisti q̄ fecisti: nec enī odiens aliq̄d ꝯstituisti. aut fecisti. Quō aūt posset aliq̄d ꝑmanere nisi tu voluisses? aut qd̄ a te vocatū nō esset. conseruaret? Parcis aūt omnibꝫ: qm̄ tua sūt dn̄e. q̄ amas animas.

XII

O Quā bonꝰ ⁊ suauis est dn̄e spiritꝰ tuꝰ in omnibꝫ. Ideoq̄ꝫ hos q̄ exerrant ꝓ partibꝫ corripis ⁊ de quibꝫ peccant ammones et alloq̄ris vt relicta malicia credant in te dn̄e. Illos enīꝫ antiq̄s inhabitatores terre sancte tue quos exhorruisti: qm̄ odibilia opera tibi faciebant ꝑ medicamina ⁊ sacrificia iniusta: ⁊ filiorū suoꝝ necatores sine misericordia. ⁊ comestores visceruꝫ hominū. ⁊ deuoratores sanguinis. ⁊ auctores parentes animarū inauxiliatarū perdere voluisti a medio sacramento tuo. per manꝰ parentū nostrorū: vt dignam ꝑciperent ꝑegrinationē puerorū dei: q̄ tibi omniū charior est terra. Sed ⁊ his tanq̄ꝫ hominibꝫ pepercisti. ⁊ misisti antecessores exercitus tui vespas: vt illos paulatim exterminarēt. Nō quia impotens eras ī bello subijcere impios iustis. aut bestijs seuis. aut verbo duro simul exterminare: sed partibꝫ iudicans dabas locum penitētie. nō ignorans qm̄ nequaꝫ est natio eorū. ⁊ naturalis malicia ipoꝝ ⁊ quoniā nō poterat mutari cogitatio illorū in perpetuū. Semē enim erat maledictum ab initio. Nec timens aliquez veniam dabas peccatis illorum. Quis enim dicet tibi: quid fecisti? Aut q̄s stabit cōtra iudiciū tuū? Aut q̄s in conspectu tuo veiet vindex iniquoꝝ hominuꝫ? Aut q̄s tibi imputabit si perierint nationes quas tu fecisti? Nō est enī alius deus q̄ꝫ tu. cui cura est de omnibꝫ: vt ostendas qm̄ nō iniuste iudicas iudiciū. Neq̄ꝫ rex neq̄ꝫ tyrānus in cōspectu tuo inq̄rent de his quos perdidisti. Cum ḡ sis iustus. iuste oīa disponis: ipm q̄ꝫ qui nō debet puniri cōdemnas ⁊ exterum estimas a tua virtute. Virtus enim tua iusticie initium est. ⁊ ob hoc ꝙ oīm dn̄s es omnibꝫ te parcere facis. Virtutē enim ostendis tu. qui nō crederis esse ī virtute cōsummatus. ⁊ hos qui te nesciūt. in audacia traducis. Tu aūt dn̄ator virtutis cū tranquillitate iudicas. ⁊ cum magna reuerētia disponis nos. Subest eī tibi cū volueris posse. Docuisti enīꝫ populū tuū ꝑ talia opa: qm̄ oportet iustuꝫ esse ⁊ humanum ⁊ bone spei fecisti filios tuos: quoniā iudicans das locuꝫ in peccatis penitentie. Si enī inimicos ꝓuorum tuoꝝ ⁊ debitos morti cū tanta cruciasti attentione ⁊ liberasti dans tempꝰ ⁊ locum ꝑ que possent mutari a malicia cū quāta diligētia iudicasti filios tuos quorum parentibꝫ iuramēta ⁊ conuentiones dedisti bonarum promissionum. Cum ergo das nobis disciplinam inimicos nr̄os multipliciter flagellas vt bonitatem tuam cogitemꝰ iudicantes. ⁊ cū de nobis iudicat̄ speremus misericordiam tuam. Unde ⁊ illis qui in vita sua insensate ⁊ iniuste vixerūt: per hec q̄ coluerūt dedisti summa tormēta. Etenī in erroris via diutiꝰ errauerūt deos estimantes hec q̄ in aīabus sunt suꝑuacua infantium insensatorū more viuentes Propter hoc tanq̄ꝫ pueris insensatꝫ iudiciū in derisum dedisti. Qui autē ludibrijs ⁊ increpatiōibꝫ nō sunt correcti: dignū dei iudiciū experti sunt. In his enī q̄ patiebant̄ moleste ferebant: in quibꝫ patientes indignabātur. Per hec quos putabant deos in ipis cū exterminarentur videntes illū quē olim negabant se nosse: verum deum agnouerunt. Propter quod ⁊ finis condemnationis eoꝝ veniet super illos.

Vani sunt aūt om̄s ho- XIII
mines in q̄bꝫ nō subest scīa dei:
⁊ de his q̄ vident̄ bona nō potue
rūt intelligere eū qui est: neq̄ opibꝫ at-
tendētes agnouerūt q̄s esset artifex: sed
aut ignē. aut spūm. aut citatū aerez. aut
gyrū stellaꝝ. aut nimiā aquā. aut solez. ⁊
lunā rectores orbis terraruz deos puta
uerūt. Quoruz ⁊ si specie delectati deos
putauerūt: sciant quāto his dn̄ator eo-
rū speciosior est. Speciei enī generator
hec oīa cōstituit. Aut si virtutē ⁊ opa eo
rū mirati sunt: intelligāt ab illis. qm̄ q̄
hec fecit fortior est illis. A magnitudine
enī speciei ⁊ creature. cognoscibiliter po
terit creator hoꝝ videri? Sed tn̄ adhuc
in his minor est querela. Et hi eniz for-
tasse errant deū querētes ⁊ volentes in
uenire. Etenī cū in opibus illius ꝯuer-
sentur: inq̄rūt ⁊ ꝑsuasuz habent: qm̄ bo-
na sunt que vident̄. Iterū aūt nec his
debet ignosci. Si eniz tm̄ potuissent sci-
re vt possent estimare seculuz: quō hui⁹
dn̄m nō facilius inuenerūt. Infelices
aūt sunt. ⁊ inter mortuos spes illoꝝ est:
q̄ appellauerūt deos opa manuū hoīm:
aurū ⁊ argentū artis inuētionē. ⁊ simi-
litudines aīaliuz: aut lapidē inutilē op⁹
manus antique. Aut si q̄s artifex faber
de silua lignū rectū secuerit. ⁊ huius do
cte eradat om̄em corticē. ⁊ arte sua vsus
diligenter fabricet vas inutile in cōuer
sationē vite: reliquijs aūt eius opis ad
preparationē esce abutat̄. ⁊ reliquū hoꝝ
q̄d ad nullos vsus facit. lignū curuum
⁊ verticibꝫ plenū sculpat diligēter ꝑ va-
cuitatem suā. ⁊ ꝑ scientiā sue artis figu
ret illud. ⁊ assimilet illud imagini hoīs.
aut alicui ex aīalibus illud cōparet: ꝑli-
niens rubrica. ⁊ rubicūdum faciens fu-
co colorē illius. ⁊ om̄em maculā que ī il
lo est perliniens. ⁊ faciat ei dignā habita
tionē. ⁊ in pariete ponens illud. ⁊ confir
mans ferro ne forte cadat ꝓspiciens illi
sciens quoniam non potest adiuuare se
Imago enim est. ⁊ opus est illi adiuto-
rium. Et de substātia sua. ⁊ de filijs suis
⁊ de nuptijs. votuz faciens inq̄rit. Non
erubescit loqui cū illo q̄ sine aīa est. et ꝓ
sanitate quidē infirmū deprecat̄. ⁊ ꝓ vi-
ta rogat mortuū. ⁊ in adiutoriū inutilē
inuocat. ⁊ ꝓ itinere petit ab eo q̄ ambu-
lare nō potest. ⁊ de acq̄rēdo et de opando
⁊ de omnium rerum euentu petit ab eo
qui in om̄ibus est inutilis. XIIII
Iterum ali⁹ nauigare cogitans
⁊ per feros fluct⁹ iter facere in-
cipiens: ligno portante se. fragi
lius lignum inuocat. Illud enī cupidi-
tas acquirendi excogitauit: et artifex sa-
pientia fabricauit sua. Tua autez pater
prouidentia ab initio cuncta gubernat.
quoniā dedisti in mari viam. ⁊ inter flu
ctus semitam firmissimam: ostendens
quoniam potens es ex om̄ibus sanare.
etiā si sine rate aliquis adeat mare. Sz
vt non essent vacua sapientie tue opa:
ꝓpter hoc etiā ⁊ exiguo ligno credūt ho-
mines aīas suas. ⁊ transeūtes mare per
ratem liberati sunt. Sed ⁊ ab initio cuz
perirent suꝑbi gigātes: spes orbis terra
rum ad ratem ꝯfugiens: remisit seculo
semen natiuitatis. q̄ manu tua erat gu
bernata. Bn̄dictū est enī lignū per quod
fit iusticia. Per manus autē q̄d fit ido-
lum maledictū est. ⁊ ip̄m. ⁊ qui fecit illd̄
qꝛ ille quidē opatus est: illud autē cū es-
set fragile. deus cognominatus est. Si
militer autem odio sunt deo. impius et
impietas eius. Etenim quod factuz est
cū illo qui fecit. tormenta patiet̄. Pro-
pter hoc ⁊ in idolis nationū non erit re-
spectus. qm̄ creature dei in odium facte
sunt ⁊ in temptationē anīe hominū ⁊ in
muscipulam pedibus insipientiū. Ini-
tium enī fornicatiōis est exquisitio ido
lorū. ⁊ adinuentio illorū corruptio vite
est. Neq̄ enī erat ab initio: neq̄ erūt in
perpetuū. Suꝑuacuitas enī hoīum hec
adinuenit in orbez terraꝝ. ⁊ ideo breuis
illoꝝ finis est inuētus. Acerbo enī luctu
dolens pr̄ rapti cito sibi filij fecit imagi
nē. ⁊ illū qui tūc q̄si homo mortuus fue
rat. nūc tanq̄ deñ colere cepit ⁊ ꝯstituit
inter seruos suos sacra ⁊ sacrificia. De
inde interueniēte tempore. cōualescēte

antiqua cõsuetudie. hic error tanq̃ lex custoditus est. ⁊ tyrãnoꝝ impio colebãtur figmẽta. Et hos quos ĩ palam hoĩes honorare nõ poterãt propter hoc q̃ lõge essent: a longiquo figura eoꝝ allata euidentem imagiem regis. quez honorare volebãt fecerũt: vt illũ qui aberat tanq̃ pñtem colerẽt sua sollicitudie. Prouexit aũt ad horũ culturã ⁊ hos qui ignorabant. artificis eximia diligẽtia. Ille enĩ volẽs plus placere illi qui se assumpsit elaborauit arte sua vt similitudinem in melius figuraret. Vultitudo aũt hoĩm abducta ꝑ speciem opis: eum qui añ tẽpus tanq̃ homo honorat⁹ fuerat nũc deum estimauerũt. Et hec fuit vite humane deceptio. qm̃ aut effectui aut regibus deseruiẽtes hoĩes. incõicabile nomen lapidibus ⁊ ignis imposuerũt. Et nõ suffecerat errasse eos circa dei sciẽtiã: sed ⁊ ĩ magno viuẽtes inscie bello: tot ⁊ tã magna mala pacem appellãt. Aut enĩ filios suos sacrificãtes. aut obscura sacrificia faciẽtes aut insanie plenas vigilias habentes neq̃ vitam neq̃ nuptias mundas iam custodiũt: sed ⁊ alius alium ꝑ inuidiã occidit. aut adulterans ꝯtristat ⁊ om̃ia cõmixta sunt. sanguis. homicidium. furtuz ⁊ fictio. corruptio ⁊ infidelitas. turbatio ⁊ ꝑiuriũ: tumult⁹. bonorũ dei immẽoratio. aĩaꝝ inquinatio. natiuitatis immutatio. nuptiaꝝ incõstantia. inordinatio mechie ⁊ impudicitie. Infandorũ enĩ idoloꝝ cultura oĩs mali cã est. ⁊ initiũ ⁊ finis. Aut enĩ dum letant̃ insaniũt. aut certe vaticinant̃ falsa. aut viuũt iniuste. aut ꝑiurãt cito. Duz eniz cõfidunt in idolis q̃ sunt sine anĩa male iurãtes noceri se nõ sperãt. Utraq̃ ḡ ill' eueniẽt digne: qm̃ male senserũt de deo attẽdentes idolis. ⁊ iurauerũt iniuste ĩ idolo cõtemnẽtes iusticiaz. Non enim iurantium est virtus: sed peccãtium pena perambulat semper in iustorum preuaricationem.

XV

Tu autẽ deus noster. suauis ⁊ verus es: patiens ⁊ ĩ misericordia disponẽs oĩa. Et enĩ si peccauerimus tui sum⁹. sciẽtes magnitudinez tuam. ⁊ si nõ peccauerim⁹: scim⁹ quoniã apud te sum⁹ computati. Nosse eniz te cõsummata iusticia est. ⁊ scire iusticiam ⁊ virtutẽ tuã. radix est immortalitatis. Nõ enĩ in errorẽ induxit nos hoĩm male artis excogitatio nec vmbra picture. labor sine fructu. effigies sculpta ꝑ varios colores. cui⁹ aspect⁹ dat insensato cõcupiscẽtiam. ⁊ diligit mortue imaginis effigiem sine aĩa. Valorũ amatores digni sunt morte: qui spem hñt in talibus ⁊ qui faciũt illos. ⁊ q̃ diligũt. ⁊ q̃ colunt. Sed ⁊ figulus mollẽ terrã premens laboriose fingit ad vsus nr̃os vnũquodq̃ vas. ⁊ de eodẽ luto fingit q̃ mũda sunt ĩ vsum vasa. ⁊ similiter q̃ his sunt cõtraria. Horũ aũt vasorũ q̃s sit vsus. iudex est figulus. Et cũ labore vano deũ fingit de eodem luto. ille q̃ pauloante de terra factus fuerat. ⁊ post pusillum reducit se vnde acceptus est. repetitus anĩe debitum quaz habebat. Sed cura est illi nõ quia laboraturus est: nec qm̃ breuis illi vita est: sed cõcertatur aurificibꝫ ⁊ argẽtariis: sed ⁊ erarios imitatur. ⁊ gloriã ꝑfert: qm̃ res suꝑuacuas fingit. Cinis ẽ enĩ cor eius ⁊ terra suꝑuacua spes illius ⁊ luto vilior vita ei⁹: qm̃ ignorauit qui se finxit. ⁊ qui inspirauit illi animã que operatur. ⁊ qui insufflauit ei spirituz vitalem. Sed ⁊ estimauerunt lusum esse vitam nostram. ⁊ conuersationem vite compositam ad lucruz ⁊ oportere vndecunq̃ etiaz ex malo acquirere. Hic enĩ scit se suꝑ om̃es delinquere: qui ex terre materia fragilia vasa ⁊ sculptilia fingit. Om̃es enim insipientes ⁊ infelices supra modum anĩe sue suꝑbi sunt inimici populi tui. ⁊ imperãtes illi: qm̃ oĩa idola nationum deos estimauerũt quibus neq̃ oculorum visus est ad vidẽduz. neq̃ nares ad percipiẽdum spũm. neq̃ aures ad audiẽdum: neq̃ digiti manuum ad tractãdum: sed ⁊ pedes eorũ pigri ad ambulãduz. Hõ enĩ fecit illos. ⁊ q̃ spm̃ mutuat⁹ est: is finxit illos. Nẽo enĩ sibi similẽ hõ poterit deuz fingere. Cũ. n. sit

mortalis mortuuz fingit manibus ini/
quis. Melior enī est ipe his quos colit
qz ipe quidē virit cuz esset mortalis: illi
autez nunqz. Sed ꝛ aīalia miserrima
colunt. Insensata enim comparata his
illis sunt ꝛeteriora. Sed nec aspectu a/
liquis ex his aīalibꝫ lona potest cōspice/
re. Effugerunt autem dei laudem ꝛ be/
nedictionem eius.

XVI

Propter hec et his similia passi
sunt digne tormenta ꝛ p multi
tudinē bestiarū exterminati sunt
Pro quibꝫ tormētis bene dispositi po
pulum tuum: quibus dediti cōcupiscē/
tiam delectamēti sui nouū saporē escam
parans eis ortigometrā. vt illi quidem
cōcupiscētes escam ꝓpter ea q illis ostē/
sa ꝛ missa sunt. etiā a necessaria concupi
scentia auerterent. Hi aūt in breui ino/
pes facti: nouā gustauerūt escam. Opor
tebat enī illis sine excusatiōe quidē sup
uenire interitū exercentibꝫ tyrānidem:
his autē tm̄ ostendere quēadmodū ini
mici eoꝝ exterminabant. Etenī cū illis
supuenit seua bestiaꝝ ira: morsibꝫ puer/
sorū colubrorū exterminabant. Ꝛz nō
in perpetuuz tua ira permāsit: sed ad cor
reptionem in breui turbati sunt: signū
habētes salutis. ad commemorationez
mandati legis tue. Qui enī conuersus
est. nō p hoc quod videbat sanabat: sed p
te omniū saluatorē. In hoc autē ostēdi/
sti inimicis tuis: qz tu es qui liberas ab
omni malo. Illos enī locustarū et mu
scarū occiderūt morsus. ꝛ nō est inuēta
sanitas aīe illoꝝ: qz digni erant ab hu
iusmodi exterminari. Filios autē tuos
nec draconū nec venenatoꝝ vicerūt dē/
tes. Misericordia enī tua adueniens sa
nabat illos. In memoria enī sermonū
tuoꝝ exterminabant. ꝛ velociter sanabā
tur: ne in altā incidētes obliuionem nō
possent tuo vti adiutorio. Etenim neqz
herba neqz malagma sanauit eos sed tu
us dñe sermo q sanat omīa. Tu es dñe
qui vite ꝛ mortis habes ptātem. ꝛ deducis
vsqz ad portas mortis ꝛ reducis. Hō aūt
occidit q̄dez p malicīā aīam suā. ꝛ cū ex/
ierit spūs nō reuertet. nec reuocabit a/
nimā q recepta est: sed tuā manū effuge
re impossibile est. Negātes enī nosse te
impij p fortitudinē brachij tui flagella/
ti sunt nouis aquis ꝛ grandinibꝫ ꝛ plu/
uijs psecutionē passi. ꝛ p ignē ꝓsumma
ti. Quod enīz mirabile erat: in aq̄ q oīa
extinguit: plus ignis valebat. Vinder
est enī orbis iustorū. Quodam enī tem
pore mansuetabat ignis: ne comburerē
tur que ad impios missa erāt animalia:
sed vt ipi videntes scirent: qm̄ dei iudi/
cio patiūtur persecutiōem. Et quodam
tempore. in aqua supra virtutē ignis ex
ardebat vndiqz: vt iniquam terre nati/
onem exterminaret. Pro quibꝫ angelorū
esca nutriuisti populū tuū. ꝛ paratū pa/
nez de celo prestitisti illi sine labore. omne
delectamētum in se hñtem. ꝛ omnis sapo
ris suauitatam. Substantiā enī tuaz ꝛ
dulcedinē tuā quā in filios habes osten
debas: ꝛ deseruiens vniuscuiusqz volun
tati. Ad quod quisqz volebat. cōuerteba
tur. Nix autez ꝛ glacies sustinebāt vim
ignis. ꝛ nō tabescebāt: vt scirent qm̄ fru
ctus inimicorum exterminabat ignis ar
dens ī grādine ꝛ pluuia corruscans. Hoc
aūt iterꝫ: vt nutrirētur iusti. ignis etiaz
sue virtutis oblitus est. Creatura enī ti/
bi factori deseruiēs exardescit in tormē/
tum adūsus iniustos. ꝛ leuior fit ad bñ/
faciendū p his qui in te confidūt. Pro
pter hoc ꝛ tūc oia trāsfigurata oīm nu/
trici gre tue deseruiebāt. ad volūtatē eo
rū qui a te desiderati sunt: vt scirēt filij
tui q̄s dileristi dñe: qm̄ nō natiuitatis
fructus pascūt homies: sed sermo tuus hos
qui in te crediderint. ꝓseruat. Qđ enīz
ab igne nō poterat extermīari. statiz ab
exiguo radio solis calefactū tabescebat:
vt notum oībus esset. quoniaz oportz
preuenire solem ad benedictiōem tuaz.
ꝛ ad ortuz lucis te adorare. Ingrati enī
spes tanqz hybernalis glacies tabescet. ꝛ
disperiet tanqz aqua superuacua.

XVII

Magna sunt enī iudicia
tua dñe. et inenarrabilia verba
tua: ꝓpter hoc indisciplinate aie

errauerũt. Dũ enĩ persuasum habẽt ini
qui posse dñari nationi sancte: vinculis
tenebraꝝ ⁊ lõge noctis compediti·inclu
si sub tectis fugitiui·ppetue ꝓuidentie
iacuerũt·⁊ dũ putant se latere in obscu
ris peccatis·tenebroso oliuionis velaꝫ
to dispsi sunt·pauẽtes horrẽde·⁊ cũ am
miratione nimia ꝓturbati. Neqꝫ enĩ q̃
cõtinebat illos spelunca sine timore cu
stodiebat:qm̃ sonit⁹ descẽdens ꝓturba
bat illos·⁊ pone tristes illis apparẽtes.
pauorem illis pstabant. Et ignis quidẽ
nulla vis poterat illis lumẽ ꝓbere:nec si
derũ limpide flãme illũiare poterãt illaꝫ
noctẽ horrẽdã. Apparebat aũt illis subi
taneus ignis:timore plen⁹·⁊ timore p
cussi illius q̃ nõvidebaꝫ faciei estimabãt
deteriora esse q̃videbanꝫ·⁊ magice artis
appositi erant derisus·⁊ sapientie gloria
correptio cũ cõtumelia. Illi enĩ qui p
mittebãt timores·⁊ ꝓturbationes expel
lere se ab aĩa languẽte:hi cũ derisu·ple
ni timore languebãt. Naꝫ·⁊ si nihil eos
ex monstris perturbabat:transitu aĩali
um·⁊ serpẽtiũ sibilatiõe cõmoti· treme
bũdi ꝓibãt·⁊ aerẽ quẽ nulla rõne q̃s ef
fugere posset·negãtes se videre. Frequẽ
ter enĩ ꝓoccupãt pessima:redarguẽte cõ
sciẽtia. Cũ sit enĩ timida nequicia:data
est in oĩm condẽnationẽ. Semꝫ enĩ p
sumit seua ꝓturbata ꝓscĩa. Nihil enĩ est
timor nisi ꝓsumptiõis adiutoriũ:prodi
tio cogitatiõis auxilioꝝ. Et dum ab in
tro minor est expectatio: maiorẽꝫ putat
potentiã eius cause de qua tormẽtũ pre
stat. Illi aũt qui in potẽtẽ venere noctẽ
⁊ ab infimis ⁊ ab altissimis supuenien
tẽ·eundẽ somnũ dormiẽtes aliq̃ mon
stroꝝ exagitabanꝫ timore. aliq̃ aĩe defi
ciebãt tractione. Dubitane⁹ enĩ illis
⁊ insperatus timor supuenerat. Deinde
si quisq̃ ex illis decidisset:custodiebaꝫ in
carcere sine ferro reclusus. Si enĩ rusti
cus quis erat·aut pastor·aut agri laboꝝ
oparius ꝓoccupatus esset: ineffugibilẽ
sustinebat necessitatem. Una enim ca
tena tenebrarũ omẽs erãt colligati. Si
ue spiritus sibilans aut inter spissos ar
borum ramos auiuꝫ sonus suauis· aut
vis aque decurrentis nimiũ·aut sonus
validus precipitaꝫ petraꝫ·aut ludentiũ
aĩalium cursus inuisus·aut mugienti
um valida bestiaꝫ vox·aut resonãs de al
tissimis mõtib⁹ echo:deficiẽtes faciebat
illos pre timore. Omis enĩ orbis terra
rũ limpido illuminabaꝫ lumine· ⁊ non
impeditis operib⁹ cõtinebaꝫ. Solis au
tem illis supposita erat grauis noctis ima
go tenebraꝝ que superuentura illis erat
Ipsi ergo sibi erãt grauiores tenebre.

Sanctis aũt tuis maxi XVIII
ma erat lux·⁊ horꝫ quidem vocẽ
inimici audiebant:sed figuram
non videbant. Et quia non ⁊ ipsi eadeꝫ
passi erant·magnificabãt te·⁊ qui ante
lesi erant qꝫ non ledebanꝫ·gratias age
bant tibi·⁊ vt esset differẽtia·te deũ pete
bant. Propter qđ ignis ardentẽ colum
nã ducẽ habuerũt ignotevie·⁊ solẽ sine
lesura bni hospitij prestitisti. Digni q̃
dem illi carere luce·⁊ pati carcerem tene
braꝝ qui inclusos custodiebant filios tu
os·per quos incipiebãt incorruptũ legis
lumen seculo dari. Cum cogitarent iu
stoꝝ occidere infantes·⁊ vno exposito fi
lio sed liberato in tractionẽ illoꝝ mul
titudinem filiorũ abstulisti·⁊ pariter il
los perdidisti in aqua valida. Illa eniꝫ
noꝝ ante cognita ẽ a patrib⁹ nostris: vt
vere scientes quib⁹ iuramentis credide
rũt·aiequiores essent. Suscepta est au
tem a populo tuo sanitas quidem iusto
rum·iniustoꝝ aũt exterminatio. Sicut
enĩ lesisti aduersarios nostros:sic ⁊ nos
prouocans magnificasti. Absconse eniꝫ
sacrificabant iusti pueri bonorum: ⁊ iu
sticie legem in concordiã disposuerũt si
militer bona ⁊ mala percepturos iustos
patri oĩm decãtãtes laudes. Resonabat
aũt incõueniẽs inimicoꝝ vox· ⁊ flebilis
audiebaꝫ planctus ploratoꝝ infantium
Simili aũt pena fuus cũ dño afflictus
est·⁊ populari⁹ homo regi similia passus
Similiter ergo omnes vno noie moꝛ
tis mortuos habebant innumerabiles
Nec enim ad sepeliendum viui sufficie

bant:quãdo vno mometo que erat pre
clarioꝛ natio illoꝛũ exterminata eſt. De
omibꝫ enim nõ credentes ꝓpter benefi/
cia:tũc cum ꝑmũ fuit exterminiũ prio/
genitoꝛ ſpopõderũt ꝓpm di ſe eſſe. Cũ
eni quietũ ſilentiũ ꝓtineret omia ⁊ noꝛ
in ſuo curſu mediuꝫ iter habꝛet·omni/
potẽs ſermo tuꝰ dñe exiliens de celo a re
galibꝫ ſedibꝫ·durus debellatoꝛ in mediã
exterminiꝫ terrã ꝓſiliuit:gladiuſ accutꝰ
infimulatũ imperiũ tuũ portans:⁊ ſtãs
repleuit omia morte:⁊ vſqꝫ ad celũ atti
gebat ſtans in terra. Tũc cõtinuo viſus
ſomnioꝝ maloꝝ turbauerũt illos et ti/
moꝛes ſuꝑuenerũt inſperati. Et aliꝰ ali
bi proiectus ſemiuiuꝰ ꝓpter quam mo/
riebaꝫ cauſam demõſtrabat mortis. Vi
ſiones eni que illos turbauerũt hec pre
monebant·ne inſci quare mala patie/
bantur:perirent. Tetigit aũt tũc et iuſtos
temptatio mortis·⁊ cõmotõ in hꝛemo
facta eſt multitudinis:ſed non diu per/
mãſit ira tua. Properãs eni homo ſine
querela depcari ꝓ ꝓpl'is proferens ſerui
tutis ſue ſcutũ oratiõem:⁊ per incẽſum
depcationem allegãs·reſtitit ire. ⁊ finez
impoſuit neceſſitati:oñdens qm̃ tuꝰ eſt
famulus. Vicit aũt turbas non in vir/
tute coꝛporꝭ nec armatura potẽtie:ſed ho/
bo illum qui ſe vrabat ſubiecit:iuramẽ
ta parentum ⁊ teſtamentũ cõmemoraſ
Cum eni iam aceruatim cecidiſſent ſu/
per alterutꝝ moꝛtui:interſtitit:⁊ ampu
tauit impetũ·⁊ diuiſit illam que ad vi/
uos ducebat viaꝫ. In veſte eni poteris
quã habebat:totꝰ erat oꝛbis terrarum:
⁊ parentum magnalia in quattuoꝛ oꝛdi
bus lapidum erãt ſculpta·⁊ magnificẽ/
tia tua in diademate capitis illius ſcri/
pta erat:hiſ aũt ceſſit qui exterminabat
⁊ hec ertimuit. Erat eni ſola temptatio
ire ſufficiens.

XIX

Opꝛis aũt vſqꝫ in nouiſſimũ fi
ne mia ira ſuꝑueit. Preſciebat
eni ⁊ futura illoꝝ:qm̃ cũ ipſi ꝑmiſiſſent
vt ſe educerẽt.⁊ cũ magna ſollicitudine
premiſiſſent illos ꝓſeqbant illos penitẽ
tie actus. Adhuc eniꝫ inter manus ha/
bentes luctũ·⁊ deploratẽs ad monumẽ
ta moꝛtuoꝝ·aliam ſibi aſſumpſerũt co/
gitationẽ inſcientie·⁊ quoſ rogãtes pro
iecerant:hos tanqꝫ fugitiuos perſeque/
bant. Ducebat eni illos ad hꝛuc finez di
gna neceſſitas:⁊ hoꝝ que acciderant cõ/
memoratione amittebãt: vt q̃ deerant
tormẽtis·repleret punitio·⁊ ꝓpls quidẽ
tuus mirabiliter tranſiret:alii autẽ no/
uam mortẽ inuenirent. Dis eni creatu
ra ad ſuũ genuſ ab initio refigurabatur
deſeruiens tuis ꝓceptis:vt pueri tui cu
ſtodirent illeſi. Nam nubes caſtra eoꝝ
obumbꝛabat.⁊ ex aq̃ que ante erat·ter/
ra arida apparuit·⁊ in mari rubro via ſi
ne impedimento·⁊ campus germinãs
de profundo nimio per quem omis na/
tio tranſiuit·que tegebatur tua manu
videntes tua mirabilia ⁊ monſtra. Tan
qꝫ enim equi depauerunt eſcam:⁊ tanqꝫ
agni exultauerunt magnificãtes te dñe
qui liberaſti illos. Memoꝛeſ eni erãt ad
hꝛuc eoꝝ que in incolatu illoꝝ facta fue/
rant:quẽadmodum pro natiõe aialiuꝫ
eduxit terra muſcaſ.⁊ pro piſcibꝫ eructa
uit fluui multitudine ranarũ. Nouiſſi
me autem viderunt nouam creaturaꝫ
auium:cũ abducti cõcupiſcentia poſtu/
lauerũt eſcas epulatiõis. In allocutio
ne eni deſideriꝭ aſcendit illis de mari oꝛ/
tigometra·⁊ vꝛationes peccatoꝛibꝫ ſu/
peruenerũt non ſine illiſ que ante facta
erant argumẽtis per vim fluminũ. Ju
ſte eni patiebantur ꝓm ſuas nequitias.
Et eni deteſtabiliore inhoſpitalitatez in
ſtituerunt. Aliꝭ quidem ignotos nõ re/
cipiebãt aduenas:aliꝭ aute bonos hoſpi/
teſ in ſeruitutem redigebãt. Et nõ ſolũ
hec:ſed ⁊ aliꝰ quidẽ reſpectus illoꝝ erat:
qm̃ inuiti recipiebant extraneos. Qui
aũt cum leticia receperũt hos qui eiſdez
vſi erant inſtitutꝭ: ſeuiſſimis afflixerũt
doloꝛibꝫ. Percuſſi ſunt aũt cecitate·ſic
illi in foꝛibꝫ iuſti cũ ſubitaneis cooperti
eſſent tenebꝛis. Vnuſquiſqꝫ tranſitum
oſtij ſui querebat. In ſe eni elemẽta vũ
conuertũtur: ſicut in oꝛgano qualitaꝭ
ſonus imutaꝭ ⁊ oia ſuũ ſonũ cuſtodiũt

Unde estimari ex ipso visu certo potest Agrestia enī in aquatica cōuertebātur· ⁊ quecūqz erant natātia·in terra transi/ bant. Ignis in aqua valebat supra suā virtutem ⁊ aqua extinguentis nature obliuiscebatur. Flamme ecōtrario cor/ ruptibiliuz aīalium nō nocauerunt car/ nes coambulātium:nec dissoluebant il lam que facile dissoluebatur sicut glati/ es tonam escaz. In omībus enī magni/ ficasti populū tuū dñe:⁊ honorasti· ⁊ nō despexisti·in omni tempore ⁊ in omni lo co assistens eis.

Explicit liber Sapientie Incipit p logus libri Jesu filij syrach qui Eccle si asticus appellatur.

Multorum nobis ⁊ magno rum per legem et ꝓphetas aliosqz q̄ secuti sunt illos sapia demōstrata est:in qb⁹ oportet laudare israel do/ ctrine ⁊ sapiētie causa:q2 non solū ipos loquētes necesse est esse peritos:sed eti/ am extraneos posse ⁊ discētes·⁊ scribētes doctissimos fieri. Auus me⁹ iesus postqz se ampli⁹ dedit ad diligētiam lectiōis le gis ⁊ ꝓphetaꝝ ⁊ alioꝝ librorꝝ qui nobis a parētib⁹ nostris traditi sunt·voluit ⁊ ip se scribere aliquid horꝝ que ad doctrinaz ⁊ sapīam ꝑtinēt:vt desiderātes discere ⁊ illoꝝ periti fieri · magis magisqz atten/ dāt animo·⁊ ꝓficiāt ad legitimā vi/ tam. Hortor itaqz venire vos cū benivo lētia·⁊ attentiore studio lectiōez facere· ⁊ veniā habere in illis in quib⁹ videmur sequētes imaginē sapie·⁊ deficere inver borꝝ cōpositiōe. Nā deficiēt ꝛba hebraica quādo fuerīt trāslata ad alteraz linguā. Non aūt solū hec:sed ⁊ ipsa lex ⁊ ꝓphete· ceteraqz alioꝝ librorꝝ nō paruaz habent differētiam qñ inter se dicūtur. Nam ī octauo ⁊ tricesimo anno tēporib⁹. Pto lemei euergetis regis postqz ꝓueni in e/ gyptū ⁊ cū multū temporis ibi fuissem· inueni ibi libros relictos non parue ne qz contēnēde doctrine. Itaqz bonū ⁊ ne cessarium putaui ⁊ ipse aliquaz addere diligentiam ⁊ laborem interpretandi li/ brum istuz·⁊ multa vigilia attuli doctri nam in spacio temporis ad illa que ad fi nem ducūt librū istum dare· ⁊ illis qui volunt animum intēdere ⁊ discere quē admodū oporteat instituere mores qui ſm legem domini proposuerint vitam agere

Explicit prologus Incipit li/ ber Ecclesiasticus Capitulū I

Omnis sapiē tia a domīo deo est· ⁊ cū illo fuit semper ⁊ est an te euum. Arenam ma/ ris ⁊ pluuie guttas ⁊ di es seculi quis dinumerauit? Altitudinē celi ⁊ latitudinem terre ⁊ profunduz ab yssi quis dimensus est? Sapientiaz dei precedentem omia quis inuestigauit? Prior omnium creata est sapientia:⁊ i/ tellectus prudentie ab euo. Fons sapiē tie verbum dei in excelsis· ⁊ ingressus il lius mandata eterna. Radix sapiētie cui reuelata est·⁊ astutias illius quis agno/ uit? Disciplina sapiētie cui reuelata est ⁊ manifestata·⁊ multiplicationē ingres/ sus illius quis intellexit? Unus est al/ tissimus·creator omnium omīpotēs· ⁊ rex potens·⁊ metuendus nimis:sedens super thronū illius·⁊ dñans deus. Ip/ se creauit illam in spiritusancto·⁊ vidit ⁊ dinumerauit ⁊ mensus est. Et effudit illam super omīa opera sua·⁊ super oēm carnem·ſm datū suū·⁊ prebet illam di/ ligentib⁹ se. Timor dñi gloria ⁊ gloria/ tio ⁊ leticia ⁊ corona exultatiōis. Timor dñi delectabit cor·⁊ dabit leticiaz ⁊ gau dium in longitudinem dierum. Timē/ ti dñm bene erit in extremis·⁊ in die de functionis sue bñdicetur. Dilectio dei honorabilis sapientia:quibus aūt appa ruerit in visu·diligunt eam: in visione ⁊ in agnitione magnalium suoruz. Ini tium sapientie timor domini· ⁊ cum fi/ delibus in vulua concreatus est· ⁊ cum

electis feminis gradit̃. ⁊ cũ iustis ⁊ fide/
libꝫ agnoscitur. Timor dñi scie religiosi
tas. Religiositas custodie ⁊ iustificabit
cor: iocunditatez atq; gaudiũ dabit. Ti/
mẽti deũ bene erit. ⁊ in diebꝫ cõsolatiõis
illius bñdicet̃. Plenitudo sapie timere
deũ. ⁊ plenitudo a fructibꝫ illius. Oẽm
domũ illius implebit a generatiõibꝫ. et
receptacula a thesauris illiꝰ. Corona sa/
piẽtie timor dñi: replens pacem ⁊ salutꝫ
fructũ. ⁊ vidit ⁊ dinumerauit eaz. Utra
q; aũt sunt dona dĩ. Sciam ⁊ intellectũ
prudentie. sapia cõpartiet̃. ⁊ gloriam te
nentiũ se exaltat. Radix sapiẽtie ẽ time/
re deũ. ⁊ rami illius longeui. In thesau
ris sapie intellectꝰ ⁊ scie religiositas: exe
cratio autẽ pctõribꝫ sapia. Timor dñi ex
pellit peccatũ. Nã qui sine timore est. nõ
poterit iustificari: iracundia enĩ aĩosita/
tis illius subuersio illius est. Usq; in tẽ
pus sustinebit patiẽs. ⁊ postea redditio
iocũditatis. Bonus sensus vsq; in tem
pus abscondet verba illius. ⁊ labia mul
torꝫ enarrabũt sensum illius. In thesau
ris sapie significatio discipline. execratõ
autem peccatori cultura dei. Fili concu/
piscẽs sapiam cõserua iusticiam. ⁊ dus
prebebit illaz tibi. Sapia enĩ ⁊ discipli/
na timor dñi. ⁊ quod beneplacitũ est illi
fides ⁊ mansuetudo et adimplebit the/
sauros illius. Cõtumax nõ sis. ⁊ incredi
bilis timori dei. ⁊ ne accesseris ad illum
duplici corde. Ne fueris hypocrita in cõ
spectu hoim. ⁊ non scandaliçeris in labi
is tuis. Attende in illis ne forte cadas
⁊ adducas anime tue inhonorationẽ. et
reuelet deus absconsa tua. ⁊ ĩ medio sy/
nagoge elidat te. qm̃ accessisti maligne
ad dominum: ⁊ cor tuum plenum est do
lo et fallacia.

II

Fili accedẽs ad seruitutem dei
sta in iusticia ⁊ ĩ timore: ⁊ prepa
ra aĩam tuam ad temptationez. Depri/
me cor tuũ ⁊ sustine: ⁊ inclina aurem tu
am ⁊ suscipe verba intellectus: ⁊ ne festi
nes in tempus obductionis. Sustine
sustentationes dei: coniungere deo ⁊ su
stine: vt crescat in nouissimo vita tua:
Omne quod tibi applicitum fuerit ac/
cipe ⁊ in dolore sustine. et in humilitate
tua patientiam habe: quoniã in igne ꝓ/
batur aurum ⁊ argentum: homies vero
receptibiles in camino humiliationis:
Crede deo ⁊ recuperabit te. ⁊ dirige viã
tuam ⁊ spera in illum. Serua timorez
illius: ⁊ in illo veterasce. Metuentes do
minũ sustinete misericordiaz eius: ⁊ nõ
deflectatis ab illo ne cadatis. Qui time
tis dñm credite illi: ⁊ non euacuabitur
merces vestra. Qui timetis dñm spera/
te in illum: ⁊ in oblectationez veniet vo
bis misericordia. Qui timetis dominũ
diligite illuz: ⁊ illuminabũtur corda ve/
stra. Respicite filij nationes hominum
⁊ scitote: quia nullus sperauit in domĩo
⁊ cõfusus est. Quis. n. permãsit in man
datis eius. ⁊ derelictus est? Aut quis in
uocauit eum: ⁊ despexit illum? Qm̃ piꝰ
⁊ misericors est deꝰ: ⁊ remittit in die tri/
bulationis peccata: ⁊ ꝓtector est omĩbꝫ
exquirentibꝫ se in veritate. Ue duplici
corde. ⁊ labijs scelestis ⁊ manibꝫ male fa
ciẽtibꝫ: ⁊ peccatori terrã ingrediẽti dua/
bus vijs. Ue dissolutis corde. qui non
credũt deo: ⁊ ideo nõ ꝓtegent̃ ab eo. Ue
his qui perdiderũt sustinẽtiã: ⁊ qui dere
liquerũt vias rectas: ⁊ diuerterũt in vi
as prauas. Et quid facient cum inspice
re ceperit dñs? Qui timẽt dñm nõ erũt
incredibiles verbo illius: ⁊ qui diligunt
illum conseruabunt verbũ illius. Qui
timent dñm inquirent que beneplacita
sunt ei: ⁊ qui diligunt eum replebũtur
lege ipsius. Qui timent dominum pre
parabunt corda sua: et in ꝯspectu illius
sanctificabũt aĩas suas. Qui timẽt dñz
custodiũt mandata eius: ⁊ patientiam
habebũt vsq; ad inspectionẽ illius. dicẽ/
tes: Si penitentiam non egerimus in
cidemus in manus domini: ⁊ nõ in ma
nus hominum. Scdm̃ enim magnitu
dinem illius sic ⁊ mĩa illiꝰ cum ipo est.

III

Filij sapie ecclesia iustorꝫ
⁊ natio illorum obediẽtia ⁊ dile
ctio. Judicium patris audite fi
lij: ⁊ sic facite vt salui sitis. Deus enim

honorauit patrem in filijs. ⁊ iudiciũ matris exquirens firmauit in filios. Qui diligit deum exorabit pro peccatis: ⁊ cõtinebit se ab illis. ⁊ in oratione dierum exaudietur. ⁊ sicut qui thesauriçat. ita ⁊ qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum iocũdabit̃ in filijs: ⁊ in die orationis sue exaudietur. Qui honorat p̃rem suuz vita viuet longiore. ⁊ qui obedit patri refrigerabit' matrem Qui timet dñm honorat parentes. ⁊ q̃si dominis seruiet his qui se genuerunt in opere ⁊ in sermone et omĩ patientia. Honora p̃rez tuũ vt supueniat tibi bñdictio a deo: ⁊ bñdictõ illi⁹ in nouissimo manz. Bñdictõ p̃ris firmat domos filiorũ maledictõ aũt matr̃ eradicat fundm̃ta. Ne glorier̃ in cõtumelia patris tui: non eniz est tibi gloria sed cõfusio. Gloria enĩ homĩs ex honore patris sui: ⁊ dedecus filij. pater sine honore. Fili suscipe senectam patris tui. ⁊ non contristes eum in vita illius: ⁊ si defecerit sensu. veniam da. ⁊ ne spernas eum in tua virtute. Elemosyna enĩ patr̃ non erit in obliuione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonũ: ⁊ in iusticia edificabit̃ tibi ⁊ in die tribulationis cõmemorabit̃ tui ⁊ sicut in sereno glaties. soluent̃ peccata tua. Quã male fame est qui d̃relinquit p̃rem. ⁊ est maledictus a deo qui exasperat matrem. Fili in mansuetudine opa tua p̃fice: ⁊ sup̃ hominuz gloriam diligeris. Quãto magnus es hũilia te in oĩb⁹ ⁊ corã deo inuenies gr̃am: qm̃ magna potẽtia dei soli⁹. ⁊ ab humilib⁹ honoratur. Altiora te ne quesieris. ⁊ fortiora te ne scrutat⁹ fueris: sed que precepit tibi de⁹ illa cogita semp̃. ⁊ in plurib⁹ opib⁹ eius ne fueris curiosus. Nõ est enĩ tibi necessariũ ea que abscõdita sunt videre ocul' tuis. In superuacuis reb⁹ noli scrutari multipliciter: ⁊ in plurib⁹ eius opibus non eris curiosus. Plurima enĩ super sensum hominũ ostensa sunt tibi. Multos enĩ supplantauit suspitio illoꝝ. ⁊ in vanitate detinuit sensus illorum. Cor durum habebit male in nouissimo. ⁊ q̃ amat periculum. in illo peribit. Cor ingrediens duas vias non habebit successus: ⁊ prauum cor in illis scandaliçabit̃. Cor nequam grauabitur in doloribus ⁊ peccator adijciet ad peccanduz. Synagoge superborũ non erit sanitas: frutex enĩ peccati eradicabitur in illis ⁊ non intelligetur. Cor sapientis intelligetur in sapĩa. ⁊ auris bona audiet cum omĩ concupiscentia sapĩam. Sapiens cor ⁊ intelligibile abstinebit se a peccatis: ⁊ ĩ operibus iusticie successus habebit. Ignez ardentem extinguit aqua. ⁊ elemosyna resistit peccatis. ⁊ deus prospector est ei⁹ qui reddit gratiam. Meminit in posterum. ⁊ in tempore casus sui inueniet firmamentum.

IIII

Fili elemosynaz pauperis ne defraudes. ⁊ oculos tuos ne trãsuertas a paupere. Animam esurientem ne despexeris. et non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris. ⁊ non protrahas datuz angustianti. Rogationem cõtribulati ne abijcias: ⁊ nõ auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oc'los tuos ꝓpter iram ⁊ nõ relinquas querẽtibus tibi retro maledicere. Maledicẽtis enĩ tibi in amaritudine anime exaudietur deprecatio illius: exaudiet aũt eum qui fecit illum. Cõgregationi pauperuz affabilem te facito. ⁊ presbytero humilia animam tuã. ⁊ magnato humilia caput tuum. Declina pauperi sine tristicia aurem tuam. ⁊ redde debitum tuum. ⁊ respõde illi pacifice in mansuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur de mãu superbi. ⁊ non acide feras in anima tua In iudicando esto pupillis misericors vt pater. ⁊ pro viro matri illorum. ⁊ er̃ tu velut filius altissimi obediens. ⁊ miserebitur tui magis q̃z mater. Sapientia filijs suis vitã inspirat: ⁊ suscipit inq̃rẽtes se. ⁊ preibit in via iusticie. Et qui illam diligit. diligit vitam: ⁊ qui vigilauerint ad illam. cõplectentur placorem eius. Qui tenuerint illam. vitam hereditabunt. ⁊ quo introibit bñdicet deus

Qui seruiunt ei obsequẽtes erunt sancto ⁊ eos qui diligũt illaz· diligit deus. Qui audit illaz iudicabit gentes: ⁊ qui intuetur illam: permanebit confidens. Si crediderit ei: hereditabit illam · ⁊ erruut in cõfirmatione creature illorum quoniã in temptatione ambulat cum eo· ⁊ in primis eligit eum. Timorem et metum ⁊ pbationem inducet super illũ ⁊ cruciabit illũ in tribulatione doctrine sue donec tẽptet eũ in cogitatiõibus suis· ⁊ credat aie illius. Et firmabit illum ⁊ iter adducet directum ad illum · ⁊ letificabit illũ· ⁊ denudabit abscõsa sua illi· ⁊ thesauriçabit super illuz sciam ⁊ intellectuz iusticie. Si autez oberrauerit deserelinquet eũ· ⁊ tradet eum in man' inimici sui· Fili conserua tempus· ⁊ deuita a malo. Pro aĩa tua ne confundaris dicere verum. Est enĩ cõfusio adducẽs peccatũ· ⁊ ẽ cõfusio adducẽs gloriã ⁊ grãm Ne accipias faciem aduersus faciẽ tuaz nec aduersus aniam tuã mendaciũ. Ne reuerearis primũ tuũ ĩ casu suo: nec retineas verbũ in tpe salutis. Non abscõdas sapiam tuã in decore suo. In ligua enĩ sapia dinoscitur· ⁊ sensus ⁊ scia ⁊ doctrina in verbo sensati: ⁊ firmamẽtum in opibo iusticie. Nõ ꝺicas verbo veritatis vllo modo: ⁊ de mendacio ineruditiõis tue confundere. Non confundaris cõfiteri peccata tua: ⁊ ne subijcias te omi homini ꝓ peccato: Noli resistere ꝺ faciez potentis: nec coneris ꝺ ictuz fulmis. Pro iusticia agoniçare ꝓ aĩa tua · ⁊ vsqz ad mortẽ certa ꝓ iusticia: ⁊ deus expugnabit ꝓ te inimicos tuos. Noli citat' esse in lingua tua· ⁊ inutilis ⁊ remissus ĩ opibus tuis. Noli esse sicut leo ĩ domo tua euertẽs domesticos tuos: ⁊ oppimens subiectos tibi. Non fit porrecta manus tua ad accipiendũ ⁊ ad danduz collecta.

Noli attendere ad possessiones iniquas: ⁊ ne dixeris: est mihi sufficiens vita. Nihil enĩ proderit in tempore vindicte ⁊ obductiõis. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscẽtiam cordis tui· ⁊ ne dixeris: Quo mõ potui: aut quis me subijciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris. Peccaui: ⁊ quid mihi accidit triste? Altissimus enĩ est patiens redditor. De ꝓpitiato peccato noli esse sine metu: neqz adijcias peccatũ sup peccatum ⁊ ne dicas: Miseratio dñi magna est: multitudinis peccatoꝝ meoruz miserebit'. Misericordia enĩ ⁊ ira ab illo cito proximant: ⁊ in peccatores respicit ira illius. Non tardes conuerti ad dñm ⁊ ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius: ⁊ in tempore vindicte disperdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis: nõ enim proderunt tibi in die obductionis ⁊ vindicte. Non ventiles te in omnez ventum · ⁊ non eas in omnem viaz. Sic enim omis peccator probatur in duplici lingua. Esto firm' in via dñi: ⁊ in veritate sensus tui ⁊ sciẽtia: ⁊ prosequat' te verbũ pacis ⁊ iusticie Esto mansuetus ad audiendum verbũ dei vt intelligas: ⁊ cuz sapiẽtia proferes responsum verum. Si est tibi intellect' responde proximo: sin autez· sit manus tua super os tuum: ne capiaris in verbo indisciplinato ⁊ confundaris. Honor ⁊ gloria in sermõe sensati: lingua vero imprudentis subuersio est ipsius. Non appelleris susurro invita tua· ⁊ lingua tua ne capiaris ⁊ confundaris. Super furẽ enim est cõfusio ⁊ penitẽtia: ⁊ denotatio pessima super bilinguez: susurratori autem odiuz ⁊ inimicitia ⁊ cõtumelia. Justifica pusillum ⁊ magnũ similiter.

Noli fieri pro amico · inimicus proximo. Improperium enĩ et cõtumeliaz malus hereditabit· ⁊ ois peccator inuidus ⁊ bilinguis. Nõ te extollas in cogitatione aie tue velut taurus ne forte elidat' virtus tua ꝓ stultitiam ⁊ folia tua comedat· ⁊ fructus tuos perdat· ⁊ relinquaris velut lignũ aridum in heremo. Anima enim nequam dispdet qui se habet: ⁊ in gaudiũ inimicis dat illum ⁊ deducet in sortez impiorũ. Verbũ dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos ⁊ lingua eucharis in

bono homīe abundabit. Multi pacifici sint tibi & cōsiliarius sit tibi vnus de mille. Si possides amicum in temptatiōe posside eum. & ne facile credas ei teipsum Est enī amicus fm tempus suum: & nō permanebit in die tribulationis. Et est amic⁹ qui conuertit ad inimicitiam. et est amicus qui odium & rixam & cōuicia denudabit. Est autem amic⁹ socius mēse. & ñ pmanebit i die necessitat⁹. Amic⁹ si pmāserit fit⁹ erit tibi quasi coequalis et in domesticis tuis fiducialiter aget. Si humilauerit se ꝓtra te. & a facie tua abscōderit se: vnanimen habebis amicitiam bonam. Ab inimicis tuis separare & ab amicis tuis attende. Amicus fidel⁹ ptectō fortis: q̄ aūt inuenit illū: iuenit thesaur⁹. Nico fideli nulla ē cōparatō. & ñ est digna ponderatio auri & argēti ꝓtra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamētū vite & immortalitatis. & q̄ metuūt dñm: inueniēt illū. Qui timet deum eque habebit amicitiā bonam: qm̄ fm illum erit amicus illius. Fili a iuuēte tua excipe doctrinam: & vsq; ad canos inuenies sapiam. Quasi is qui arat & qui seminat accede ad eam: et sustine bonos fructus illius. In ope enī ipsius exiguus laborabis & cito edes de generationib⁹ illius. Quam aspera est nimius sapia indoctis homīb⁹: & nō permanebit in illa ercors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis: & nō demorabūtur proijcere illam. Sapiētia enī doctrine fm nomen est eius: & nō est multis manifesta. Quibus autem cognita est permanet vsq; ad cōspectum dei. Audi fili & accipe cōsilium intellectus: & ne abijcias cōsilium meum. Inijce pedem tuum in cōpedes illius: & in torques illius collum tuum. Subijce humerū tuum & porta illam. & ne accidieris vinculis eius. In omī animo tuo accede ad illam. & in oi virtute tua conserua vias eius. Inuestiga illam & manifestabit tibi: & cōtinēs factus ne derelinquas eam. In nouissimis enim inuenies requiem in ea. & cōuertetur tibi in oblectationem. Et erūt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis: & bases virtutis & torques illius in stolam glorie. Decor enim vite est in illa. & vincula illius alligatura salutis. Stola glorie indues eam. & coronam gratulationis imponet tibi. Fili si attenderis mihi. disces ea: & si accomodaueris animum tuum sapiens eris. Si inclinaueris aurem tuam excipies doctrinam: & si dilexeris audire. sapiens eris. In multitudine presbyterorū prudentium sta. & sapie illorum ex corde cōiungere: vt omnem narrationem dei possis audire. & prouerbia laudis nō effugiant a te. Et si videris sensatum euigila ad eum: & gradus ostiorum illius exterat pes tuus. Cogitatum tuum habe in preceptis dei: & in mandatis illius maxime assiduus esto: & ipse dabit tibi cor: & concupiscētia sapie dabit tibi.

VII

cor:qui non auersi sunt a dño· vt sit me
moria illorũ in benedictione. Et ossa eo
rum pullulãt de loco suo:⁊ nomẽ eoꝝ ꝑ
manet in eternũ:ꝑmanẽte ad filios illo
rũ sanctoꝝ virorũ gloria. Dilect⁹ a dño
deo suo samuel propheta dñi: renoua
uit imperiuz:⁊ vnxit principes in gente
sua. In lege dñi cõgregatõez iudicauit:
et vidit deũ iacob:et in fide sua ꝓbatus
est ꝓpheta. Et cognitus ẽ in verbis suis
fidelis:qꝛ vidit deũ lucis. Et inuocauit
dñm oĩpotentẽ in oꝑpugnãdo hostes cir
cũstãtes vndiq;:in oblatõe viri inuiola
ti. Et intonuit de celo dñs:et in sonitu
magno auditã fecit vocẽ suam:⁊ contri
uit principes tyrorũ et oẽs duces phili
stijm. Et ante tempus finis vite sue et
seculi testimoniũ prebuit in cõspectu do
mini et christi. Pecunias et vsq; ad cal
ciamenta ab oĩ carne nõ accepit:⁊ nõ ac
cusauit illum hõ. Et post hec dormiuit ⁊
votũ fecit regi:et oñdit illi finẽ vite sue
et exaltauit vocẽ eius de terra in ꝓphetia
delere impietatẽ gentis. XLVII

Post hec surrexit nathan prophe
ta in diebꝫ dauid. Et q̃si adeps
separatus a carne:sic dauid a fi
lijs israel. Cum leonibus lusit quasi cũ
agnis:et in vrsis similiter fecit sicut in
agnis ouiũ. In iuuẽtute sua nunquid
nõ occidit gigãtez:et abstulit opprobriũ
de gẽte? Intollẽdo manũ in saxo funde
deiecit exultatõnez golie:vbi inuocauit
deũ omnipotẽtez. Et dedit in dextera ei⁹
tollere hominẽ fortem in bello:et exalta
re cornu gẽtis sue. Sic in decẽ milibus
glorificauit eũ et laudauit eũ in benedi
ctõibus dñi:in offerendo illi coronam
glorie. Cõtriuit enĩ inimicos vndiq;:et
extirpauit philistijm ꝯtrarios vsq; in ho
diernũ diem. Contriuit cornu ipoꝝ vs
q; in eternũ. In omĩ ope dedit cõfessio
nez sancto:⁊ excelso ĩ verbo glorie. De oĩ
corde suo laudauit dñm:et dilexit deum
qui fecit illum:et dedit illi cõtra inimi
cos potẽtiam. Et stare fecit cantores cõ
tra altare:et in sono eorum dulces fecit
modos. Et dedit in celebrationibꝫ dec⁹
et ornauit tꝑa vsq; ad consũmationẽ vi
te:vt laudarẽt nomẽ sanctum dñi ⁊ am
plificarẽt mane dei sanctitatem. Christ⁹
purgauit peccata ipius:⁊ exultauit ĩ eter
num cornu eius. Et dedit illi testamen
tum regni· et sedem glorie in isrl'. Post
ipm surrexit filius sensatus:et ꝓpter il
lum deiecit omnẽ potentiã inimicorũ.
Salomon imperauit in diebus pacis:
cui subiecit deus omnes hostes vt con
deret domũ in nomĩe suo ⁊ pararet san
ctitatẽ in sempiternũ quemadmodum
eruditus est in iuuẽtute sua. Et imple
tus ẽ q̃si flumẽ sapĩa: ⁊ terrã retexit aĩa
sua. Et replesti in cõꝑationibꝫ enigma
ta ad insulas longe diuulgatum est no
men tuũ:et dilectus es in pace tua. In
cantilenis et ꝓuerbijs ⁊ comꝑationibꝫ
et interp̃tationibus mirate sunt terre:
⁊ in noĩe dñi dei:cui ẽ cognomẽ de⁹ isrl'.
Collegisti quasi auricalchũ aurũ: et vt
plumbũ complesti argentũ:⁊ inclinasti
femora tua mulieribꝫ. Potestatem ha
buisti in corpore tuo. Dedisti maculam
in gloria tua:⁊ ꝓphanasti semẽ tuũ indu
cere iracũdiã ad liberos tuos:⁊ in ceterꝫ
stulticiã tuã:vt faceres imperiũ biꝑtitũ
⁊ ex effrem imꝑare imperiũ duruz. De⁹

aũt nõ derelinquet misericordiã suam: et nõ corrũpet nec delebit opa sua: neq; perdet a stirpe nepotes electi sui: et semẽ eius qui diligit dñm nõ corrumpet. Dedit autẽ reliquũ iacob et dauid de ipa stirpe Et finem habuit salomon cum patribus suis. Et dereliquit post se de semine suo gẽtis stulticiam: et iminutũ a prudẽtia roboam: qui auertit gẽtem cõsilio suo: et hieroboaz filiũ nabath qui peccare fecit israel: et dedit viam peccãdi effraim: et plurima redũdauerunt peccata ipsorũ: Valde enĩ auerterunt illos a terra sua Et quesiuit omnes nequicias usq; duz ueniret ad illos defensio: et ab omnibus peccatis liberauit eos. XLVIII

Et surrexit helias propheta q̃si ignis: et uerbũ ipius quasi facula ardebat. Qui induxit in illos famem: et imitãtes illũ inuidia sua pauci facti sunt. Non enim poterant sustinere precepta dñi. Uerbo dñi cõtinuit celũ et deiecit a se ignẽ terre. Sic ãplificatus est helias in mirabilibus suis. Et quis põt similiter gloriari tibi? Qui suscitasti mortuũ ab inferis de sorte mortis in uerbo dñi dei: qui deiecisti reges ad penitiem: et cõfregisti facile potẽtiam ipsorum: et gloriosus de lecto suo. Qui audisti in sina iudiciũ: et in oreb iudicia defensiõis. Qui ungis reges ad penitentiam: et prophetas facis successores post te. Qui receptus es in turbine ignis i curru equorũ igneor: qui inscriptus es in iudicijs temporũ: lenire iracũdiam dñi: cõciliare cor patris ad filium: et restituere tribus iacob. Beati sunt qui te viderunt et in amicitia tua decorati sunt. Nã nos uita uiuimus tm̃: post mortem aũt non erit tale nomen nostruz. Helias qui in turbine tectus est et in helyseo completus est spũs eius. In diebus suis nõ pmittit principẽ: et potẽtia nemo uicit illum. Nec superauit illũ uerbũ aliquod: et mortuũ prophetauit corpus eius. In uita sua fecit mõstra: et in morte mirabilia opat̃ ẽ. In oibus istis nõ penituit populus et nõ recesserũt a peccatis suis usq; duz abiecti sunt de terra sua: et dispsi sũt in oẽm terrã: et relicta est gens p̃ pauca: et princeps in domo dauid. Quidã ipsorũ fecerũt quod placeret deo: alij aũt multa cõmiserunt peccata. Ezechias munit ciuitatẽ suã et induxit in mediũ eius aquã et fodit ferro rupẽ: et edificauit ad aquã puteũ. In diebus ipius ascendit sennacherib et misit rapsacen· et sustulit manũ suã cõtra illos: et extulit manum suã in sion: et superbus factus est potẽtia sua. Tũc mota sũt corda et manus ipor: et doluerũt q̃si parturiẽtes mulieres. Et inuocauerũt dñm misericordẽ et expandentes manus suas extulerũt ad celũ: et sanctus dñs deus audiuit cito uocẽ ipsorũ. Nõ est cõmemoratus pctõr ipor: neq; dedit illos inimicis suis: sed purgauit illos i manu esaie sancti prophete. Deiecit castra assyriorũ: et cõtriuit illos angelus dñi. Faz fecit ezechias quod placuit deo: et fortiter iuit in via dauid patris sui· quam mãdauit illi esaias prophetta magnus et fidelis in ospectu dei In diebus ipius retro redijt sol: et addidit regi vitã. Spiritu magno vidit ultima et osolatus est lugẽtes in sion· usq; in sempiternum. Ostendit futura et abscõdita anteqũ euenirent. XLIX

Memoria iosie in compositione unguentorum facta: opus pigmẽtarij. In oi ore quasi mel indulcabit eius memoria: et ut musica in cõuiuio vini. Ipe est directus diuinitus in penitẽtia gẽtis: et tulit abominationes impietatis. Et gubernauit animã dñm cor ipsius· et in diebus peccatorũ corroborauit pietatem. Preter dauid et ezechiam et iosiam oẽs peccatũ cõmiserunt: nam reliquerũt legẽ altissimi reges iuda: et cõtẽpserunt timorem dei. Dederunt enim regnum suum alijs: et gloriam suã alienigene genti. Incenderunt electaz sanctitatis ciuitatem: et desertas fecerunt vias ipius in manu hieremie. Faz male tractauerũt illum· qui a uentre matris consecratus est prophetare: euertere et eruere et pdere: et iterũ edificare et renouare

Ezechiel qui vidit cõſpectũ glorie:quaz oſtendit illi in curru cherubin. Nam cõ/memoratus eſt inimicorũ in imbri:bñ facere illis q̃ oſtẽderẽt rectas vias Et duodecim ꝓphetarũ oſſa pullulant de loco ſuo. Nam corroborauerũt iacob: ⁊ redemerũt ſe in fide virtutis ſue. Quomodo amplificemus çorobabel: Nã et ipſe quaſi ſignuz in dextera manu iſrael. Et ieſum filiũ ioſedech: Qui in diebz ſuis edificauerũt domũ:et exaltauerũt templũ ſanctũ dño:paratũ in gloriã ſempiternã. Et neemias i memoria multi tẽporis·qui erexit nobis muros euerſos: et ſtare fecit portas ⁊ ſeras:qui erexit domos nras. Nemo natuſ eſt in terra qualis enoch: nã ⁊ ipe receptus eſt a terra. Et ioſeph q̃ natus eſt hõ·princeps fratrũ·firmamentũ gẽtis:rector fratrũ·ſtabilimẽtuz ꝓpli:et oſſa ipius viſitata ſũt: et poſt mortẽ ꝓphetauerũt. Seth ⁊ ſem apud hoies gloriã adepti ſunt:⁊ ſup omnẽ aiam in origine adam.

L

Simon onie filius ſacerdos magnuſ:qui in vita ſua ſuffulſit domũ:et in diebus ſuis corroborauit templũ. Templi etiam altitudo abipo fundata eſt:duplex edificatio:⁊ excelſi parietes templi. In diebz ipius emanauerũt putei aquarũ:et quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. Qui curauit gentẽ ſuã:et liberauit eam a perditõne. Qui prevaluit amplificare ciuitatẽ qui adeptus eſt gloriaz in conuerſatõe gentis: et ingreſſuz domus et atriꝝ amplificauit. Quaſi ſtella matutina in medio nebule. Et quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Et quaſi ſol refulgens: ſic ille effulſit in tẽplo dei. Quaſi arcus refulgens inter nebulas glorie:et quaſi flos roſaruz in diebus vernis: et quaſi lilia que ſunt in tranſitu aque: et quaſi thus redolẽs in diebus eſtatis. Quaſi ignis effulgẽs: et thus ardens in igne. Quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide precioſo. Quaſi oliua pullulans et cypreſſus in altitudine ſe extollens. In accipiendo ipſuz ſtolam glorie et veſtiri eum in conſũmatione virtutis:in aſcenſu altaris ſancti gloriam dedit ſanctitatis amictũ. In accipiendo aũt partes de manu ſacerdotũ ⁊ ipe ſtans iuxta arã. Circa illũ corona fratrũ:⁊ quaſi plãtatio cedri in monte libano: ſic circa illum ſtetẽrunt quaſi rami palme et oẽs filij aaron in gloria ſua. Oblatio autez dñi in manibus ipſorum:coram omni ſynagoga iſrael:et conſũmatione fungẽs in araz·amplificare oblationez excelſi regis:porrexit manũ ſuaz in libatione:⁊ libauit de ſanguine vue. Effudit in fundamento altaris odorez diuinũ excelſo principi. Tũc exclamauerũt filij aaron: in tubis ductilibus ſonuerũt:et auditã fecerũt vocẽ magnã in memoriã coram dño. Tũc oĩs ꝓpls ſimul ꝓperauerunt: et ceciderũt in faciẽ ſuper terrã adorare dñm deũ ſuũ: ⁊ dare pces oipotenti deo excelſo. Et amplificauerũt pſallẽtes in vocibz ſuis ⁊ in magna domo factus eſt ſonus ſuauitatis plenus. Et rogauit populus dñm excelſum in prece vſq̃z duz perfectus eſt honor dñi:⁊ munus ſuũ ꝓfecerũt. Tũc deſcendẽs manus ſuas extulit in oẽz congregationẽ filiorũ iſrael dare gloriaz deo a labijs ſuis: et in noie ipius gloriari Et iterauit orationẽ ſuã: volẽs oñdere virtutem dei. Et plus orauit deũ oĩm. Qui magna fecit in oĩ terra:qui auxit dies noſtros a vẽtre matris noſtre:et fecit nobiſcũ ſm ſuã miſericordiam:det nobis iocunditatem cordis:⁊ fieri pacẽ in diebus noſtris in iſrael per dies ſempiternos:credere iſrael nobiſcũ eſſe dei miſericordiã:vt liberet nos in diebz ſuis. Duas gentes odit aia mea: tertia aũt nõ ẽ gẽs quã oderim. Qui ſedẽt in mõte ſeyr:⁊ philiſtijm:et ſtultus populus qui habitat in ſychimis. Doctrinam ſapientie et diſcipline ſcripſit in codice iſto:ieſus filiꝰ ſyrach·hieroſolymita·qui renouauit ſapientiaz de corde ſuo. Beatus qui in iſtis verſatur bonis. Qui ponit illa in corde ſuo:ſapiens erit ſemper. Si enĩ hec fecerit·ad omia valebit: quia lux dei veſtigium eius eſt.

Oratio Jesu filij syrach LI

CONfitebor tibi dñe rex: et collaudabo te deum saluatorem meū. Cōfitebor nomini tuo quoniaz adiutor et protector factus es mihi: et liberasti corpus meuz a perditōe a laqueo lingue inique: et a labijs operantium mēdacium: et in conspectu astātiuz factus es mihi adiutor. Et liberasti me sm multitudinē miserior: die nominis tui a rugientibus preparatis ad escam de manibus querētiuz animam meā: et de portis tribulationū que circūdederunt me: a pressura flāme que circūdedit me: et in medio ignis nō suz estuatus. De altitudine vētris inferi et a lingua coinquinata et a verbo mēdacij a rege iniquo: et a lingua iniusta. Laudabit vsqz ad mortē anima mea dñm: et vita mea appropinquās erat in inferno deorsum. Circūdederunt me vndiqz: et non erat qui adiuuaret. Respiciēs eraz ad adiutoriū hominuz: et non erat. Memoratus suz misericordie tue dñe: et operatōnis tue que a seculo sūt qm eruis sustinētes te dñe: et liberas eos de manibus gentiū. Exaltasti sup terram habitationē meam: et pro morte defluēti peccatus suz. Jnuocaui dñm patrē dñi mei: vt nō derelinquat me in die tribulatōis mee: et in tempore superbiū sine adiutorio. Laudabo nomē tuum assidue et collaudabo illud in confessione: et exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione: et eruisti me de tempore iniq Propterea confitebor et laudem dicam tibi: et benedicaz nomini dñi. Cū adhuc iunior suz: priusqz oberrarē quesiui sapientiā palam in oratione mea. Ante tps postulabā p illa: et vsqz in nouissimis inq tam eam: et florebit tanqz prequor vua. Letatū est cor meū in ea: ambulauit pes meus iter rectū: in iuuentute mea inuestigabā eaz. Jnclinaui modice aurē meam et excepi illā. Multaz inueni in mea ipo sapiam: et multuz profeci in ea. Dabit mihi sapiam dabo gloriaz. Cōfiliatus sum eni vt facerē illā: zelatus suz bonuz et non cōfundar. Colluctata est anima mea in illa: et in faciendo eam cōfirmatus sum. Manus meas extendi in altū et in sapiētia eius luxit aīa mea: et ignorantias meas illuminauit. Animā meā direxi ad illaz: et in agnitione inueni eā Possedi cum ipa cor ab initio: propter hoc non derelinquar. Venter meus cōturbatus est querendo illam: propterea bonam possidebo possessionem. Dedit enim mihi dñs linguam mercedē meaz: et in ipa laudabo eum. Appropiate ad me indocti: et congregate vos in domum discipline. Quid adhuc retardatis: et quid dicitis in his: Anime vestre sitiunt vehementer. Aperui os meū: et locutus suz: Comparate vobis sine argēto sapiētiaz et collū vestrū subjcite iugo eius: et suscipiat aīa vestra disciplinā Jn proximo est enī inuenire eam. Videte oculis vestris qz modicū laboraui: et inueni mihi multam requiem. Assumite disciplinaz in multo numero argēti: et copiosū aurū possidete in ea. Letet aīa vra in misericordia ei: et nō cōfundemini in laude eius. Operami opus vrm ante tps: et dabit vobis mercedē vestram in tpe suo.

Explicit liber Ecclesiasticus
Incipit oratio Salomonis

ET inclinauit salomō genua sua in conspectu totius ecclesie israel: et aperuit manus suas ad celū et dixit: Dñe deus isrl nō est similis de in celo sursuz: neqz in terra deorsum: qui custodis testamētum tuū et misericordiā pueris tuis etibi in ospectu tuo in toto corde: seruās puero tuo dauid q locut es illi: et locutus es i ore tuo: et i manu tua iplesti q̄si dies iste Et nūc dñe de isrl custodi puero tuo dauid patri meo que locutus es illi dicēs: Nō deerit tibi vir a facie mea sedens in throno israel: veruntamen si custodierint filij tui legē meā: et in preceptis meis ambulēt: sicut ambulauerūt

in conſpectu meo fideles. Et nunc dñe deus iſrael·creditū eſt verbū quod locutus es puero tuo dauid:qm̄ fi vere habitauit deus cū hominib⁹ in terra. Si celuz et celi celorū non ſufficiāt tibi:quanto magis domus hec quā edificauit:. Sed reſpicias ad orationē ſerui tui: et deprecationē ei⁹:vt exaudias dñe placatōez oronis·quā puer tuus orat coram te hodie: vt ſint oculi tui ſup domū hāc die ac nocte·in locū quē dixiſti·inuocari nomen tuū:et exaudias orationē quā puer tu⁹ orat i hoc loco:et exaudias deprecationez pueri tui·t populi tui iſrael·ſi orauerint in loco iuſto:et exaudias in loco habitationis de celo et exaudias et ꝓpitius ſis·ſi peccauerit vir in te.

Explicit Oratio Salomonis. Incipit prologus in Eſaiam prophetam.

Cmo cū ꝓphetas verſibuſ viderit eſſe deſcriptos:metro eos eſtimet apud hebreos ligari: et aliquid ſimile habere de pſalmis vel operib⁹ ſalomonis. Sed qđ in Demoſthene et Tullio ſolet fieri:vt p cola ſcribātur et comata:qui vtiq⁹ proſa et non verſibus cōſcripſerunt Nos q̄z vtilitati legentiū prouidentes: interpretationē nouam nouo ſcribendi genere diſtinximus. Ac primū de Eſaia ſciendum·q̄ in ſermone ſuo diſertus ſit:quippe vt vir nobilis et vrbane elegantie:nec habenſ quicq̄ in eloquio ruſticitatis admixtū Unde accidit:vt pre ceteris florem ſermonis eius·tranſlatio non potuerit cōſeruare. Deinde etiam hoc adijciendū: q̄ non tam ꝓphēta dicēdus ſit.q̄ euāgeliſta. Ita enim vniuerſa chriſti eccleſieq̄ myſteria ad liquidū proſecutus eſt vt nō putes eum de futuro vaticinari: ſed de p̄teritis hiſtoriam texere. Unde conijcio noluiſſe tūc temporis ſeptuagīta interpretes fidei ſue ſacramēta pſpicue ethnicis prodere:ne ſanctum canibus:et margaritas porcis daret: que cū hāc editionē legeritis ab illis animaduertetis abſcōdita. Nec ignoro quanti laboris ſit prophetas intelligere: nec facile quēpiam poſſe iudicare de interpretatōe:niſi intellexerit ante que legerit. Nos q̄z patere morſibus plurimorum: qui ſtimulāte inuidia:quod cōſequi nō valēt·deſpiciūt. Sciēs ergo et prudēs in flammaz mitto manum:et nihilominus hoc a faſtidioſis lectoribus precor: vt quomodo greci poſt ſeptuagīta trāſlatores aquilam et ſymmachuz·t thēodotionem legūt: vel ob ſtudium doctrine ſue·vel vt ſeptuaginta magis ex collatione eorum intelligāt: ſic et iſti ſaltē vnum poſt priores habere dignētur interpretem. Legāt prius·t poſtea deſpiciant ne videātur nō ex iudicio ſed ex odij preſumptōne ignorata damnare. Prophetauit autem eſaias in hieruſalem et in iudea:necdum decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de vtroq⁹ regnō nūc cōmixtim:nūc ſeparatim texit oraculum. Et cū interdū ad preſentē reſpiciat hiſtoriā:et poſt babilonie captiuitatem reditum populi ſignificet in iudeā: tamē oīs eius cura de vocatōe gētium t de aduētu chriſti eſt. Quem q̄nto plus amatis o paula et euſtochium:tāto magis ab eo petite:vt p obtrectatōe pūri q̄me indefinēter emuli laniāt: ipſe mihi mercedem reſtituat in futuro · qui ſcit me ob hoc in pegrine lingue eruditōne ſudaſſe:ne iudei de falſitate ſcripturarū eccleſijs eius diutius inſultarent.

Explicit ꝓlogus. Incipit argumentū.

Eſaias in hieruſalem nobili genere ortus eſt:ibiq⁹ prophetauit. Sub Manaſſe rege ſectus in duas partes occubuit. Sepultuſq⁹ eſt ſub quercu rogel· iuxta tranſitum aquaruz· quas olim Ezechias rex iacto obſtruxerat puluere.

Explicit argumentum.

Esaias

Incipit Esaias prophetā Capitulū I

Visio Esaie filij amos: quam vidit sup iudam ⁊ hierusalez. in diebꝫ oçie ioathan. achaç ⁊ eçechie reguz iuda. Audite celi et auribꝫ pcipe terra: qm̄ dn̄s locutꝰ est. Filios enutriui et exaltaui: ipsi aūt spreuerūt me. Cognouit bos possessorē suū: et asinus presepe dn̄i sui. Israel aūt me nō cognouit: ⁊ ppl's meꝰ nō intellexit. Ue genti peccatrici: ppl'o graui iniquitate. semini nequā: filijs sceleratꝫ Dereliquerūt dn̄m: blasphemauerunt sanctum isrl': abalienati sunt retrorsum Sup quo pcutiā vos vltra addētes p̄uaricationē. Om̄e caput languidū ⁊ oē cor merēs. A planta pedis vsqꝫ ad verticem. nō est in eo sanitas. Uulnus et liuor et plaga tumēs: nō ē circūligata nec curata medicamīe: neqꝫ vota oleo. Terra vr̄a deserta: ciuitates vr̄e succēse igni Regionē vestrā corā vobis alieni deuorant: ⁊ desolabit̄ sicut in vastitate hostili. Et derelinquet̄ filia sion vt vmbraculum in vinea: et sicut tuguriuz in cucumerario. sicut ciuitas q̄ vastat̄. Nisi dn̄s exercituū reliquisset nobis semen quasi sodoma fuissemus: ⁊ quasi gomorra similes essemus. Audite verbū dn̄i principes sodomoruz: pcipite auribꝫ legem dei vestri ppl's gomorre Quo mihi multitudinē victimarū vestrarū dicit dn̄s? Plenus sum. Holocausta arietū ⁊ adipem pingniū et sauguinē vitulorum ⁊ agnorū ⁊ hircoꝝ nolui. Cū veniretis añ conspectū meū: quis quesiuit hec de manibꝫ vr̄is. vt ambularetꝫ in atrijs meis? Ne offeratis vltra sacrificiū frustra. Incensum abominatio ē mihi. Neomeniā et sabbatū et festiuitates alias nō feraz. Iniqui sunt cetus vestri. Kalendas vestras et solēnitates vr̄as odiuit anima mea. Facta sunt mihi molesta. Laboraui sustinēs. Et cū extenderitis manꝰ vestras. auertā oculos meos a vobis ⁊ cuꝫ multiplicaueritis orationē. nō exaudiā Manus enī vestre sanguine plene sunt Lauamini mundi estote. auferte malū cogitationū vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Querite iudiciuz. subuenite oppresso. iudicate pupillo. defendite viduam. et venite ⁊ arguite me dicit dominꝰ Si fuerint peccata vestra vt coccinū. q̄si nix dealbabunt̄: et si fuerint rubra q̄si vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis ⁊ audieritis me: bona terre comedetis. Q̄ si nolueritis: ⁊ me ad iracūdiam prouocauerit̄. gladius deuorabit vos: quia os dn̄i locutū est. Quō facta est meretrix ciuitas fidel': plena iudicij? Iusticia habitauit in ea. nunc autez homicide. Argentum tuum versum est in scoriam: vinuz tuum mixtum est aqua. Principes tui īfideles: socij furū. Omnes diligūt munera: sequunt̄ retributiones. Pupillo nō iudicant: et causa vidue non ingreditur ad illos. Propter hoc ait dn̄s deus exercituū fortis israel. Heu ego consolabor super hostibus meis. et vindicabor de inimicis meis. Et conuertam manum meam ad te: et excoquam ad purum scoriam tuam: ⁊ auferam oē stānū tuum: et restituam iudices tuos vt fuerunt prius et consiliarios tuos sicut antiquitꝰ. Post hec vocaberis ciuitas iusti: vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur: et reducent eam in iusticia. Et conteret scelestos et peccatores simul: et qui dereliquerūt dn̄m. cōsument̄. Cōfundent̄ enī ab idolis quibus sacrificauerūt. Et erubescetis super hortis quos elegeratis: cum fueritis velut quercus defluentibꝫ folijs. et velut hortus absqꝫ aqua. Et erit fortitudo vestra vt fauilla stuppe. ⁊ opus vestrū quasi scintilla. et succendet̄ vtrūqꝫ simul: et non erit qui extinguat.

II

Verbum quod vidit esaias filius amos super iudeaz et hierusalem. Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini

in vertice montiū:⁊ eleuabiť sup colles
Et fluent ad eū oēs gentes:et ibunt po
puli multi et dicent. Uenite ascēdam⁹
ad montem dñi:et ad domū dei iacob:⁊
et docebit nos vias suas et ambulabi⁹
mus in semitis eius:qz de sion exibit lex:
et verbū dñi de hierusalez. Et iudicabit
gentes:et arguet pl'os multos. Et cō⁹
flabūt gladios suos in vomeres et lan⁹
ceas suas in falces. Non leuabit gens
contra gentē gladiū:nec exercebūtur vl
tra ad preliū. Dom⁹ iacob·venite ⁊ am⁹
bulemus in lumine dei nostri. Proiecti
sti enī pl'm tuū domū iacob: qz repleti
sūt vt olim:et augures habuerūt vt phi
listiim:et pueris alienis adhęserūt. Re⁹
pleta est terra argento et auro:⁊ nō est
finis thęsaurorū eius. Et repleta est ter
ra eius equis:⁊ innumerabiles q̄drige
eius. Et repleta ē terra ei⁹ idolis. Op⁹
manuū suarū adorauerūt: qđ fecerunt
digiti eor. Et incuruauit se homo:⁊ hu
miliatus est vir Ne ergo dimittas eis.
Ingredere in petrā:⁊ abscondere in fos
sa humo a facie timoris dñi:⁊ a gl'ia ma
iestatis eius. Oculi sublimis homis hu
miliati sunt: et incuruabiť altitudo vi⁹
rorū. Exaltabiť aūt dñs solus in die illa
quia dies dñi exercituū sup omnē super
bum et excelsum:et sup omnē arrogan⁹
tem:et humiliabiť: et sup oēs cedros
libani sublimes et erectas:et sup oēs
quercus basan: et sup omnes montes
excelsos:et sup oēs colles eleuatos:⁊ su
per omnē turrē excelsam: et sup omnez
murū munitū:⁊ sup oēs naues tharsis
et sup omne qđ visu pulcrum est. Et in
curuabiť omnis sublimitas hoīm et hu
miliabiť altitudo viroz. Et eleuabitur
dñs solus in die illa·et idola penitus cō
terenť. Et introibūt in speluncas petra
rū et in voragines terre a facie formidi⁹
nis dñi:⁊ a gloria maiestatis ei⁹:cū surre
xerit pcutere trā. In die illa proiciet hō
idola argenti sui et simulacra auri sui q̄
fecerat sibi:vt adorarent talpas et vesper
tiliones. Et ingrediet scissuras petrarū
et in cauernas saxoz a facie formidinis
domini:et a gloria maiestatis eius cum
surrexerit pcutere terraz. Quiescite er⁹
go ab hoīe cuius spūs in naribus ei⁹ est
qz excelsus reputatus est ipe. IIII

Ecce enī dñator dñs exercituuz
auferet ab hierusalez et ab iuda
validū et fortē:oē robur panis
et oīe robur aque:et fortē et virū bella
torē:et iudicē ⁊ pphętā:et ariolū:⁊ senē:
principē sup quinq̄ginta:⁊ honorabilez
vultu:et cōsiliariū:⁊ sapientē de architec⁹
tis:⁊ prudentē eloquij mystici. Et da⁹
bo pueros principes eorū :et effeminati
dñabunť eis. Et corruet pl's vir ad vi⁹
rum:et vnusquisq̄ ad proximū suū. Tu
multuabiť puer ctra senē ⁊ ignobilis cō
tra nobilē. Apprehēdet enī vir fratrē su
um domesticuz p̄ris sui :et dicet: Uesti⁹
mētuz tibi ē:princeps esto noster:ruina
aūt hęc sub manu tua. Rndebitq̄ in die
illa dicēs. Nō suz medic⁹:⁊ in domo mea
non est panis neq̄ vestimentuz. Nolite
cōstituere me principē populi. Ruit enim
hierusalē et iudas cōcidit: qz lingua eo⁹
rum et adinuentōes eor cōtra dñm:vt
puocarēt oculos maiestatis eius. Agni
tio vultus eor rndebit eis·⁊ peccatū su
um quasi sodoma predicauerūt: nec ab
sconderunt. Ue anime eor qm̄ reddita
sunt eis mala. Dicite iusto qm̄ bene:qm̄
fructū adinuentionū suarum comedet
Ue impio in malū. Retributio enī ma
nuū eius fiet ei. Populū meum exacto
res sui spoliauerunt:et mulieres dñate
sunt eis. Populе meus qui te beatū di
cūt·ipi te decipiūt:et viā gressuū tuorū
dissipāt. Stat ad iudicandum dñs ⁊ stat
ad iudicādos populos. Dominus ad iu
diciū veniet:cū senib⁹ populi sui et prin
cipib⁹ eius. Uos enī depasti estis vineā
meaz:et rapina paupis in domo vestra.
Quare atteritis populū meuz:et facies
paupz cōmolitis dicit dñs exercituuz:
Et dixit dñs de⁹. Pro eo q⁹ eleuate sūt
filie sion:et ambulauerūt extento collo
et nutibus oculorū ibant:et plaudebāt
et ambulabant: et pedibus suis cōposi⁹
to gradu incedebāt : decaluabit domin⁹

verticem filiarū sion: ⁊ dñs crinem earū nudabit. In die illa auferet dñs ornamētum calciamētorum ⁊ lunulas ⁊ torques ⁊ monilia ⁊ armillas ⁊ mitras et discriminalia ⁊ periscelides ⁊ murenulas ⁊ olfactoriola ⁊ inaures ⁊ annulos: ⁊ gemmas in frōte pendentes ⁊ mutatoria ⁊ palliola ⁊ linteamina ⁊ acus et specula ⁊ syndones ⁊ vittas et theristra. Et erit p suauī odore fetor: ⁊ p ḡona funiculus: ⁊ pro crispanti crine caluicium ⁊ pro fascia pectorali cilitium. Pulcerrimi q̄z viri tui gladio cadent: ⁊ fortes tui in prelio. Et merebūt atq̄z lugebūt portę eius: ⁊ desolata in terra sedebit.

Et apprehendent septē mulieres virū vnum in die illa dicētes: Panem nr̄m comedemus: ⁊ vestimētis nr̄is operiemur: tantūmodo inuocet nomē tuum sup nos: aufer opprobriū nr̄z. In die illa erit germen dñi in magnificentia: ⁊ gloria fructus terre sublimis: ⁊ exultatio his qui saluati fuerint de israel. Et erit ois q̄ relictus fuerit in sion ⁊ residuus in hierusalem scūs vocabit omnis qui scriptus est in vita in hierusalē. Si abluerit dñs sordes filiarū sion: ⁊ sanguinē hierusalem lauerit de medio eius: in spiritu iudicij ⁊ spiritu ardoris. Et creabit dñs sup omnem locū montis sion: ⁊ vbi inuocatus est. nubem p die ⁊ fumū ⁊ splendorē ignis flāmantis in nocte. Sup omnem enī gl'az protectio: ⁊ tabernaculū erit in vmbraculum diei ab estu: ⁊ in securitatem et absconsionem a turbine ⁊ a pluuia.

Cantalo dilecto meo canticū patruelis mei. vinee sue. Vinea facta est dilecto meo: i cornu filio olei. Et sepiuit eam: ⁊ lapides elegit ex ea: ⁊ plantauit vineā electam. Et edificauit turrim in medio eius: ⁊ torcular extruxit in ea. Et expectauit vt faceret vuas: ⁊ fecit labruscas. Nunc ergo habitatores hierusalem ⁊ viri iuda: iudicate inter me ⁊ vineam meam. Quid est qđ debui vltra facere vinee mee: ⁊ non feci ei: An q̄ expectaui vt faceret vuas: et fecit labruscas? Et nūc ostendam vobis quid ego faciam vinee mee. Auferam sepem eius: ⁊ erit in direptiōem. Diruam maceriam eius: ⁊ erit in cōculcationem ⁊ ponam eam desertam. Nō putabit ⁊ nō fodietur: ⁊ ascēdent super eam vepres et spine: ⁊ nubibus mādabo ne pluant sup eam imbrem. Vinea aūt dñi exercituum domus israel est: ⁊ viri iuda germen eius delectabile. Et expectaui vt faceret iudicium: ⁊ ecce iniquitas ⁊ iusticiam: et ecce clamor. Ve qui cōiungitis domū ad domum: et agrum agro copulatis vsq̄ ad terminū loci. Nūquid habitabitis vos soli in medio terre? In auribus meis sūt hec dicit dñs exercituum. Nisi domus multe deserte fuerint grādes ⁊ pulcre: ⁊ absq̄ habitatore. Decem enī iugera vinearum facient lagūculam vnam ⁊ triginta modij semētis facient modios tres. Ve qui cōsurgitis mane ad ebrietatem sectandam ⁊ potādum vsq̄ ad vesperam: vt vino estuetis. Cithara ⁊ lyra et tympanum ⁊ tibia ⁊ vinum in cōuiuijs vr̄is ⁊ opus dñi nō respicitis ⁊ nec opa manuum eius cōsideratis. Propterea captiuus ductus est pp̄l's meus ⁊ quia nō habuit scientiam: ⁊ nobiles eius interierūt fame ⁊ multitudo ei' siti exaruit. Propterea dilatauit infernus aīam suā: ⁊ aperuit os suū absq̄ vllo termino. Et descendent fortes eius: ⁊ pp̄l's eius ⁊ sublimes gloriosiq̄ eius ad eū. Et incurua bitur homo ⁊ humiliabit vir: ⁊ oculi sublimium deprimētur. Et exaltabit dñs exercituū in iudicio ⁊ deus scūs sanctificabitur i iusticia. Et pascent agni iuxta ordinē suū ⁊ deserta in vbertatem versa aduene comedēt. Ve qui trahitis iniq̄tatem in funiculis vanitatis ⁊ quasi vinculū plaustri peccatū. Qui dicitis ⁊ festinet ⁊ cito veniat opus eius: vt videam? ⁊ appropiet ⁊ veniat cōsiliū sancti israel: ⁊ sciemus illud. Ve qui dicitis malū bonū ⁊ bonum malū: ponētes tenebras lucem ⁊ lucē tenebras: ponētes amarū in dulce ⁊ dulce in amarū. Ve qui sapientes estis in oculis vr̄is ⁊ coram vobis

metipſis prudentes. Ve qui potentes
eſtis ad bibendum vinuz: et viri fortes
ad miſcendam ebrietatem. Qui iuſtifi/
catis impium pro muneribꝫ: et iuſtici/
am iuſti auferetis ab eo. Propter hoc ſi
cut devorat ſtipulam lingua ignis: & calor
flamme exurit: ſic radix eorum quaſi fa/
uilla erit: et germē eorū vt puluis aſcē/
det. Abiecerūt enim legem dñi exercitu
um: et eloquiū ſancti iſrael blaſphema/
uerunt. Ideo iratus eſt furor dñi in po
pulum ſuum: et extendit manū ſuaz ſu/
per eū: et percuſſit eum. Et cōturbati ſūt
montes: et facta ſunt morticina eorum
quaſi ſtercus i medio plateaꝝ. In hiis
omnibꝫ nō eſt auerſus furor eius: ſz ad/
huc manus eius extenta. Et eleuabit ſi
gnuz in nationibꝫ procul: et ſibilabit ad
eum de finibꝫ terre: et ecce feſtinus velo
citer veniet. Non eſt deficiens neqꝫ laſſ
rans in eo: nō dormitabit neqꝫ dormiet
neqꝫ ſoluetur cingulū renum eius: nec
rumpetur corrigia calciamēti eius. Sa
gitte eius acute: et oēs arcus eius ex
tenti. Ungule equorum eius vt ſilex: &
rote eī quaſi impetus tempeſtatiſ. Ru/
gitus eius vt leonis: rugiet vt catuli le
onum. Et frendet & tenebit predam et
amplexabitur: et nō erit qui eruat: et ſo
nabit ſuper eum in die illa ſicut ſonitus
maris. Aſpiciemus in terrā: & ecce tene
bre tribulationis: et lux obtenebrata ē
in caligine eius.

VI

In anno quo mortuus eſt rex ozi/
as. vidi dñm ſedentē ſuper ſoli
um excelſum & eleuatū: & plena
erat domus a maieſtate eius: & ea q̄ ſub
ipo erant replebāt templū. Seraphin
ſtabant ſuper illud: ſex ale vni. & ſex ale al
teri. Duabꝫ velabant faciē eius: & duabꝫ
velabant pedes eius: & duabꝫ volabant.
Et clamabant alter ad alterum: et dice
bant: Sanctus ſctūs ſcūs dñs deus ex
ercituum: plena eſt oīs terra gloria eius
Et cōmota ſunt ſuppliminaria cardinū
a voce clamantis. & domus repleta ē fu/
mo. Et dixi: Ve mihi quia tacui. q̄ vir
pollutus labijs ego ſuz. et in medio po/
puli polluta labia habentis ego habito
& regem dñm exercituū vidi oculis meis
Et volauit ad me vnus de ſeraphin & in
manu eius calculus quē forcipe tulerat d̄
altari. et tetigit os meū & dixit: Ecce te/
tigi hec labia tua & auferet iniq̄tas tua.
et peccatū tuum mūdabitur. Et audiui
vocem dñi dicētis: Quē mittam & quis
ibit nobis? Et dixi. Ecce ego. mitte me
Et dixit: Vade & dices populo huic. Au
dite audientes & nolite intelligere: et vi/
dete viſionē & nolite cognoſcere. Exce/
ca cor populi huius & aures eius aggra/
ua & oculos eius claude: ne forte videat
oculis ſuis & auribꝫ ſuis audiat. & corde
ſuo intelligat & convertat: & ſanem eū. Et
dixi. Uſqꝫquo dñe? Et dixit: Donec de
ſolent ciuitates abſqꝫ habitatore: et do/
mus ſine hoīe. Et terra relinquet deſer
ta: et longe faciet dñs hoīes. Et mltipli
cabitur q̄ derelicta fuerat i medio terre
& adhuc in ea decimatio. Et cōuertetur
& erit in oſtēſionē ſicut terebinthꝰ: & ſicut
querc⁹ q̄ expandit ramos ſuos. Semē
ſanctū erit id qđ ſteterit in ea.

VII

Et factuz eſt. in diebꝫ achaz filij
ioathan filij ozie regis iuda aſ/
cendit raſin rex ſyrie: & facee fili
us romelie rex iſrael in hieruſalē ad pre
liandū contra eam: & nō potuerūt debel/
lare eam. Et nūciauerūt domui dauid
dicentes: Requieuit ſyria ſup̄ effraim
& cōmotū eſt cor eius & cor populi ei⁹ ſi/
cut mouētur ligna ſiluarū a facie venti.
Et dixit dñs ad eſaiam. Egredere in oc
curſum achaz tu & qui derelictus eſt ia/
ſub filius tuus. ad extremū aqueduct⁹
piſcine ſuperioris in via agri fullonis: &
dices ad eum. Vide vt ſileas. Noli time/
re: & cor tuū ne formidet a duabꝫ caudi
titionū fumigantiū iſtoruz in ira furoꝛ
raſin regis ſyrie & filij romelie: eo q̄ cō/
filium inierit cōtra te ſyria in malū: & ef
fraim et filius romelie dicētes: Aſcēda/
mus ad iudam & ſuſcitemus eum: & vel
lamus eum ad nos: & ponamus regem
in medio eius filium tabeel. Hec dicit do
minus deus. Non ſtabit et nō erit iſtud

sed caput syrie damascus: et caput damascī rasin. Et adhuc sexaginta et quīq; annī: et desinet effraim esse ppl's: et caput effraim samaria: et caput samarie filius romelie. Si nō credideritis, nō permanebitis. Et adiecit dñs loqui ad achaz dicēs Pete tibi signū a dño deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit achaz: Non petam: et nō temptabo dñm. Et dixit: Audite ergo dom' dauid Nūquid parum est vobis molestos esse hoibus q; molesti estis et deo meo: Propter hoc dabit dñs ipe vobis signū. Ecce virgo concipiet et pariet filiū: et vocabitur nomē eius emanuel. Butyrum et mel comedet, vt sciat reprobare malum et eligere bonum. Quia antequ sciat puer reprobare malū et eligere bonū: derelinquetur terra quā tu detestaris a facie duorum regū suor. Adducet dñs sup te et sup ppl'm tuum et sup domū patris tui dies qui nō venerūt a diebus, separationis effraim a iuda cum rege assyriorum. Et erit in die illa, sibilabit dñs muscę q; est in extremo fluminū egypti: et api que ē in terra assur: et venient et requiescēt oēs in torrētibus vallium et in cauernis petrarum et in oīb frutetis et in vniuersis foraminib. In die illa, radet dñs in nouacula cōducta in his qui trans flumen sunt in rege assyriorum caput: et pilos pedū: et barbam vniuersam. Et erit in die illa, nutriet homo vaccam boum: et duas oues: et pre ubertate lactis comedet butyrum. Butyrum enī et mel manducabit oīs homo qui relictus fuerit in medio terre. Et erit in die illa, oīnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis: et in spinas et in vepres erūt. Cum sagittis et arcu ingrediētur illuc. Vepres enī et spine erunt in vniuersa terra. Et oīnes mōtes qui i sarculo sartient, nō veniet illuc error spinarū et vepriū, et erit in pascuam boum et in cōculcationez pecoris.

VIII

Et dixit dñs ad me. Sume tibi librum grandem: et scribe in eo stilo hominis, velociter spolia detrahe, ci to preda re. Et adhibui mihi testes fideles: uriam sacerdotem et zacharian filium barachie. Et accessi ad prophetissam: et concepit et peperit filiū. Et dixit dñs ad me Voca nomē eius, accelera, spolia detrahe festina, predari: quia anteq; sciat puer vocare patrem suū et matrē suam, auferet fortitudo damasci: et spolia samarie coram rege assyriorū. Et adiecit dñs loqui ad me adhuc dicens: Pro eo q; abiecit populus iste aquas syloe que vadūt cum silentio, et assumpsit magis rasin et filium romelie: propter hoc ecce dñs adducet sup eos aquas fluminis fortes et multas regē assyriorum et oēm gloriam eius. Et ascendet sup oīnes riuos eius et fluet sup vniuersas ripas eius, et ibit per iudam inundans: et transiens vsq; ad collū veniet. Et erit extensio alarū eius implēs latitudinē terre tue o emanuel. Cōgregamini populi et vincemini: et audite vniuerse procul terre. Confortamini et vincemini: accingite vos et vincemini: inite consilium et dissipabitur: loquimini verbum et nō fiet: quia nobiscū deus. Hec enī ait dñs ad me. Sicut i manu forti erudiuit me: ne irem in via ppli huius dicēs. Nō dicatis, cōiuratio. Omnia enī q; loquitur ppl's iste, cōiuratio est Et timore eius ne timeatis: neq; paueatis. Dñm exercituum ipm sanctificate: ipe pauor vester: et ipe terror vester: et erit vobis in sanctificationem: in lapidem autē offensionis et petram scandali duabus domibus israel: et in laqueum et in ruinam habitantibus hierusalem. Et offendent ex eis plurimi: et cadent et cōterētur et irretient et capientur. Liga testimoniū, signa legem in discipulis meis: expectabo dñm q; abscondit faciē suam a domo iacob: et prestolabor eum. Ecce ego et pueri mei quos dedit mihi dñs in signū et in portentū israel: a dño exercituum q; habitat i monte sion. Et cum dixerint ad vos, querite a phitonibus et a diuinis qui stridٔent in incantationibus suis, nunquid non populus a deo suo requiret visionem pro vivis ac mortuis? Ad legez magis et ad

testimonium. Q si nō dixerint iuxta ver
bum hoc: non erit eis matutina lux. Et
transibit per eaz ⁊ corruet ⁊ esuriet: ⁊ cū
esurierit irascētur: ⁊ maledicet regi suo
⁊ deo suo. Et suspiciet sursum ⁊ ad terrā
intuebitur. ⁊ ecce tribulatio ⁊ tenebre ⁊
dissolutio ⁊ angustia ⁊ caligo psequens
⁊ nō poterit auolare de angustia sua.

IX

Primo tempore alleuia
p ta est terra çabulon et terra ne
ptalim ⁊ nouissimo aggrauata
est via maris trans iordanē galilee gen
tium. Populus q̄ ambulabat in tene
bris vidit lucem magnā. habitantib⁹ in
regione vmbre mortis. lux orta est eis.
Multiplicasti gentem. nō magnificasti
leticiam. Letabūtur coram te sicut q̄ le
tantur in messe: sicut exultant victores
capta preda q̄n diuidūt spolia. Jugum
enim oneris eius. ⁊ virgam humeri ei⁹
⁊ sceptrū exactoris eius supasti: sicut in
die madian. Quia oīs violenta p̄datio
cū tumultu ⁊ vestimētum mixtum san
guine erit in cōbustionē: ⁊ cibus ignis.
Paruulus enī natus est nobis: ⁊ filius
datus est nobis. Et factus est p̄ncipat⁹
super humerū eius: ⁊ vocabit nomē ei⁹
admirabilis. cōsiliarius. deus fortis. pa
ter futuri seculi. princeps pacis: Multi
plicabitur ei⁹ imperiū. ⁊ pacis nō erit fi
nis: sup̄ soliū dauid ⁊ sup̄ regnuz ei⁹: vt
cōfirmet illud ⁊ corroboret in iudicio et
iustitia amodo ⁊ vsq̄ in sempiternum.
Zelus dñi exercituū faciet hoc. Verbuz
misit dñs in iacob: ⁊ cecidit in israel. Et
sciet oīs populus effraim ⁊ habitantes
samariam in superbia ⁊ magnitudine cor
dis. dicentes: Lateres ceciderūt: sz qua
dris lapidib⁹ edificabimus: sycomoros
succiderūt. sed cedros immutabimus.
Et eleuabit dñs hostes rasin sup̄ eum:
⁊ inimicos ei⁹ in tumultū vertet. syriaz
ab oriente: ⁊ philistiim ab occidēte: ⁊ de
uorabunt israel toto ore. In oībus his
non est auersus furor ei⁹: sed adhuc ma
nus eius extenta. Et populus nō est re
uersus ad percutientem se: ⁊ dñm exer
cituuz nō inquisierūt. Et disperdet dñs
ab isrl caput ⁊ caudā: incurātē ⁊ depuātē
die vna. Longeuus ⁊ honorabilis ipe ē
caput: ⁊ propheta docens mendaciū ipe
est cauda. Et erūt qui beatificant popu
lum istū seducētes: ⁊ qui beatificant pre
cipitati. Propter hoc sup̄ adolescētulis
eius nō letabitur dñs: ⁊ pupillorū eius
⁊ viduarū nō miserebitur. Quia oīs
hypocrita est ⁊ nequā: ⁊ vniuersuz os lo
cutum est stulticiam. In oībus his nō
est auersus furor eius: sed adhuc man⁹
eius extenta. Succensa est enī q̄si ignis
impietas: veprem ⁊ spinam vorabit. Et
succendetur in densitate saltus: ⁊ cōuol
uetur in superbia fumi. In ira dñi exerci
tuū conturbata est terra. ⁊ erit p̄ps q̄si
esca ignis. Vir fratri suo nō parcet: ⁊ de
clinabit ad dexteram ⁊ esuriet: ⁊ comedz
ad sinistram ⁊ nō saturabit. Vnusquis
q̄ carnem brachij sui vorabit. manasses
effraim: ⁊ effraim manassen. ⁊ simul ipi
contra iudaz. In oībus his nō est auer
sus furor eius: sed adhuc manus ei⁹ ex
tenta.

X

Ve qui condūt leges iniquas: ⁊
v scribentes iniusticiaz scripserūt
vt opprimerent in iudicio pau
peres: ⁊ vim facerēt cause humilium po
puli mei: vt essent vidue preda eorum et
pupillos diriperent. Quid facietis in die
visitationis ⁊ calamitatis de longe veni
entis? Ad cuius cōfugietis auxilium: ⁊
vbi derelinquetis gloriam vestram: ne
incuruemini sub vinculo: ⁊ cuz interfe
ctis cadatis? Super oīb⁹ his non est
auersus furor eius: sed adhuc man⁹ ei⁹
extenta. Ve assur. Virga furoris mei et
baculus ipe est. In manu ei⁹ indigna
tio mea. Ad gentem fallacem mittaz eū
et contra p̄plm furoris mei mandabo il
li: vt auferat spolia ⁊ diripiat p̄dam: et
ponat illū in conculcationē q̄si lutū pla
tearū. Ipse aūt non sic arbitrabit: ⁊ cor
eius non ita estimabit: sed ad conteren
dum erit cor eius. ⁊ ad internitionē gē
tium non paucarum. Dicet enim. Nūq̄
quid nō p̄nceps mei simul reges sūt?
Nūquid non vt carchamis. sic calanno

ꝛ vt arphat·sic emath:? Nūquid non vt damascus·sic samaria:? Quomō inueīt manus mea regna idoli: sic ꝛ simulacra eoꝝ de hierusalem ꝛ de samaria. Nūqd nō sic fecit samarie ꝛ idolis eī⁹: sic faciaz hierusalem ꝛ simulacris eī⁹. Et erit cuz impleuerit dñs cūcta opera sua in monte sion ꝛ in hierusalem·visitabo sup fructum magnifici cordis regis assur:et super gloriā altitudinis oculorū eius. Dixit enī: In fortitudine manus mee feci ꝛ in sapia mea itelleri. Et abstuli terminos populorū:ꝛ principes eorū depreda tus sum:ꝛ detraxi quasi potens in sublimi residentes. Et inuenit quasi niduz manus mea fortitudinem pꝓlorum:et sicut colliguñ oua q̄ derelicta sūt·sic vniuersam terrā ego cōgregaui:ꝛ nō fuit q̄ moueret pennam ꝛ aperiret os ꝛ gannieret. Nūquid gloriabiť securis cōtra euz qui secat in ea·aut exaltabiť serra cōtra eum a quo trahitur:? Quō si eleueť virga cōtra eleuātem se:ꝛ exalteť baculus qui vtiqz lignū est. Propter hoc mittet dñator dñs exercituum in pinguibꝰ eī⁹ tenuitatem:ꝛ subtus gloriaz eī⁹ succēsa ardebit quasi combustio ignis:ꝛ erit lumen israel in igne:ꝛ scūs eius in flāma ꝛ succēdetur ꝛ devorabiť spina eius:ꝛ vepres in die vna·ꝛ gloria saltus eī⁹: ꝛ carmeli eius ab anīa vsq̄ ad carnē cōsumetur. Et erit terrore profugus:ꝛ reliquie ligni saltus eī⁹ pe paucitate nūerabuntur:ꝛ puer scribet eos. Et erit in die illa nō adiciet residuū israel: ꝛ hi qui fugerint de domo iacob inniti sup eo qui percutit eos:sed innitet sup dñm sanctum israel. In veritate reliquie cōuertentur reliquie inquā iacob ad deū fortem. Si enī fuerit pꝓlus tuus isrl' quasi arena maris:reliquie cōuertenť ex eo. Consūmatio abbreuiata inundabit iusticiā. Consummationē enī ꝛ abbreuiationē dominus deus exercituū faciet in medio oīs terre Propter hoc hec dicit dñs de⁹ exercituuz. Noli timere populus me⁹ habitator sion ab assur. In virga enī pcutiet te:ꝛ baculū suū leuabit super te i via egypti. Adhuc enī paululū modicūq̄: ꝛ cōsummabitur indignatio mea ꝛ furor meus sup scelus eorū. Et suscitabit super eū dñs exercituum flagellum iuxta plagam madian in petra oreb:ꝛ virgam suā sup mare: ꝛ leuabit eam in via egypti. Et erit in die illa auferet onus eius de humero tuo:ꝛ iugū eius de collo tuo ꝛ cōputrescet iugū a facie olei. Veniet i aioth·trāsibit i magron·apud magmas cōmendabit vasa sua. Transierunt cursim:gabaa sedes nostra. Obstupuit rama:gabaa saulis fugit. Vinni voce tua filia gallim:attende laisa pauperula anathot. Vigrauit medemena habitatores gabim cōfortamini. Adhuc dies est vt i nobe stetur. Agitabit manū suā sup mōtem filie sion ꝛ collem hierusalez. Ecce dñator dñs exercituū confringet lagunculaz in terrore ꝛ excelsi statura succidētur:ꝛ sublimes humiliabūtur. Et subuertenť cōdensa saltus eī⁹ ferro: ꝛ libanus cū excelsis cadet.

XI

Et egredietur virga de radice iesse:ꝛ flos de radice eius ascendet ꝛ requiescet sup eum spūs dñi· spūs sapiētie ꝛ intellectus· spūs cōsilij ꝛ fortitudinis·spūs scientie ꝛ pietatis; ꝛ replebit eum spūs timoris dñi. Non fm visionē oculorum iudicabit:neq̄ fm auditū aurium arguet. Sed iudicabit in iusticia pauperes:ꝛ arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terrā virga oris sui:ꝛ spiritu labiorū suorū interficiet impium. Et erit iusticia cingulum lumboꝝ eius:ꝛ fides cinctorium renum eius. Habitabit lupus cū agno:ꝛ pardus cuz hedo accubabit. Vitulus ꝛ leo ꝛ ouis simul morabūtur:ꝛ puer parvulus minabit eos. Vitul⁹ ꝛ vrsus pascentur:simul requiescent catuli eorum: ꝛ leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab vbere super foramia aspidis:ꝛ in cauerna reguli qui ablactatus fuerit·manum suaz mittet. Nō nocebunt ꝛ nō occident in vniuerso mōte sancto meo:quia repleta' est terra scientia domini:ficut aque maris operientiq

In die illa radix ieſſe qui ſtat in ſignum populoꝝ·ipſum gentes deprecabũtur:& erit ſepulcrũ eius gloriosum. Et erit in die illa adiiciet dñs ſecũdo manũ ſuam ad poſſidendũ reſiduũ populi ſui:quod relinquetur ab aſſyrijs:& ab egypto et a phatros & ab ethiopia & ab elam et a ſennaar & ab emath & ab inſulis maris. Et leuabit ſignũ in nationes: & congregabit profugos iſrael. Et diſperſos iuda colliget a quattuor plagis terre & auferetur zelus effraim & hoſtes iuda peribunt. Effraim nõ emulabit iudam:& iudas nõ pugnabit contra effraim. Et volabũt in humeros philiſthim p mare ſimul prædabunt filios orientis. Idumea & moab præceptum manus eorũ:& filij ammon obedientes erunt Et deſolabit dñs linguam maris egypti: & leuabit manũ ſuã ſuper flumen in fortitudine ſpũs ſui:& percutiet eum in ſeptem riuis·itavt tranſeant per eum calciati. Et erit via reſiduo populo meo qui relinquetur ab aſſyrijs:ſicut fuit iſraeli in die illa qua aſcendit de terra egypti.

XII

Et dices in die illa: Confitebor tibi dñe quõniam iratus es mihi:conuerſus eſt furor tuus: & conſolatus es me. Ecce deus ſaluator meus: fiducialiter agam & nõ timebo. Quia fortitudo mea & laus mea dñs: & factus eſt mihi in ſalutẽ. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris: & dicetis in illa die: Cõfitemini dño: & inuocate nomẽ eius. Notas facite in populis adinuẽtiões eius:memẽtote quõniam excelſum eſt nomẽ eius. Cantate dño quõniam magnifice fecit: annũciate hoc in vniuerſa terra. Exulta & lauda habitatio ſion:quia magnus in medio tui ſanctus iſrael.

XIII

Onus babylonis:quod vidit eſai as filius amos. Super montẽ caliginoſum leuate ſignũ: exaltate vocẽ·leuate manũ:& ingrediantur portas duces. Ego mandaui ſanctificatis meis: & vocaui fortes meos in ira mea: exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus quaſi populi frequẽti um:vox ſonitus regum gentiũ congregatarũ. Dñs exercituũ precepit militie belli:venientibus de terra procul. A ſummitate celi dñs & vaſa furoris eius vt diſperdat omnem terram. Vlulate quia prope eſt dies dñi:quia vaſtitas a dño veniet. Propter hoc omnes manus diſſoluẽtur & omne cor hominis tabeſcet & cõtereti. Dolores & dolores tenebũt:quaſi parturiẽs dolebũt. Vnuſquiſq; ad proximũ ſuum ſtupebit:facies cõbuſte vultus eorum. Ecce dies dñi veniet crudelis & indignationis plenus & ire furoriſq; ad ponendã terram in ſolitudinẽ:& peccatores eius cõterendos de ea:quoniã ſtelle celi & ſplendor earum nõ expandent lumẽ ſuũ. Obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo:& luna nõ ſplendebit in lumine ſuo. Et viſitabo ſuper orbis mala:et contra impios iniquitatẽ eorũ. Et requieſcere faciam ſuperbiã infidelium:& arrogantiã fortiũ humiliabo. Pretioſior erit vir auro:& homo mũdo obrizo. Propter hoc celũ turbabo:& mouebitur terra de loco ſuo:propter indignationẽ dñi exercituum:& propter diem ire furoris eius. Et erit quaſi damula fugiens· & quaſi ouis:& non erit qui congreget. Vnuſquiſq; ad propriũ ſuũ cõuertetur:& ſinguli ad terram ſuã fugient. Omnis qui inuẽtus fuerit occidet:& quicunq; ſuperuenerit cadet in gladio. Infantes eorũ allidentur in oculis eorũ: diripientur domus eorum:& vxores eorũ violabuntur. Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos medos· qui argẽtum nõ querant nec aurũ velint:ſed ſagittis paruulos interficient:& lactantibus vteris nõ miſerebũtur & ſuper filios nõ parcat oculus eorũ. Et erit babylon illa ciuitas gloriosa in regnis·inclyta in ſuperbia chaldeorum·ſicut ſubuertit dñs ſodomam & gomorram. Non habitabitur vſq; in finẽ & nõ fundabitur vſq; ad generationẽ & generationẽ. Nec ponat ibi tentoria arabs·nec paſtores requieſcẽt ibi·ſed requieſcent ibi beſtie: & replebũtur domus eorum draconibus. Et habitabũt ibi ſtrutiões:& pilоſi ſaltabũt ibi:et reſpondebũt ibi vlule in edibus eius:&

syrene in delubris voluptat⁹. XIIII

PRope est vt veniat tempus ei⁹. p 7 dies eius non elongabuntur Miserebit enim dñs iacob 7 eli get adhuc de israel:7 requiescere eos fa/ciet sup humũ suaz. Adiũgetur aduena ad eos:et adherebit domui iacob. Et te/nebũt eos populi:7 adducẽt eos in locũ suum. Et possidebit eos dom⁹ israel su/per terram dñi in seruos 7 ancillas: 7 e/ruut capientes eos q̃ se ceperant:7 sub/icient exactores suos. Et erit in die il/la cũ requiem dederit tibi deus a labo/re tuo:7 a cõcussione tua 7 a seruitute du/ra qua ante seruisti:sumes parabolã istã contra regem babylonis 7 dices. Quõ cessauit exactor:quieuit tributũ? Cõtri uit dñs baculũ impiorũ. virgam dñan/tium cedentẽ pp̃los in indignatiõe pla/ga insanabili:subiicientẽ in furore gen/tes:psequẽtem crudeliter Conquieuit 7 siluit omnis terra:gauisa ẽ 7 exultauit: abietes quoq; letate sunt sup te:7 cedri libani. Ex quo dormisti nõ ascendit qui succidat nos Infernus subter te cõtur batus est in occursum aduẽtus tui:su/scitauit tibi gigantes. Omnes principes terre surrexerũt de solijs suis:omnis prin cipes nationũ. Vniuersi respondebunt 7 dicent tibi:Et tu vulneratus es sicut 7 nos:nostri similẽ effect⁹ es. Detracta est ad inferos superbia tua:concidit cada/uer tuũ. Subter te sternet tinea: 7 ope rimentũ tuũ erũt vermes. Quõ cecidi sti ỏ celo lucifer q̃ mane oriebaris? Cor ruisti in terram qui vulnerabas gẽtes: qui dicebas in corde tuo: In celum con/scendam. sup astra dei exaltabo soliũ me/um:sedebo in monte testamẽti. in lateri bus aquilonis:ascẽdam sup altitudinẽ nubium. similis ero altissimo. Verũta men ad infernũ detraheris in pfundum laci. Qui te viderint. ad te inclinabunt teq; prospicient. Nũquid iste est vir qui cõturbauit terrã. qui concussit regna. q̃ posuit orbem desertum:7 vrbes eius de/struxit:vinctis eius nõ aperuit carcerẽ? Omnes reges gentiũ vniuersi dormi/ernnt in gloria vir in domo sua:tu autẽ proiect⁹ es de sepulcro tuo quasi stirps inutilis pollutus 7 obuolut⁹. cum his q̃ interfecti sunt gladio: 7 descẽderunt ad fundamenta laci. Quasi cadauer putri/dum nõ habebis consortiũ: neq; cũ eis in sepultura. Tu enim terrã tuam disper/didisti. tu populũ tuũ occidisti. Nõ voca bitur in eternũ semẽ pessimor̃. Prepa/rate filios eius occisioni in iniquitate patrũ eorũ. Non cõsurgent nec hereditabũt terram:neq; implebũt faciem or bis ciuitatũ Et cõsurgam sup eos dicit dñs exercituũ:7 perdam babylonis no/men:7 reliquias 7 germen 7 pgenies di cit dñs. Et ponã eam in possessionẽ rici/: 7 in paludes aquarũ:7 scopabo eam i sco/pa terens dicit dñs exercituũ. Jurauit dñs exercituũ dicẽs: Si nõ vt putaui ita erit:7 quõ mente tractaui sic eueni/et:vt cõteram assyriũ in terra mea: 7 in montibus meis cõculcem eum:7 auferet ab eis iugum eius:7 on⁹ illius ab hũero eorũ tollet. Hoc cõsiliũ quod cogitaui sup omnem terrã. 7 hec est manus exten ta sup vniuersas gentes Dñs exercitu um decreuit:et quis poterit infirmare? Et man⁹ eius extẽta 7 quis auertet eã? In anno quo mortuus est rex achaz. fa ctum est onus istud. Ne leteris philistea omnis tu:qm̃ cõminuta est virga pcussо ris tui. De radice enim colubri egredie regulus. 7 semẽ eius absorbens volucrẽ Et pascent primogeniti pauper: 7 pau/peres fiducialiter requiescẽt:et interire faciam in fame radicẽ tuã:7 reliq̃as tu/as interficiam. Ulula porta. clama ciui/tas:prostrata est philistea omis. Ab aqui/lone enim fumus venit:7 nõ est qui effu giet agmen ei⁹. Et q̃d rndebit nuncijs gentis? Quia dñs fundauit sion: et in ipo sperabunt pauper populi eius.

ONus moab. Quia XV o nocte vastata est ar. moab cõti/cuit:quia nocte vastat⁹ est mu/rus. moab cõticuit. Ascendit domus. et dylon ad excelsa in planctum: sup nabo 7 sup medaba moab vlulabit. In cũct⁹

capitibus eiꝰ caluitium:ꝛ omnis barba radetur. In triuijs eiꝰ accincti sunt sac co:sup tecta eius ꝛ in plateis eius om/nis vlulatus descendet in fletum. Cla/mauit eselon:ꝛ eleale: vsq; iasa audita ē vor eorum. Sup hoc expediti moabvlu labunt·aīa eius vlulabit sibi. Cor me um ad moab clamabit vectes eius vsq; ad segor vitulam cōternantem p ascen/sum enī luith flens ascendet:ꝛ ī via oro naim clamorem cōtritionis leuabunt. Aque enī nemrim deserte erūt·qꝛ aruit herba·defecit germem: viror omis inte rijt. Decom magnitudinē opis ꝛ visita tio eorū. Ad torrentē salicum ducēt eos quoniā circūibit clamor terminuz mo/ab. Usq; ad gallim vlulatus euus:ꝛ vsq; ad puteū helim clamor eius· quia aque dybon replete sunt sanguine. Ponā·n· sup dybon additamēta his q̄ fugerit de moab leonē:ꝛ reliquijs terre.

XVI

Emitte agnū dñe· dñatorez tey/re:de petra deserti ad montez fi/lie sion. Et erit sicut auis fugi/ens:ꝛ pulli de nido auolantes·sic erunt filie moab in transcensu arnon. Ini cō/silium·coge concilium:pone quasi noctez vmbram tuā in meridie. Absconde fu/gientes:ꝛ vagos ne prodas. Habitabūt apud te profugi mei. Moab esto latibu lum eorū a facie vastatoris. Finitus est enim puluis:cōsummatus est miser:de fecit qui cōculcabat terram. Et prepara bit in misericordia solium:ꝛ sedebit super eum in veritate ī tabernaculo dauid: iu/dicans ꝛ querēs iudiciū:ꝛ velociter red dens quod iustū est. Audiuimus supbi/am moab:supbus est valde. Superbia eius ꝛ arrogantia eius ꝛ indignatio eiꝰ plusq; fortitudo eius. Idcirco vlulabit moab ad moab vniūsus vlulabit. Pro his qui letantᵉ sup muros cocti lateris loq̄/mini plagas suas quoniā suburbana e/selon deserta sunt. Et vineam sabama dñi gētium exciderūt. Flagella eius vs/q; ad iaçer puenerunt:errauerunt in de serto:propagines eius relicte sunt·trā/sierunt mare. Super hoc plorabo in fle tu iaçer:ꝛ vineaz sabama. Inebriabo te lachryma mea eselon ꝛ eleale:quoniam sup vindemiā tuam ꝛ sup messem tuaz vor calcantium irruit. Et auferetur leti cia ꝛ exultatio ō carmelo:ꝛ in vineis nō exultabit neq; iubilabit. Vinū in torcu lari nō calcabit qui calcare consueuerat vocem calcantiū abstuli. Sup hoc ven/ter meꝰ ad moab quasi cithara sonabit ꝛ viscera mea ad murū cocti lateris. Et erit cū apparuerit quod laborauit moab sup excelsis suis: ingredietur ad sancta sua vt obsecret:ꝛ nō valebit. Hoc verbuz quod locutus est dñs ad moab extunc: ꝛ nunc locutus est dicens: In trib⁹ an/nis quasi anni mercēnarij auferet gl'ia moab sup omni populo multo: ꝛ relin/quetur in eo sicut racemus paruꝰ ꝛ mo dicus·nequaq; multus.

XVII

Onus damasci. Ecce damascus desinet esse ciuitas: et erit sicut aceruus lapidū in ruina. Dere licte ciuitates aroer gregib⁹ erūt: ꝛ req̄/escent ibi:ꝛ nō erit qui exterreat. Et ces sabit adiutoriū ab effraim:et regnum a damasco:ꝛ reliquie syrie sicut gloria fili orum israel erunt·dicit dñs exercituuz. Et erit·in die illa attenuabitur gl'ia ia/cob:ꝛ pinguedo carnis eius emarcescet ꝛ erit sicut cōgregans in messe quod re stiterit ꝛ brachiuz eius spicas leget. Et erit sicut querens spicas in valle raphā im:ꝛ relinquetur in eo sicut racemus ꝛ sicut excussio olee·duarū vel triū oliua/rum in summitate rami·siue quattuor aut quinq;. In cacuminib⁹ eius fructꝰ eius:dicit dñs deus israel In die illa in clinabitur homo ad factorē suum:ꝛ ocu li eius ad sanctū israel respicient:ꝛ non inclinabitur ad altaria que fecerūt ma/nus eius:ꝛ que' opati sunt digiti eius: non respicient lucos ꝛ delubra. In die illa·erunt ciuitates fortitudinis eiꝰ de/relicte sicut aratra ꝛ segetes que dereli/cte sunt a facie filiorū israel. Et eris de/serta quia oblita es dei saluatoris tui:et fortis adiutoris tui non es recordata. Propterea plantabis plantationem fi/

velem:⁊ germen alienuz seminabis In die plantatiõis tue labrusca:⁊ mane semẽ tuuz florebit. Ablata est messis i die hereditatis:⁊ dolebit grauiter. Ue multitudini ꝑplorꝫ multoruz vt multitudo maris sonantis:⁊ tumultꝰ turbaruz sicut sonitus aquarũ multarꝫ. Sonabũt ꝑpli sicut sonitus aquarꝫ inundantiũ:et increpabit euz ⁊ fugiet procul. Et rapietur sicut puluis montiũ a facie venti:⁊ sicut turbo coram tempestate. In tempore vespere:⁊ ecce turbatio: in matutino:et nõ subsistet Hec est pars eorꝫ q̃ vastauerũt nos:⁊ sors diripientium nos.

XVIII

Ue terre cymbalo v alarũ que est trans flumẽ ethiopie:qui mittit i mare legatos ⁊ in vasis papyri sup aquas. Ite angeli veloces ad gẽtem cõuulsam et dilaceratam:ad populũ terribilem post quẽ non est alius:ad gentem expectantem ⁊ conculcatam cuiꝰ diripuerũt flumia terraz eius. Ad montẽ nois dñi exercituũ mõtem sion. Omnes habitatores orbis q̃ moramini in terra·cũ eleuatũ fuerit signum in montib⁹ videbitis:⁊ clangorẽ tube audietis·quia hec dicit dñs ad me: Ego quiescam ⁊ ꝓsideraby in loco meo: sicut meridiana lux clara est:⁊ sicut nubes roris in die messis. Ante messem ei totus effloruit:⁊ immatura ꝓfectio germinauit:⁊ ꝓcidẽtur ramusculi eius falcibus:⁊ que derelicta fuerint abscindentur. Excutienꝫ:⁊ reliquẽtur simul auibus montiũ ⁊ bestijs terre:⁊ estate pertetua erũt sup eum volucres:⁊ oñis bestie terre sup illam hyemabũt. In tempore illo deferꝫ munus dño exercituum a pplo diuulso ⁊ dilacerato· a pplo terribili post quẽ nõ fuit alius: a gente expectante:⁊ cõculcata:cuiꝰ diripuerunt flumina terram eius:ad locuz nois dñi exercituum montẽ sion.

XIX

Onus egypti. Ecce dñs ascẽdet super nubem leuez:⁊ ingredietꝫ egyptum:⁊ mouebũtur simulacra egypti a facie eius:⁊ cor egypti tabescet in medio eius. Et cõcurrere faciam egyptios aduersus egyptios:et pugnabit vir contra fratrẽ suum:⁊ vir cõtra amicum suũ:ciuitas aduersus ciuitatem:regnum aduersus regnũ:⁊ dirũpetur spũs egypti in visceribꝰ eius:⁊ cõsilium eius ꝑcipitabꝫ:⁊ interrogabunt simulacra sua:⁊ diuinos suos:⁊ phitones:⁊ ariolos:⁊ tradam egyptum i manu dominorũ crudeliũ:⁊ rex fortis dñabitur eorũ·ait dñs exercituũ. Et arescz aqua de mari:⁊ fluuius desolabitꝫ atz siccabitur:⁊ deficient flumina. Attenuabũtur ⁊ siccabũtur riui aggerum. Calamꝰ ⁊ iuncus marcescet nudabitꝫ alueus rivi a fonte suo. Et oñis semẽtis irrigua siccabitꝫ:arescet ⁊ nõ erit. Et merebunt piscatores:⁊ lugebũt oñes mittentes in flumen hamũ:⁊ expandẽtes rete super faciem aquarũ emarcescent. Cõfundentur qui opabanꝫ linũ·plectẽtes ⁊ texentes subtilia. Et erunt irrigua eiꝰ fractentia:oñes qui faciebant lacunas ad capiẽdos pisces Stulti principes thanеos:sapiẽtes consiliarij pharaonis dederunt consiliuz insipiens. Quõ dicetis pharaoni·filius sapiẽtium ego:filius regum antiquorũ:Ubi nunc sunt sapientes tui:Annũcient tibi ⁊ indicent quid cogitauerit dñs exercituum super egyptum. Stulti facti sunt principes thaneos·emarcuerunt principes mẽphiteos deceperũt egyptum· angulũ pplorꝫ eius Dñs miscuit in medio eius spũm vertiginis:⁊ errare fecerũt egyptum in oñi opere suo·sicut errat ebrius ⁊ vomens. Et nõ erit egypto opus quod faciat:caput ⁊ caudam incuruantẽ ⁊ refrenantẽ In die illa erit egyptꝰ quasi mulieres: ⁊ stupebũt ⁊ timebũt a facie cõmotiõis manus dñi exercituũ·quam ipe movebit sup eam: ⁊ erit terra iuda egypto in pauorem. Oñis qui illius fuerit recordatus:pauebit a facie consilij dñi exercituum:qd ipe cogitauit sup eaz. In die illa erũt quinq̃ ciuitates in tra egypti loquẽtes lingua chananea et iurãtes ꝑ dñm exercituũ. Ciuitas solis vocabitur vna. In die illa erit altare dñi i medio

terre egypti: ⁊ titulus dñi iuxta termi/
num ei⁹. ⁊ erit in signū ⁊ in testimoniū
dño exercituuz in terra egypti. Clama/
būt enī ad dñm a facie tribulātis: ⁊ mit
tet eis saluatorem ⁊ propugnatorē qui
liberet eos Et cognoscēt dñm⁹ ab egy
pto: ⁊ cognoscēt egyptij dominū in die
illa: et colēt eum in ostys ⁊ in mūeribus
⁊ vota vouebūt dño ⁊ soluēt. Et percu/
tiet dñm⁹ egyptum plaga ⁊ sanabit eā
⁊ reuertētur ad dominū: ⁊ placabit eis:
⁊ sanabit eos. In die illa erit via de egy
pto in assyrios: ⁊ intrabit assyrius egy/
ptum: ⁊ egyptius in assyrios: ⁊ seruient
egyptij assur. In die illa erit israel terti
us egyptio ⁊ assyrio· bñdictio in medio
terre cui bñdixit dñs exercituū dicens:
Bñdictus populus meus egypti: ⁊ op⁹
manuū mearum assyrius: hereditas au
tem mea israel.

XX

In anno quo ingressus est thar
tan in açotū· cum misisset eum
sargon rex assyriorū ⁊ pugnass
contra açotum ⁊ cepisset eam: in tempo
re illo locutus est dñs in manu esaie fi/
lij amos dicens: Vade ⁊ solue saccuz de
lumbis tuis: ⁊ calciamenta tua tolle de
pedibꝰ tuis. Et fecit sic: vadens nudus
⁊ discalciatus. Et dixit dñs: Sicut am
bulauit seruus me⁹ esaias nudus ⁊ dis/
calciatus· triū annorū signū ⁊ portentū
erit super egyptum ⁊ super ethiopiam:
sic minabit rex assyriorum captiuitatem
egypti: ⁊ transmigrationez ethiopie· iu
uenem ⁊ senem· nudam ⁊ discalciatam
discoopertis natibꝰ ad ignominiaz egy/
pti. Et timebūt ⁊ confundētur ab ethi/
opia spe sua: ⁊ ab egypto glia sua. Et di/
cet habitator insule hui⁹ ī die illa. Ec/
cine erat spes nostra· ad quos cōfugim⁹
in auxilium vt liberarent nos a facie re/
gis assyriorū. Et quomodo effugere, po
terimus nos?

XXI

Onus deserti maris. Sicut tur/
bines ab africo veniunt· de deser
to venit· de tra horribili. Visio
dura nunciata est mihi. Qui incredul⁹
est· infideliter agit: ⁊ qui depopulator est
vastat. Ascende elaz: obside mede: omnez
gemituz eius cessare feci. Propterea re
pleti sunt lumbi mei dolore: ⁊ angustia
possedit me· sicut angustia parturientis
Corrui cum audirem: conturbat⁹ sum
cum viderem. Emarcuit cor meum: te/
nebre stupefecerunt me. Babylon dile/
cta mea· posita est mihi ī miraculū. Po/
ne mensam: cōtemplare in specula. Co/
medentes ⁊ bibentes· surgite principes
arripite clypeum. Hec enī dixit mihi do
min⁹: Vade ⁊ pone speculatorē: ⁊ quod/
cunqz viderit annunciet. Et vidit cur/
rum duorū equitum· ascensorem asini
⁊ ascensorē cameli: ⁊ contemplat⁹ est di/
ligenter multo intuitu. Et clamauit vt
leo. Super speculam dñi ego sum stans
iugiter p diem: ⁊ super custodiam meaz
ego sum stans totis noctibus. Ecce iste
venit ascensor vir bige equitū. Et respō
dit ⁊ dixit: Cecidit cecidit babylon ⁊ om
nia sculptilia deorū eius contrita sunt ī
terra. Tritura mea ⁊ filij aree mee: que
audiui a domīo exercituuz deo israel an/
nunciaui vobis. Onus duma. Ad me
clamat ex seir. Custos q̄d nocte· custos
quid de nocte. Dixit custos. Venit ma/
ne ⁊ nox. Si queritis querite· conuerti
mini ⁊ venite. Onus in arabia. In sal/
tu ad vesperam dormietis: in semitis de
danim. Occurrētes sitienti ferte aquā
qui habitatis terram austri· cū panibus
occurrite fugienti. A facie enī gladiorum
fugerūt a facie gladij imminētis: a facie
arcus extenti· a facie grauis prelij: quo/
niam hec dicit dñs⁹ ad me. Adhuc in
vno anno quasi in anno mercennarij: ⁊
auferetur omis gloria cedar: ⁊ reliquie
numeri sagittariorum fortium de filijs
cedar imminuētur. Dominus enim de
us israel locutus est.

XXII

Onus vallis visionis. Quid nā
quoqz tibi est quia ascēdisti ⁊ tu
omnis in tecta clamoris plena
urbs frequēs· ciuitas exultans? Inter/
fecti tui non interfecti gladio: nec mor/
tui tui mortui in bello. Cuncti principes
tui fugerunt simul: dureqz ligati sunt.

Omnes qui ihuēti sunt vincti sunt pariter: procul fugerūt. Propterea dixi recedite a me: amare flevo. Nolite incumbere vt consolemini me sup vastitate filie populi mei. Dies enī interfectionis ⁊ cōculcationis ⁊ fletuum dño deo exercituum in valle visionis. Scrutās murum: ⁊ magnificus sup montē Et elam sumpsit pharetram: ⁊ currū hoīs equitis: ⁊ parietez nudauit clypeus. Et erūt electe valles tue plene quadrigarum: ⁊ equites ponēt sedes suas in porta: et revelabitur operimētum iude. Et videbitis in die illa armamētarium dom⁹ saltus ⁊ scissuras ciuitatis dauid videbitz quia multiplicate sunt. Et cōgregastis aquas piscine inferioris: ⁊ dom⁹ hierusalē numerastis ⁊ destruxistis domos ad muniendum murum. Et lacum fecistis inter duos muros. ⁊ aquam piscine veteris: ⁊ nō suspexistis ad euz qui fecerat eam: ⁊ operatorem ei⁹ delonge non vidistis. Et vocabit domin⁹ deus exercituū in die illa ad fletum: ⁊ ad planctum: ad caluicium ⁊ ad cingulū facci: ⁊ ecce gaudium ⁊ leticia occidere vitulos: ⁊ iugulare arietes: comedere carnes: ⁊ bibere vinum. Comedamus ⁊ bibamus: cras enim moriemur Et revelata est in auribus meis vox dñi exercituū. Si dimittetur iniquitas hec vobis dō nec morie mini: dicit domin⁹ deus exercituū. Hec dicit dñs deus exercituuz: Vade ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo ad sobnam prepositū templi: ⁊ dices ad eum. Quid tu hic ⁊ aut quasi quis hic? Quia excidisti tibi hic sepulcrum: excidisti in excelso memoriale: diligenter in petra tabernaculuz tibi. Ecce dñs asportari te faciet ⁊ sicut asportatur gallus gallinatius: et quasi amictum sic subleuabit te. Coronans coronabit te tribulatione: quasi pilam mittet te in terrā latam ⁊ spatiosam. Ibi morieris: ⁊ ibi erit currus glorie tue ⁊ ignominia domus dñi tui. Et expellam te de statione tua: et de ministerio tuo deponam te Et erit i die illa ⁊ vocabo seruum meū eliachim filiuz helchie ⁊ induam illuz tunica tua: ⁊ cingulo tuo cōfortabo eum: ⁊ potātem tuaz dabo in manu eius: ⁊ erit quasi pater habitantib⁹ hierusalem ⁊ domui iuda. Et dabo clauem domus dauid sup humez eius: ⁊ aperiet: ⁊ nō erit qui claudat. Et claudet ⁊ non erit qui aperiat. Et figam illum paxillum in loco fideli: ⁊ erit in solium glorie domui pris sui: ⁊ suspendaz super eum oēm gloriā domus pris eius Vasoz diuersa genera omne vas pusillū a vasis crateraz ⁊ vsqz ad omne vas musicoz. In die illa dicit dñs exercituū ⁊ auferet paxillus q̄ fixus fuerat in loco fideli: ⁊ frangef ⁊ cadet: ⁊ pibit qd̄ pependerat i eo: qz dñs locut⁹ est.

XXIII

Onus tyri. Vlulate naues maz quia vastata est domus vnde venire consueuerant: de terra cethim revelatum est eis. Tacete qui habitatz i insula: negociatio sidonis. Trās fretantes mare repleuerūt te in aquis multis: semen nili messis fluminis fruges eius: ⁊ facta est negociatio gentiuz. Erubesce sidon ait mare: fortitudo maris dicens. Non parturiui ⁊ non peperi ⁊ nō enutriui iuuenes: nec ad incremētum perduxi virgines. Cum auditū fuerit in egypto: dolebunt cum audierint de tyro. Transite maria: vlulate qui habitatis in insula. Nunquid non hec vestra est: que gloriabatur a diebus pristinis in antiquitate sua? Ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum. Quis cogitauit hoc contra tyrum ⁊ quondā coronatam? Cuius negociatores principes: institores eius inclyti terre. Dominus exercituum cogitauit hoc: vt detraheret superbiam omnis glorie: ⁊ ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terre. Transi terram tuam quasi fluuiū filia maris: nō est cingulū vltra tibi. Manum suam extendit super mare: conturbauit regna. Dominus mandauit aduersus chanaan: vt conteret fortes eius. Et dixit: Nō adijcies vltra vt glorieris calumniam sustinens virgo filia sidonis. In cethim ꝓsurgens trāsfreta: ibi

quoq; non erit requies tibi. Ecce terra
chaldeoꝝ talis ꝓpl's nõ fuit: assur funda
uit eã. In captiuitatẽ traduxerũt robu
stos eius: suffoderũt domos eius: posu
erũt eam in ruinã. Ululate naues ma
ris. quia deuastata est fortitudo vr̃a. Et
erit in die illa. in obliuiõe eris o tyre se
ptuaginta annis: sicut dies regis vni⁹
Post septuaginta annos. erit tyro q̃si
canticum meretricis. Sume tibi citha
ram: circumi ciuitatem meretrix obli
uioni tradita. Bene cane: frequẽta can
ticum: vt mẽoria tui sit. Et erit post se
ptuaginta annos. visitabit dñs tyrum
⁊ reducet eam ad merces suas: ⁊ rursuꝫ
fornicabitur cũ vniuersis regnis terre
sup̄ faciẽ terre: ⁊ erũt negociatiões eius
⁊ merces ei⁹ sanctificate dño. Non con
dentur neq; reponent̃: qꝛ his qui habi
tauerint corã dño erit negociatio ei⁹ vt
manducent in saturitatem: ⁊ vestiãtur
vsq; ad vetustatem. ¶ XXIIII

Ecce dñs dissipabit terraꝫ ⁊ nu
dabit eam: ⁊ affliget faciem eius
⁊ disperget habitatores ei⁹. Et
erit sicut populus. sic sacerdos: et sicut
seruus. sic dñs ei⁹: ⁊ sicut ancilla. sic do
mina eius. Sicut emens. sic ille q̃ ven
dit: sicut fenerator. sic is qui mutuũ ac
cipit: sicut qui repetit. sic qui debet. Dis
sipatione dissipabitur terra: ⁊ direptio
ne predabitur. Dñs enĩ locutus est ver
bum hoc. Luxit ⁊ defluxit terra ⁊ infirma
ta est: defluxit orbis ⁊ infirmata est alti
tudo populi terre: et terra interfecta est
ab habitatoribus suis: quia transgressi
sunt leges: mutauerunt ius: dissipaue
runt fedus sempiternuꝫ. Propter hoc
maledictio vorabit terram: ⁊ peccabunt
habitatores eius. ideoq; insanient cul
tores eius: ⁊ relinquẽtur homines pau
ci. Luxit vindemia: infirmata est vitis:
ingemuerũt omẽs qui letabantur cor
de. Cessauit gaudium tympanoruꝫ: qui
euit sonitus letantium: conticuit dul
cedo cithare. Cum cantico non bibent
vinum: amara erit potio bibentib⁹ illaꝫ.
Attrita est ciuitas vanitatis. clausa est
omnis domus nullo introeunte. Cla
mor erit super vino in plateis: deserta ẽ
om̃is leticia: translatum est gaudiũ ter
re. Relicta est in vrbe solitudo: ⁊ calami
tas opprimet portas. Quia hec erunt in
medio terre. in medio populorũ: Quo
modo si pauce oliue que remanserunt
excutiant̃ ex olea ⁊ racemi cum fuerit fi
nita vindemia. Hi leuabũt vocem suaꝫ
atq; laudabunt: cũ glorificat⁹ fuerit do
minus hinnient de mari. Propter hoc
in doctrinis glorificate dñm: in insulis
maris nomen dñi dei israel. A finib⁹ ter
re laudes: audiuimus gloriã iusti Et di
xi: Secretũ meũ mihi: secretũ meũ mi
hi. Ue mihi. Preuaricãtes preuaricati
sunt: ⁊ p̃uaricatiõe transgressorũ p̃uari
cati sunt. Formido ⁊ fouea ⁊ laqueus su
per te: qui habitator es terre. Et erit q̃
fugerit a facie formidinis cadet in foue
am: ⁊ qui se explicauerit de fouea tenebi
tur laqueo: quia cataracte de excelsis a
perte sunt: cõcutientur fundamẽta ter
re. Confractione cõfringetur terra: cõ
tritione conteretur terra. Commotio
ne cõmouebitur terra: agitatiõe agita
bitur terra sicut ebrius: ⁊ auferet̃ quasi
tabernaculũ vnius noctis. Et grauabit
eam iniquitas sua: ⁊ corruet ⁊ nõ adijci
et vt resurgat. Et erit in die illa. visita
bit dñs super militiam celi in excelso: et
super reges terre qui sunt super terraꝫ.
Et congregabuntur in congregatione
vnius fascis in lacũ: ⁊ claudent̃ ibi ĩ car
cere: ⁊ post multos dies visitabunt̃. Et
erubescet luna: ⁊ cõfundet̃ sol. cuꝫ regna
uerit dñs exercituum in monte sion ⁊ ĩ
hierusalem: ⁊ in cõspectu senũ suorũ fu
erit glorificatus. ¶ XXV

Domine deus meus es tu. ⁊ ex
altabo te: ⁊ ꝯfitebor nomini tuo
quoniam fecisti mirabilia. cogi
tationes antiquas fideles. amẽ. Quia
posuisti ciuitatem in tumultum. vrbem
fortem in ruinaꝫ. domũ alienorũ vt nõ
sit ciuitas: ⁊ in sempiternũ non edifice
tur. Super hoc laudabit te populus for
tis: ciuitas gentiũ robustarum timebit

te. Quia facti⁹ es fortitudo pauperi: fortitudo egeno in tribulatione sua: spes a turbine: umbraculū ab estu. Spūs enī robustorū quasi turbo impellens parietem. Sicut estus in siti tumultū alienorū humiliabis: et quasi calore sub nube torrente, ppaginez fortiuz marcescere facies. Et faciet dñs exercituz omnib⁹ populis in monte hoc cōuiuiuz pinguium: cōuiuiū vindemie: cōuiuiū pinguium medullatoꝝ: vindemie defecate. Et precipitabit in monte isto faciē vinculi colligati super oēs ppl̄os: et telaz quaz orditus est sup oēs natiōes. Precipitabit mortem in sempiternuz. Et auferet dñs deus lachrymā ab omni facie: et opprobriuz populi sui auferet de vniuersa terra: quia dñs locutus est. Et dicent in die illa: Ecce deus noster iste: expectabimus eum et saluabit nos. Iste dñs sustinuimus eū: et exultabimus et letabim̄ in salutari eius: qz requiescet man⁹ dñi in monte isto. Et triturabit moab sub eo sicuti teruntꝰ palee in plaustro. Et extendet manus suas sub eo sicut extendit natans ad natandum: et humiliabit gloriā eius cū allisione manuū eius. Et munimenta sublimiū murorū tuoꝝ cōcident: et humiliabūtur et detrahentur in terrā vsqz ad puluerem.

XXVI

In die illa cantabitur canticum istud in terra iuda. Urbs fortitudinis nostre sion saluator: ponetur in ea murus et antemurale. Aperite portas et ingredieꝰ gens iusta: custodiens veritatem. Vetus error abijt: fuabis pacem: pacem qz in te sperauimus. Speraste in dño in seculis eternis: in dño deo forti in perpetuuz. Quia incuruabit habitātes in excelso: ciuitatē sublimem humiliabit: humiliabit eam vsqz ad terram: detrahet eaz vsqz ad puluerem. Conculcabit eam pes: pes pauperis gressus egenoruz. Semita iusti recta est: rectus callis iusti ad ambulāduz Et in semita iudicioꝝ tuoꝝ dñe sustinuimus te: nomē tuū et memoriale tuū in desiderio anie. Anima mea desidera uit te in nocte: sed et spiritu meo in precordijs meis: ō mane vigilabo ad te. Cū feceris iudicia tua in terra: iusticiam discent habitatores orbis. Miseream⁹ impio et nō discet iusticiam. In tra sanctorum iniqua gessit: et nō videbit gloriam dñi. Dñe exaltetur man⁹ tua vt nō videant: videant et confundātur zelantes populi: et ignis hostes tuos deuoret. Domine dabis pacem nobis: oia enim opera nostra operatus es nobis. Dñe deus noster possederunt nos dñi absqz te tm̄ in te recordemur nominis tui. Mortui non viuant: gigantes nō resurgāt Propterea visitasti et contriuisti eos: et perdidisti oēm memoriā eorum. Indulsisti genti dñe: indulsisti genti. Num quid glorificatus es: Elongasti oēs terminos terre. Dñe in angustia requisierūt te: in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Sicut que concepit cuz appropinquauerit ad partū: dolens clamat in doloribꝰ suis: sic facti sum⁹. A facie tua domine concepimus et quasi parturiuimus et peperimus spiritū salutis Justiciam nō fecimus in terra: ideo nō ceciderūt habitatores tre. Viuent mor tui tui: interfecti mei resurgent. Expergiscimini et laudate qui habitatis ī puluere: quia ros lucis ros tuus: et terram gigantium detrahes in ruinaz. Vade populus meus intra in cubicula tua clau de ostia tua super te abscondere modicuz ad momētuz donec ptranseat indignatio. Ecce enim dñs egredieꝰ de loco suo vt visitet iniquitatem habitatoris terre contra eum: et reuelabit terra sanguinem suum: et non operiet vltra interfectos suos.

XXVII

In die illa visitabit dñs in gladio suo duro et grandi et forti super leuiathan serpentem vectez et sup leuiathan serpentē tortuosuz: et occidet cetum qui ī mari est. In die illa vinea meri cantabit ei. Ego dñs qui custodio eam: repente ppinabo ei: ne forte visitet contra eā. Nocte et die custodio eaz: indignatio nō est mihi. Quis dabit me spinam

⁊ veprem: In prelio gradiar super eam
succēdam eam pariter. An potius tene-
bo fortitudinē meam: Faciet pacem mi
hi. pacem faciet mihi Qui egredientur
impetu a iacob. florebit ⁊ germinabit is
rael ⁊ implebunt faciem orbis semine.
Nunquid iuxta plagam ꝑcutientis se ꝑ
cussit euꝫ: Aut sicut occidit interfectos
eius: sic occisus est: In mēsura contra
mensurā cū adiecta fuerit iudicabit eaꝫ
meditatus est in spiritu suo duro ꝑ diē
estus. Idcirco super hoc dimittet iniq-
tas domui iacob: ⁊ iste om̄is fructus: vt
auferatur peccatuꝫ eius. Cum posuerit
om̄es lapides altaris sicut lapides cine
ris allisos: nō stabunt luci ⁊ delubra. Ci
uitas enī munita desolata erit: spatiosa
relinquet ⁊ dimittetur q̄si desertū. Ibi
pascet vitulus: ⁊ ibi accubabit: ⁊ cōsum
met summitates eius. In siccitate mes
sis illius cōterentur mulieres venien-
tes ⁊ docentes eam. Non est enī popul⁹
sapiens: ꝓpterea nō miserebitur eius q̄
fecit euꝫ. ⁊ qui formauit eū nō parcet ei
Et erit ī die illa percutiet dn̄s ab alueo
fluminis vsqꝫ ad torrentē egypti: ⁊ vos
congregabimini vnus ⁊ vnus filij isra-
el. Et erit in die ilia. clangetur in tuba
magna: ⁊ venient qui perditi fuerant de
loco assyriorū: ⁊ qui eiecti erant de terra
egypti: ⁊ adorabūt dn̄m in mōte sancto
in hierusalem.

XXVIII

Ve corone suꝑbie ebrijs effraim
⁊ flori decidenti glorie exultatio
nis eius: qui erāt in vertice val
lis pinguissime errātes a vino. Ecce va
lidus ⁊ fortis dn̄s. sicut impet⁹ grandi-
nis turbo cōsurgens: sicut impet⁹ aqua
rū multaꝝ inundantiū: ⁊ emissarum su
per terram spatiosam. Pedib⁹ cōculca-
bitur corona suꝑbie ebriorū effraim Et
erit flos decidens glorie exultatiōis ei⁹.
qui est super verticem vallis pinguium
quasi temperaneū ante maturitatez au
tumni. Quod cū aspexerit videns: statī
vt manu tenuerit: deuorabit illud. In
die illa erit dominus exercituuꝫ corona
glorie: ⁊ sertum exultatiōis residuo po-
puli sui: ⁊ spiritus iudicij sedenti suꝑ iu
dicium: et fortitudo reuertentib⁹ de bel
lo ad portā. Verū hi q̄ꝫ pre vino nescie-
runt ⁊ ꝑ ebrietate errauerūt. Sacerdos
⁊ ꝓpheta nescierūt pre ebrietate: absorti
sunt a vino: errauerunt in ebrietate. ne
scierūt videntē. ignorauerūt iudicium.
Om̄es enī mense replete sunt vomitu
sordiūqꝫ ita vt nō esset loc⁹ vltra. Quez
docebit scientiā ⁊ quez intelligere faciet
auditum: Ablactatos lacte. auulsos ab
vberibus. qꝛ manda remāda. manda re-
manda: expecta reexpecta. expecta reexpe
cta: modicū ibi. modicū ibi. In loquela
enī labij ⁊ lingua altera loquet ad popu
lum istū. cui dixit. Hec est requies mea
reficite lassuꝫ: ⁊ hoc est refrigeriū meū: ⁊
noluerūt audire. Et erit eis verbuꝫ dn̄i
manda remanda. manda remāda: expe-
cta reexpecta. expecta reexpecta: modicuꝫ
ibi. modicū ibi: vt vadant ⁊ cadāt retror
sum ⁊ cōterātur ⁊ illaqueentur ⁊ capiā-
tur. Propter hoc audite verbū dn̄i viri
illusores: qui dn̄amini super populum
meū qui est in hierusalē. Dixistis enim
Percussimus fedus cū morte: ⁊ cuꝫ in-
ferno fecimus pactum. Flagelluꝫ inun
dans cū transierit. nō veniet super nos
quia posuimus mendaciū spem nostraꝫ
⁊ mēdacio protecti sumus. Idcirco hec
dicit dn̄s deus. Ecce ego mittam ī fun-
damentis sion lapidem. lapidez proba-
tum. angularem preciosuꝫ. in fundamē
to fundatū. Qui crediderit. nō festinet
Et ponam in pondere iudicium: ⁊ iusti-
ciam in mensura. Et subuertet grando
spem mendacij: ⁊ protectionez. Aque in
undabunt: ⁊ delebitur fedus vestrū cuꝫ
morte: ⁊ pactum vestrum cum inferno
non stabit. Flagellum inundans cum
transierit: eritis ei in conculcationem.
Quādocunqꝫ pertransierit. tollet vos:
qm̄ mane diluculo ꝑtransibit in die ⁊ ī
nocte: ⁊ tantūmodo sola vexatio intelle
ctum dabit auditui. Coangustatum est
enim stratū. ita vt alter decidat: ⁊ palliū
breue vtrūqꝫ opire nō potest. Sicut. n.
in mōte diuisionū stabit dn̄s. sic ī valle

que est in gabaon irascet vt faciat opus suū. Alienū opus ei⁹: vt operet opus suū peregrinū est op⁹ eius ab eo. Et nunc nolite illudere: ne forte cōstringant vincula vestra. Cōsummatiōez enī et abbreuiationē audiui a dño deo exercituū super vniūsam terrā. Auribꝰ ꝓcipite et audite vocē meā: attēdite et audite eloquium meū. Nūquid tota die arabit arans vt serat: proscindet et sartiet humū suā? Nōne cū adequerit faciē ei⁹. seret gith: et ciminū sparget: et ponet triticū ꝓ ordinem et hordeū et miliū et viciam in finibꝰ suis? Et erudiet illū in iudicio: deus suus docebit illū. Nō enī in serris tritura bit gith: nec rota plaustri sup ciminum circūibit: sz in virga excutiet gith: et ciminū i baculo panis aūt cōminuet. Verū nō in perpetuū triturās triturabit illū: neqz verabit eū rota plaustri: nec vngul⁹ suus cōminuet eū. Et hoc a dño deo exercituū exiuit vt mirabile faceret consiliū et magnificaret iusticiā.

XXIX

Ve ariel. Ariel ciuitas quā expugnauit dauid. Addit⁹ est annus ad annum: solennitates euolute sunt. Et circūuallabo ariel: et erit tristis et merens: et erit mihi quasi ariel. Et circūdabo quasi sphæram in circūitu tuo et iaciam ꝓtra te aggerem: et munimēta ponam in obsidionē tuā. Humiliaberis de terra loqueris: et de humo audiet eloquium tuuz. Et erit quasi phitonis de terra vox tua: et de humo eloquiū tuum musitabit. Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantiū te: et sicut fauilla pertransiens multitudo eorū qui cōtra te prevaluerūt. Eritqz repente cōfestim a dño exercituū visitabitur in tonitruo et cōmotione terre et voce magna turbinis et tempestatis: et flāma ignis deuorātis. Et erit sicut somniū visiōis nocturne multitudo omniū gentiū qui dimicauerūt cōtra ariel: et oēs qui militauerūt et obsederūt et prevaluerūt adūsus eam. Et sicut somniat esuriens et comedit cū aūt fuerit exꝑgefact⁹ vacua ē aīa eius. Et sicut somniat sitiens et bibit: et postqz fuerit exꝑgefactus lassus adhuc sitit: et anīa eius vacua est: sic erit multitudo omniū gentiū q̄ dimicauerūt contra montez sion. Obstupescite et ammiramini: fluctuate et vacillate inebriamini: et nō a vino. mouemini et nō in ebrietate: qm̄ miscuit vobis dñs spūm sopōris. Claudet oculos vōs: pphetas et principes vestros: qui vidēt visiones operiet. Et erit vobis visio oim sicut verba libri signati: quem cū dederint sciēti litteras. dicent lege istū: et rñdebit: nō possum. signat⁹ est enī. Et dabit liber nescienti litteras: diceturqz ei: lege: et respondebit. nescio lras. Et dixit dñs. Eo q̄ appropinquat ppl's iste ore suo: et labꝰ suis glorificat me. cor aūt ei⁹ longe ē a me et timuerūt me mandato hoim et doctrinis: ideo ecce ego addaz: vt ammirationem faciam pplo huic miraculo grandi et stupendo. Peribit enī sapiētia a sapiētibus eius: et intellectus prudentiū ei⁹ absondetur. Ve qui profundi estis corde: vt a dño abscondatis consiliū: quoꝝ sunt in tenebris opera. et dicunt: Quis videt nos: et quis nouit nos? Peruersa est hec vestra cogitatio: quasi si lutum ꝓtra figulum cogitet. et dicat opus factori suo. nō fecisti me. et figmētum dicat fictori suo: nō itellig̃. Nōne adhuc in modico et in breui cōuertet libanus in chermel: et chermel in saltum reputabitur? Et audient in die illa surdi verba libri: et de tenebris et caligine oculi cecorum videbunt. Et addent mites in dño leticiā et pauperes hoīnes in sancto israel exultabunt. quoniam defecit qui prevalebat. consummatus est illusor: et succisi sunt oīes qui vigilabant sup iniquitatem: qui peccare faciebant hoīes in verbo: et arguentem in porta supplantabant et declinauerūt frustra a iusto. Propter hoc hec dicit dñs ad domū iacob. qui redemit abraam. Non modo cōfundetur iacob. nec modo vultus eius erubescet sed cum viderit filios suos opera manuum mearum: in medio sui sanctificātes nomē meū: et sanctificabūt sanctū iacob

⁊ deum israel predicabunt: ⁊ scient errā
tes spiritu intellectum: ⁊ musitatores
discent legem.

XXX

Ve filij desertores dicit dn̄s vt fa
ceretis consiliū: ⁊ nō ex me: ⁊ or
diremini telam ⁊ nō per spiritū
meū. vt adderetis peccatū sup̄ peccatuz
qui ambulatis vt descēdatis in egyptū
⁊ os meū nō interrogastis: sperātes au-
xiliuz in fortitudine pharaonis: ⁊ habē-
tes fiduciam in vmbra egypti: ⁊ erit vo
bis fortitudo pharaonis in confusionē
⁊ fiducia vmbre egypti in ignominiam
Erant enim in tamnis principes tui: et
nuncij tui vsq̄ ad anes p̄uenerūt. Oēs
cōfusi sunt sup̄ populo qui eis prodesse
non potuit. Non fuerūt in auxiliū: et in
aliquā vtilitatem: sed in cōfusionē et in
opprobrium. Onus iumētorum austri
In terra tribulatiōis ⁊ angustie. leena
⁊ leo. ex eis vipera ⁊ regulus volans: por
tantes super hūeros iumētoruz diuiti-
as suas: ⁊ sup̄ gibbum camelor̄ thesau-
ros suos: ad ꝓpl'm qui eis prodesse non
poterit. Egyptus enī frustra ⁊ vane au-
xiliabit̄. Ideo clamaui sup̄ hoc: superbia
tm̄ est: quiesce. Nunc ingressus scribe ei
sup̄ buxū: ⁊ ī libro diligēter exara illud:
⁊ erit ī die nouissimo in testimoniū vs-
q̄ in eternū. Populus enī ad iracūdiā
p̄uocans est: ⁊ filij mēdaces. filij nolen-
tes audire legē dei. Qui dicūt vidētib̄
nolite videre: ⁊ aspiciētib̄ nolite aspice
re nob̄ ea q̄ recta sunt. Loquimini nob̄
placentia: videte nobis errores: auferte
a me viam: declinate a me semitā: cesset
a facie nostra scūs israel. Propterea hec
dicit sctūs israel. Pro eo q̄ reprobastis
verbū hoc: ⁊ sperastis ī calumnia ⁊ in tu-
multu: ⁊ innixi estis super eo: ꝓpterea e-
rit vob̄ iniquitas hec. sicut interruptio
cadens: ⁊ requisita ī muro excelso Quo
niam subito dū non speratur veniet cō-
tritio eius: ⁊ cōminuet̄ sicut conteritur
lagena figuli cōtritione p̄ualida: ⁊ non
inueniet̄ de fragmētis eius testa in qua
portetur igniculus de incēdio: aut hau-
riatur par̄ aque de fouea: quia hec dicit
dn̄s deus israel: Si reuertamini ⁊ qui-
escat̄: salui eritis. In silentio ⁊ ī spe erit
fortitudo vestra. Et noluistis: ⁊ dixistis.
Nequaq̄: sed ad equos fugiem⁹. Ideo
fugietis. Et sup̄ veloces ascēdem⁹. Ideo
velociores erūt qui p̄sequent̄ vos. Mil-
le hoīes a facie terroris vni⁹: ⁊ a facie ter
roris quinq̄ fugiet̄: donec relinquami-
ni q̄si malus nauis in vertice montis: ⁊
q̄si signū sup̄ collē. Propterea expectat
dn̄s vt misereat̄ vestri: ⁊ ideo exaltabit̄
parcens vobis q̄r deus iudicij dn̄s. Bea
ti oēs qui expectant eū. Populus enī si
on habitabit in hierusalē. Plorans ne
quaq̄ plorabis: miserans miserebit̄ tui
Ad vocē clamoris tui statim vt audierit
respōdebit tibi. Et dabit tibi dn̄s panē
artū ⁊ aquā breuē: ⁊ nō faciet auolare a
te vltra doctorē tuū: ⁊ erūt oculi tui vi-
dentes preceptorē tuū: ⁊ aures tue audi
ent verbū post terguz monētis. Hec est
via: ambulate in ea: ⁊ nō declinetis neq̄
ad dexterā neq̄ ad sinistrā. Et cōtamina
bis laminas sculptiliū argenti tui. ⁊ ve-
stimentū cōflatilis auri tui: ⁊ disperges
ea sicut immūdiciā mēstruate. Egrede-
re dices ei. Et dabit̄ pluuia semini tuo
vbicūq̄ semīaueris in terra: ⁊ paīs fru-
gū terre erit vberrimus ⁊ pinguis. Pa
scent̄ in possessiōe tua in die illo agnus
spatiose: ⁊ tauri tui ⁊ pulli asinor̄ q̄ ope-
rant̄ terram. cōmixtū migma comedēt
sicut in area ventilatū est. Et erūt super
om̄em montem excelsum: ⁊ super om̄ez
collem eleuatum riui currentiuz aqua-
rum. in die interfectionis multorū: cuz
ceciderint turres. Et erit lux lune sicut
lux solis: ⁊ lux solis erit septēpliciter. sic̄
lux septem dierū in die qua alligauerit
dn̄s vulnus populi sui: ⁊ percussurā pla
ge eius sanauerit. Ecce nomen dn̄i ve-
nit de longinquo: ardens furor eius: et
grauis ad portandū. Labia eius repleta
sunt indignatione: et lingua eius quasi
ignis deuorans. Spiritus ei⁹ velut tor
rens inundans vsq̄ ad mediuz colli. ad
perdendas gentes in nihilū: ⁊ frenū er-
roris q̄d erat ī maxillis ꝓpl'or̄. Canticū

erit vobis sicut vox scīficate solēnitatis
⁊ leticia cordis. sicut q̄ pergit cū tibia vt
intret ī montem dñi ad fortez israel. Et
auditam faciet dñs gl'iam vocis sue: et
terrorem brachij sui ostendet ī cōmina-
tione furoris: ⁊ flamma ignis deuoran-
tis. Allidet in turbīe: ⁊ in lapide grandi
nis. A voce enī dñi pauebit assur virga
percussus: ⁊ erit transitus virge funda-
tus quā requiescere faciet dñs sup̄ euz.
in tympanis ⁊ citharis. ⁊ ī bellis p̄cipu-
is expugnabit eos. Preparata ē enī ab
heri tophet: a rege p̄parata profunda et
dilatata. Nutrimēta eius ignis: ⁊ ligna
multa: flatus dñi sicut torrens sulphu
ris succēdens eam.

XXXI

Vequi descēdunt ī egyptum ad
auxilium in eq̄s sperantes: ⁊ ha
bentes fiduciam super quadrig⁹
q̄r multe sunt ⁊ super eq̄tibus q̄r preua
lidi nimis: ⁊ nō sunt cōfisi super sanctuz
israel ⁊ dñm nō req̄sierunt. Ip̄e autem
sapiens adduxit malū. ⁊ verba sua nō ab
stulit. Et cōsurget ꝯtra domū pessimoꝝ
⁊ cōtra auxiliū operantiū iniq̄tatē. Egy-
ptus homo ⁊ nō deus: ⁊ equi eorum ca-
ro: ⁊ nō spūs. Et dñs inclinabit manuz
suam ⁊ corruet auxiliator: ⁊ cadet cui p̄-
statur auxiliū. simulq̄ om̄es cōsument̄
q̄r hec dicit dñs ad me. Quomō si rugi-
at leo ⁊ catulus leonis sup̄ predam suaz
cū occurrerit ei multitudo pastorū. a vo
ce eorū nō formidabit: ⁊ a multitudine
eorū nō pauebit: sic descēdet dñs exerci-
tuum vt prelietur sup̄ montem sion et
super collem eius. Sicut aues volātes
sic proteget dñs exercituū hierusalez. p̄
tegens ⁊ liberans trāsiēs ⁊ saluans. Cō
uertimini sicut ī profundū recesseratis
filij israel. In die eī illa abijciet vir ido-
la argenti sui: ⁊ idola auri sui q̄ fecerunt
vobis manus vestre ī peccatū: ⁊ cadet as
sur in gladio nō viri: ⁊ gladius nō hoīs
vorabit eū: ⁊ fugiet nō a facie gladij: ⁊ iu
uenes eius vectigales erunt: ⁊ fortitu-
do eius a terrore transibit: ⁊ pauebunt
fugientes principes eius. Dixit dñs. cu
ius ignis est in sion: ⁊ caminus eius in
hierusalem.

XXXII

Ecce in iusticia regnabit rex: et
principes in iudicio preerunt.
Et erit vir sicut q̄ absconditur
a vento: ⁊ celat se a tempestate: sicut riui
aquarū in siti: ⁊ vmbra petre prominen
tis in terra deserta. Nō caligabūt oculi
videntiū: ⁊ aures audientiū diligenter
auscultabunt: et cor stultoruz intelliget
scientiam: ⁊ lingua balboꝝ velociter loq̄
tur ⁊ plane. Nō vocabitur vltra is q̄ in-
sipiens est. princeps: neq̄ fraudulētus
appellabit̄ maior. Stultus enī fatua lo
quetur: ⁊ cor eius faciet iniq̄tatem: vt p̄
ficiat simulatiōez: ⁊ loquat̄ ad dñz frau-
dulenter: ⁊ vacuam faciat aīam esurien
tis: ⁊ potū sitienti auferat. Fraudulenti
vasa pessima sunt. Ip̄e enī cogitatiōes
cōcinnabit ad p̄dendos mites in s̄mo-
ne mēdacij: cū loqueret̄ paup̄ iudicium
Princeps vero ea q̄ digna sunt p̄ricipi.
cogitabit: ⁊ ip̄e sup̄ duces stabit. Mulie
res opulente surgite: ⁊ audite vocē me-
am: filie cōfidentes p̄cipite auribus elo
quium meū. Post dies ⁊ annos: ⁊ vos
cōturbemini cōfidentes. Cōsummata ē
enim vindemia. collectio vltra nō veni
et. Obstupescite opulente. conturbami
ni cōfidentes: exuite vos ⁊ confundemi
ni: accingite lumbos vestros. Sup̄ vbe-
ra plangite: sup̄ regione desiderabili: su-
per vinea fertili. Sup̄ humuz p̄pl'i mei
spine ⁊ vepres ascēdent: q̄ntomagis su-
per om̄es domos gaudij ciuitatis exul-
tantis? Dom⁹ enī dimissa est. multitu-
do vrbis relicta ē: tenebre ⁊ palpatio fa-
cte sūt sup̄ spelūcas vsq̄ ī eternū. Gau-
diū onagroꝝ pascua gregū: donec effun
datur super nos spūs de excelso. Et erit
desertum ī chermel: et chermel in saltuz
reputabitur. ⁊ habitabit in solitudīe iu
dicium: ⁊ iusticia in chermel sedebit. Et
erit opus iusticie pax: ⁊ cult⁹ iusticie silē
tiuz: ⁊ securitas vsq̄ in sempiternū. Et
sedebit populus meus in pulcritudine
pacis. ⁊ in tabernacul' fiducie ⁊ ī requie
opulenta. Grādo autem in descensiōe
saltus: et hūilitate hūiliabitur ciuitas.

Beati q̄ seminat⁹ sup oēs aq̄s:immittē
tes pedē bouis ⁊ asini. LXXXIII

VE qui predaris. Nōne ⁊ ipe pre
daberis: Et qui spernis:nonne
⁊ ipe sperneris: Cū consumma
ueris depredationē depdaberis: cuz fati
gatus defieris cōtemnere cōtemneris.
Dñe miserere nr̄i:te enim expectamus
esto brachiuz nostrū i mane: ⁊ salus no
stra in tempe tribulatiōis. A voce ange
li fugerūt populi: ⁊ ab exaltatiōe tua dis
perse sunt gentes. Et cōgregabūtur spo
lia vestra sicut colligitur bruchus: velut
cū fosse plene fuerint de eo. Magnifica
tus est dñs qm̄ habitauit in excelso: im
pleuit sion iudicio⁊ iusticia: ⁊ erit fides
in tēporibus suis. Diuitie salutis sapiē
tia ⁊ scientia:timor dñi ipe est thesaurus
eius. Ecce videtes clamabunt foris:an
geli pacis amare flebūt. Dissipate sunt
vie. cessauit transiens per semitam:irri
tum factuz est pactū:proiecit ciuitates:
nō reputauit hoies. Luxit ⁊ elāguit ter
ra. confusus est libanus⁊ obsordiuit. Et
factus est saron sicut desertū: ⁊ concussa
est basan ⁊ carmelus. Nūc cōsurgam di
cit dñs:nūc exaltabor ⁊ nūc sublimabor.
Concipietis ardorez ⁊ parietis stipulaz
spūs vester vt ignis vorabit vos: ⁊ erūt
pp̄li q̄si de incendio cinis:spine cōgrega
te igni cōburētur. Audite qui longe estis
que fecerim ⁊ cognoscite vicini fortitu
dinem meā. Conterriti sunt i sion pec
catores:possedit tios hypocritas. Quis
poterit habitare de vobis cuz igne deuo
rante: aut quis habitabit ex vobis cum
ardoribus sempiternis: Qui ambulat
in iusticijs: ⁊ loquitur veritatem:q̄ pro
ijcit auariciam ex calūnia: ⁊ excutit ma
nus suas ab omni munere. Qui obtu
rat aures suas ne audiat sanguinem. et
claudit oculos suos ne videat malum:
Iste in excelsis habitabit. munimēta sa
xorū sublimitas eius. Panis ei dat⁹ est
aque eius fideles sunt. Regem in dece
re videbūt:oculi eius cernent terraz de
longe. Cor tuū meditabit timorē. Vbi
est litteratus: vbi leg⁹ verba ponderās:
vbi est doctor paruulorū: Populū im
prudentē nō videbis. populū alti sermo
nis:itavt nō possis intelligere disertitu
dinez lingue eius:in quo nulla est sapi
entia. Respice sion ciuitatem solennita
tis nostre. Oculi tui videbūt hierusalē
habitationē opulentā tabernaculuz qō
nequaq̄ transferri poterit. nec auferen
tur claui ei⁹ in sempiternū: ⁊ oēs funi
culi ei⁹ nō rumpent. qz solummodo ibi
magnificus est dñs noster. Locus fluui
orū riui latissimi ⁊ patētes. nō transibit
sup euz nauis remigū:neq̄ trieris ma
gna transgredietur eū. Dñs enī iudex no
ster: dñs legifer noster: dñs rex noster.
Ipe saluabit nos. Laxati sunt funiculi
tui:sed nō prevalebūt. Dicerit malus
tuus vt dilatare signū nō queas. Tunc
diuident spolia pdarū multaruz: claudi
dicipient rapinā. nec dicet vicinus. elā
gui. Populus qui habitat in ea:aufere
tur ab eo iniquitas. LXXXIIII

ACcedite gētes ⁊ audite: ⁊ popu
li attēdite:audiat terra ⁊ pleni
tudo eius orbis ⁊ oīe germen
eius. qz indignatio dñi super oēs gen
tes: ⁊ furor sup vniuersam maliciā eor
Interfecit eos: ⁊ dedit eos in occisionē
Interfecti eorum proijcientur:et de ca
daueribus eorū ascēdet fetor. Tabescēt
montes a sanguine eoruz: ⁊ tabescet ois
militia celorū: ⁊ complicabūtur sicut li
ber celi: ⁊ oīs militia eor defluet sicut
defluit folium de vinea ⁊ de ficu: qm̄ in
ebriatus est in celo gladius meus. Ecce
sup idumeā descendet: ⁊ sup populuz in
terfectiōis mee ad iudiciuz. Gladi⁹ dñi
repletus est sanguine:incrassatus ē adi
pe de sanguine agnor ⁊ hircorū: ⁊ de san
guine medullatoruz arietum. Victima
enī dñi in bosra:et interfectio magna in
terra edom. Et descēdent vnicornes cū
eis: ⁊ tauri cū potentib⁹. Inebriabitur
terra eorū sanguine: ⁊ humus eorū adi
pe pinguiū. qz dies vltiōis dñi: annus
retributiōis iudicij sion. Et cōuertent
torrentes eis in picem: ⁊ humus ei⁹ in
sulphur. Et erit terra ei⁹ in picē ardētē

nocte ⁊ die: non extinguetur ī sempiter
nū. Ascendet fumus ei⁹ a generatiōe in
generatiōem: desolabit in secula seculo⁹
rū. Nō erit trāsiens p eam: ⁊ possidebūt
eam onocrotalus ⁊ ericius: ⁊ ibis ⁊ coꝛ
uus habitabūt in ea. Et extēdetur sup
eaz mēsura vt redigat ad nihilū ⁊ ppen
diculū in desolatiōem. Nobiles ei⁹ non
erūt ibi: regem voti⁹ inuocabūt: ⁊ o mnes
principes ei⁹ erūt in nihilū. Et oriētur
in domib⁹ eius spine ⁊ vrtice ⁊ paluirus
in munitiōibus ei⁹: ⁊ erit cubile draco
nū: ⁊ pascua strutionū: ⁊ occurrēt demo
nia onocentauris: ⁊ pilosus clamabit al
ter ad alterū. Ibi cubauit lamia ⁊ inue
nit sibi requiē. Ibi habuit foueam eri
cius ⁊ enutriuit catulos: ⁊ circūfodit et
fouit in vmbra ei⁹. Illic cōgregati sunt
milui: alter ad alterū. Requirite diligē
ter in libro dñi ⁊ legite: vnū ex eis nō de
fuit. alter alterꝫ nō quesiuit: qꝫ quod ex
ore meo ꝓcedit ille mandauit: ⁊ spirit⁹
eius ipe congregauit ea: ⁊ ipe misit eis
sortem ⁊ manus eius diuisit eam illis ī
mensuram. Usqꝫ in eternuz possidebūt
eam: in generatione ⁊ generationez ha
bitabunt in ea. XXXV

Lętabitur deserta ⁊ inuia: ⁊ exul
tabit solitudo: ⁊ florebit q̄si lili
um. Germinans germinabit:
⁊ exultabit letabūda ⁊ laudans. Gloria
libani data est ei: decoꝛ carmeli et saron.
Ipsi videbūt gloriā dñi: ⁊ decorē dei no
stri. Confortate manus dissolutas: ⁊ ge
nua debilia roborate. Dicite: Pusillani
mes cōfortamini ⁊ nolite timere. Ecce
deus noster vltiōem adducet retributi
onis: de⁹ ipe veniet ⁊ saluabit nos. Tūc
aperient⁹ oculi cecoꝛ ⁊ aures surdoꝛ pa
tebūt. Tūc saliet sicut cervus claudus
⁊ aperta erit lingua mutoꝛū: qꝫ scisse sūt
in deserto aque: ⁊ torrētes in solitudine
⁊ que erat arida ī stagnū ⁊ sitiens ī fon
tes aquarū. In cubilib⁹ in quib⁹ prius
draco nes habitabant ⁊ orietur viroꝛ ca
lami ⁊ iunci: ⁊ erit tibi semita: ⁊ via san
cta vocabitur. Non transibit p eam pol
lutus: ⁊ hec erit vobis directa via: ita vt
stulti nō errent per eam. Nō erit ibi leo
⁊ mala bestia nō ascendet per eaz nec in
uenietur ibi. Et ambulabūt qui liberati
fuerint ⁊ redempti a dño: cōuertētur
et venient in sion cū laude ⁊ leticia sem
piterna super caput eoꝛū. Gaudiū ⁊ leti
ciam obtinebūt: ⁊ fugiet doloꝛ ⁊ gemit⁹

Et factum est in XXXVI
quartodecimo anno regis eze
chie: ascendit sennacherib rex as
syrioꝛū super oēs ciuitates iuda mu
nitas ⁊ cepit eas. Et misit rex assyrioꝛū
rapsacen de lachis in hierusalem ad re
gem ezechiam in mānu grauī: et stetit ī
aqueductu piscine superioris ī via agri
fullonis. Et egressus est ad eū eliachim
filius helchie qui erat super domum: et
sobna scriba: et ioahe filius asaph acom
mētarius. Et dixit ad eos rapsaces. Di
cite ezechie: Hec dicit rex magnus ⁊ rex
assyrioꝛū: Que est ista fiducia qua confi
dis: aut quo consilio vel fortitudine re
bellare disponis? In quo habes fi
duciam: quia recessisti a me? Ecce confi
dis super baculū harūdineum ꝓfractuz
istum super egyptum: cui si innisus fue
rit homo ⁊ intrabit in manū eius ⁊ perfo
rabit eam: sic pharao rex egypti oēs qui
qui confidūt in eo. Quod si respōderis mi
hi: in dño deo nostro cōfidimus: nonne
ipe est cuius abstulit ezechias excelsa et
altaria: ⁊ dixit iude ⁊ hierusalem coram
altari isto adoꝛabitis? Et nūc tradet te
domino meo regi assyrioꝛum: et dabo ti
bi duo milia equoꝛum: nec poteris ex te
prebere ascensoꝛes eoꝛum. Et quomo
do sustinebis faciem iudicis vnius loci
ex seruis domini mei minoꝛibus? Quod si
confidis in egypto ⁊ in quadriga ⁊ ī equi
tibus: ⁊ nunc nunquid sine domio ascē
di ad terram istam vt disperderem eaz?
Dominus dixit ad me: ascende sup ter
ram istam: ⁊ disperde eam. Et dixit elia
chim: et sobna: et ioahe ad rapsacen. Lo
quere ad seruos tuos syra lingua: intel
ligimus enim ⁊ ne loquaris ad nos iudai
ce in auribus ꝑpli q̄ est sup murū. Et dixit
ad eos rapsaces. Numqd ad dñm tuum

et ad te misit me dñs me⁹. vt loquerer
oīa verba ista: ⁊ nō poti⁹ ad viros qui se-
dent ī muro vt comedāt stercora sua et
bibant vrinā pedū suoꝝ vobiscū? Et ste
tit rapsaces: ⁊ clamauit voce magna iu-
daice ⁊ dixit: Audite verba regis magni
regis assyriorū. Hec dicit rex. Nō vos se
ducat eçechias. qꝛ nō poterit eruere vos
⁊ nō vobis tribuat fiduciā eçechias su-
per dño dicēs: Eruens liberabit nos do
minus: nō dabit̄ ciuitas ista ī manu re-
gis assyriorū. Nolite audire eçechiam.
Hec enī dicit rex assyrioꝝ. Facite mecū
bñdictiōez: ⁊ egredimini ad me ⁊ come-
dite vnusquisq̄ vineā suaz: ⁊ vnusquis
q̄ ficum suā: ⁊ bibite vnusquisq̄ aquaz
cisterne sue donec veniā ⁊ tollam vos ad
terram que est vt terra vr̄a terram fru-
mēti ⁊ vini: terrā panum ⁊ vineaꝝ. Nec
cōturbet vos eçechias. dicēs: dñs libera
bit nos. Nūquid liberauerūt dij gentiū
vnusquisq̄ terrā suaz de manu regis as-
syrioruz? Vbi est deus emath ⁊ arfath?
Vbi est deus sepharuaim? Nūquid libe
rauerūt samariaz de manu mea? Quis
est ex oībus dijs terrarū istarū qui eru-
erit terrā suā de manu mea: vt eruat do-
minus hierusalē de manu mea? Et silu
erūt ⁊ nō responderūt ei verbuz. Man-
dauerat enī rex dicens: ne respondeatis
ei. Et īgressus est eliachim fili⁹ helchie
qui erat sup domū: ⁊ sobna scriba: ⁊ ioa-
he filius asaph acōmētarijs. ad eçechiā
scissis vestibus ⁊ nunciauerūt ei verba
rapsacis.

XXXVII

ta tua. Misisti legatos tuos ꝓcul: ⁊ hu-
miliata es vsq; ad inferos. In multitu
tudine vie tue laborasti: nec dixisti. quie
scā. Vitam manus tue inuenisti. Pro-
pterea nō rogasti. Pro quo sollicita ti-
muisti: qꝛ mētita es ⁊ mei nō es recorda
ta: neq; cogitasti in corde tuo. qꝛ ego ta-
cēs ⁊ q̄si nō vidēs: ⁊ mei oblita es. Ego
annūciabo iusticiā tuā: ⁊ op̄a tua nō pro
dert tibi. Cū clamaueris liberēt te ꝯgre
gati tui. Et oēs eos auferet vent⁹: tollet
aura. Qui aūt fiduciā hz mei hereditā-
bit terrā: ⁊ possedebit montē scm̄ meū: ⁊
dicā. Viaz facite. ꝑbete iter: declinate de
semita: auferte offēdicl'a de via ꝓpl'i mei
Quia hec dicit excelsus ⁊ sublimis ha-
bitans eternitatem: ⁊ sanctum nomen
eius in excelso et in sancto habitans: et
cum contrito et humili spiritu: vt viui
ficet spirituz humiliū ⁊ viuificet cor cō-
tritoruz. Non enim in sempiternū liti-
gabo neq; vsq; ad finē irascar. qꝛ spūs a

facie mea egredietur: ⁊ flatus ego faciaꝫ
Propter iniquitatem auaricie eius ira
tus sum: ⁊ percussi eum. Abscondi ⁊ in-
dignatus sum. Et abijt vag⁹ in via cor
dis sui. Vias eius vidi ⁊ sanaui eum: ⁊
reduxi eum ⁊ reddidi consolationes ip-
si ⁊ lugentib⁹ eius. Creaui fructum la-
biorum pacem. pacem ei qui longe est:
⁊ qui prope dixit dominus: ⁊ sanaui euꝫ
Impij autem quasi mare feruens qđ
quiescere non potest: et redundant flu-
ctus eius in conculcationem et lutum
Non est pax impijs dicit dn̄s deus.

LVIII

Clama ne cesses: q̄si
tuba exalta vocem tuam: et an-
nuncia populo meo scelera eoꝝ
⁊ domui iacob peccata eoꝝ. Me eteni de
die in diem querunt: ⁊ scire vias meas
volunt: quasi gens que iusticiaꝫ fecerit:
⁊ que iudiciuꝫ dei sui non dereliquerit.
Rogant me iudicia iusticie: ⁊ appropin-
quare deo voluut. Quare ieiunauim⁹ ⁊
nō aspexisti: hnmiliamus animas nr̄as
⁊ nescisti? Ecce in die ieiunij vr̄i inueni
tur volūtas vr̄a: ⁊ oēs debitores vr̄os re
petitis. Ecce ad lites ⁊ ad cōtentiōes ie-
iunatis: ⁊ ꝑcutit̄ pugno impie. Nolite
ieiunare sicut vsq̄ ad hāc diē vt audiat̄
in excelso clamor vester. Nūquid tale est
ieiuniū qđ elegi: ꝑ diē affligere hominē
aīam suā? Nūquid cōtorquere quasi cir
culū caput suū: ⁊ saccū ⁊ cinerē sternere
Nūquid istud vocabis ieiuniū: ⁊ diem
acceptabilem dn̄o? Nonne hoc est ma-
gis ieiuniū qđ elegi? Dissolue colliga-
tiones impietatis: solue fasciculos de-
primētes. Dimitte eos qui ꝯfracti sunt
liberos: ⁊ omē onus dirūpe. Frange esu
rienti panem tuū: ⁊ egenos vagosq̄ in-
duc in domū tuā. Cum videris nuduꝫ
operi eū: ⁊ carnē tuā ne despexeris. Tūc
erūpet quasi mane lumē tuū: ⁊ sanitas
tua citius orieť. Et anteibit faciē tuā iu
sticia tua: ⁊ gl̄ia dn̄i colliget te. Tūc iuo
cabis ⁊ dn̄s exaudiet: clamabis: ⁊ dicet
ecce adsuꝫ. Si abstuleris de medio tui
catenam ⁊ desieris extendere digitum: ⁊
loqui quod nō prodest. Cum effuderis
esurienti animam tuam. ⁊ animam af-
flictam repleueris. orietur in tenebris
lux tua. ⁊ tenebre tue erunt sicut meri-
dies. Et requiem tibi dabit dn̄s de⁹ tu-
us semper. ⁊ implebit splendorib⁹ ani-
mam tuam. ⁊ ossa tua liberabit. Et eris
quasi hortus irriguus. ⁊ sicut fons aq̄ꝝ
cuius non deficient aque. Et edificabū
tur in te deserta seculorum fundamen-
ta generationis ⁊ generationis suscita-
bis. Et vocaberis edificator sepium. aū-
tens semitas in quietem. Si auerteris
a sabbato pedem tuum. facere volunta-
tem tuam in die sancto meo. ⁊ vocaue-
ris sabbatum delicatum ⁊ sanctum dn̄i
gloriosum. ⁊ glorificaueris eū dū nō fa
cis vias tuas ⁊ nō inuenit̄ volūtas tua
vt loquaris ꝑmonē: tūc delectaberis su-
per dn̄o. ⁊ sustollam te sup̄ altitudines
terre. et cibabo te hereditate iacob pr̄is
tui. Os enim dn̄i locutum est.

LIX

Ecce nō est abbreuiata manus
dn̄i vt saluare nequeat. neq̄ ag
grauata est auris eius vt non
exaudiat: sed iniq̄tates vr̄e diuiserūt in
ter vos ⁊ deū vr̄m. ⁊ pctā vr̄a abscōdert
faciez ei⁹ a vobis ne exaudiret. Manus
enim vr̄e pollute sunt sanguine. ⁊ digiti
vr̄i iniquitate. Labia vestra locuta sunt
mendaciuꝫ. ⁊ lingua vr̄a iniq̄tatē fatur.
Non est qui inuocet iusticiā. neq̄ ē qui
iudicet vere: sed confidūt in nihili. et lo
quūtur vanitates. Conceperunt laborē
⁊ pepererūt iniquitatē. Oua aspidū ru-
perunt. ⁊ telas aranee texuerūt. Qui co
mederit de ouis eoꝝ morieť: ⁊ quod cō-
fotū est erūpet in regulū. Tele eorū nō
erūt in vestimentū. neq̄ operient̄ opib⁹
suis. Opa eoꝝ opa inutilia. ⁊ op⁹ iniq̄ta
tis in manib⁹ eoꝝ. Pedes eoꝝ ad malū
currūt. ⁊ festināt vt effundāt sanguineꝫ
innocētē. Cogitatiōes eoꝝ cogitatiōes
inutiles. Vastitas ⁊ ꝯtritio in vijs eoꝝ
Viā pac⁹ nescierūt. ⁊ nō ē iudiciū ī gres-
sib⁹ eoꝝ. Semite eoꝝ īcuruate sūt eis
oīs q̄ calcat in eis ig̃rat pacē. Propter h̄
elōgatū est iudiciū a nob. ⁊ nō apprehē-
det nos iusticia. Expectauimus lucē et

ecce tenebre. splendorem. ⁊ in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut ce/ci parietem. ⁊ quasi absq; oculis attre/ctauimus. Impegimus meridie quasi in tenebris. in caliginosis quasi mortui Rugiemus quasi vrsi omēs. ⁊ quasi co lumbe meditantes gememus. Expecta uimus iudicium ⁊ nō est. salutem ⁊ elō gata est a nobis. Multiplicate sunt enī iniquitates nr̄e coram te. ⁊ peccata nr̄a rñderūt nob. Quia scelera nr̄a nobiscū ⁊ iniquitates nr̄as cognouim⁹. peccare ⁊ mētiri ꝺtra dñm. ⁊ aūsi sumus ne ire/mus post tergum dei nr̄i vt loq̄remur calūniam ⁊ trāsgressiōem. Cōcepimus ⁊ locuti sum⁹ de corde verba mēdacij: et cōuersum est retrorsum iudiciū. ⁊ iusti/cia longe stetit. Quia corruit in platea veritas. ⁊ equitas nō potuit ingredi. Et facta est veritas i obliuione. ⁊ qui recef/fit a malo. prede patuit. Et vidit dñs. ⁊ malū apparuit in oculis eius. q; nō est iudiciuz. Et vidit deus q; non est vir. ⁊ admiratus est q; nō est qui occurrat. Et saluauit sibi brachium suum. ⁊ iusticia eius ipsa cōfirmauit eū. Indutus est iu sticia vt lorica. ⁊ galea salutis in capite ei⁹. Indut⁹ est vestimētis vltionis ⁊ op tus est q̄si pallio celi: sicut ad vindictaz quasi ad retributionem indignationis hostib⁹ suis ⁊ vicissitudinē inimicis su/is. Insulis vicem reddet. Et timebunt qui ab occidente. nomē dñi: ⁊ qui ab or tu solis gloriā eius. Cū venerit q̄si flu/uius violentus quē spūs dñi cogit: et venerit sion redemptor: ⁊ eis qui rede/unt ab iniq̄tate in iacob dicit dñs. Hoc fedus meuz cum eis dicit dñs. Spūs meus qui est in te ⁊ verba mea que po/sui in ore tuo. non recedent de ore tuo: ⁊ de ore seminis tui dicit dñs: amodo ⁊ vsq; in sempiternum.

LX

Surge illuminare hierusalez q; venit lumen tuum ⁊ gloria dñi sup te orta est. Quia ecce tene/bre operient terraz: ⁊ caligo populos: su per te autem orietur dominus: ⁊ gloria eius in te videbitur. Et ambulabūt gē tes in lumine tuo: ⁊ reges in/ splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide omnes isti congregati sunt. ve/nerunt tibi. Filij tui delonge venient: ⁊ fi/lie tue de latere surgent. Tunc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabitur ⁊ dilatabitur cor tuum q̄ cōuersa fuerit ad te multitu/do maris: fortitudo gentium venerit ti bi. Inundatio camelor̄ operiet te: dro medarij madian ⁊ effa. Oēs de saba ve/nient aurū ⁊ thus deferentes: ⁊ laudem dño annūciantes. Omne pecus cedar cōgregabit̄ tibi: arietes nabaioth mini/nistrabūt tibi. Offerent̄ super placabili altari meo: ⁊ domū maiestatis mee glo rificabo. Qui sunt isti qui vt nubes vo/lant ⁊ quasi columbe ad fenestras suas? Me enī insule expectant ⁊ naues maris/ in principio: vt adducaz filios tuos de lō ge. Argentuz eor̄ ⁊ aurū eor̄ cuz eis no mini dñi dei tui ⁊ scō isrl': q; glorificauit te. Et edificabūt filij pegrinor̄ muros tuos: ⁊ reges eor̄ ministrabunt tibi. In indignatione enī mea percussi te: ⁊ in re/conciliatione mea misertus sum tui. Et aperientur porte tue iugiter: die ac nocte non claudentur: vt auferat̄ a te fortitu/do gentiuz: ⁊ reges earū adducant̄. Gēs enī ⁊ regnū q̄ nō seruierit tibi. peribit et gentes solitudine vastabunt̄. Gloria li/bani ad te veniet: abies ⁊ burus ⁊ pinus/ simul ad ornādū locuz sanctificationis mee: ⁊ locū pedū meor̄ glificabo. Et ve/niēt ad te curui filij eor̄ q̄ humiliauerunt te. ⁊ adorabūt vestigia pedū tuor̄ oēs q̄ detrahebāt tibi: ⁊ vocabūt te ciuitatē dñi siō sci isrl'. Pro eo q; fuisti derelicta ⁊ o/dio hita. ⁊ nō erat q̄ p te trāsiret: ponā te i superbiā scl'or̄ gaudiū i generatōnē ⁊ ge nerationē. Et suges lac gētiū ⁊ māmil/la regū lactaber̄. Et scies q; ego dñs sal uās te: ⁊ redēptor tu⁹ fortis iacob. Pro ere afferam aurum: et pro ferro afferaz argentum. et pro lignis es. ⁊ pro lapidi bus ferrum. Et ponam visitationez tu am pacem ⁊ prepositos tuos iusticiam Nō audiet̄ vltra iniq̄tas i tra tua vasti/tas ⁊ ꝓtritō i tmis tuis: ⁊ occupabit sal⁹

muros tuos: et portas tuas laudatio.
Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem: nec splendor lune illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucem sempiternam: et deus tuus in gloriam tuam.
Non occidet vltra sol tuus et luna tua non minuetur: quia dñs erit tibi in lucem sempiternam: et complebuntur dies luctus tui. Populus aũt tuus omnes iusti in perpetuũ hereditabunt terram: germen plantationis mee: opus manuũ mearum ad glorificandum. Minimus erit in mille: et paruulus in gentẽ fortissimã. Ego dñs in tempore eius subito faciã istud.

LXI

Spiritus domini sup me: eo quod unxerit me. Ad annũciandum mansuetis misit me vt mederer contritis corde: et predicarem captiuis indulgentiam et clausis aptionem. vt predicarem annum placabilem dño et diem vltionis deo nro: vt cõsolarer omẽs lugentes: vt ponerem fortitudinem lugentibus sion: et darem eis coronam pro cinere oleũ gaudij pro luctu palliũ laudis pro spiritu meroris. Et vocabunt in ea fortes iusticie: plãtatio dñi ad glorificandũ. Et edificabũt deserta a seculo: et ruinas ãtiquas erigent: et instaurabunt ciuitates desertas et dissipatas in generationem et generationem. Et stabũt alieni et pascẽt pecora vra: et filij pegrinor agricole et vinitores vestri erũt. Vos aũt sacerdotes dñi vocabimini ministri dei nostri dicetur vobis. Fortitudinem gentiũ comedetis et in gloria eor superbietis. Pro cõfusiõe vestra duplici et rubore: laudabũt partem eor. Propter hoc in terra sua duplicia possidebũt: leticia sempiterna erit eis. Quia ego dñs diligens iudicium: et odio hñs rapinam in holocaustum: Et dabo opus eor in veritate. et fedus perpetuũ feriam eis. Et scient in gentibus semẽ eor et germẽ eor in medio populor. Omẽs qui viderint eos cognoscent illos. quia isti sunt semen cui benedixit dominus. Gaudens gaudebo in domino. et exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me vestimentis salutis. et indumẽto iusticie circumdedit me. quasi sponsum decoratum corona. et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germẽ suũ. et sicut hortus semẽ suum germinat: sic dñs deus germinabit iusticiam et laudem coram vniuersis gẽtibus.

LXII

Propter sion nõ tacebo. et propter hierusalẽ non quiescam: donec egrediat vt splendor iustus eius. et saluator eius vt lãpas accendat. Et videbũt gẽtes iustũ tuum. et cuncti reges inclytũ tuum. Et vocabit tibi nomẽ nouum quod os dñi nominauit. Et eris corona glorie in mãu dñi. et diadema regni in mãu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta. et terra tua nõ vocabit amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea. et terra tua inhabitata. Quia cõplacuit dño in te et terra tua inhabitabit. Habitabit enim iuuenis cũ virgine. et habitabũt in te filij tui: Et gaudebit sponsus sup sponsam et gaudebit sup te deus tuus. Super muros tuos hierusalẽ constitui custodes. tota die et tota nocte in perpetuũ nõ tacebũt. Qui reminiscemini dñi. ne taceatis et ne detis silentium ei donec stabiliat et donec ponat hierusalem laudem in terra. Jurauit dominus in dextera sua. et in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis et si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti. Quia qui congregabunt illud comedent et laudabunt dominum et qui comportant illud bibent in atriis sanctis meis. Transite transite per portas. preparate viam populo. Planum facite iter. et eligite lapides. et eleuate signum ad populos. Ecce dñs auditum fecit in extremis terre. Dicite filie sion. Ecce saluator tuus venit. ecce merces eius cum eo. et opus eius coram illo. Et vocabũt eos populus sanctus. redempti a dño. Tu aũt vocaberis quesita ciuitas. et nõ derelicta.

LXIII

Quis est iste q̃ venit de edõ tinctis vestibus de bosra? Iste formosus in stola sua gradiẽs in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iusti

ciam: & propugnator sum ad saluādum
Quare ergo rubrum est indumētuz tu
um: & vestimenta tua sicut calcantium i
torculari: Torcular calcaui solus · et de
gentibus non est vir mecum. Calcaui
eos in furore meo & cōculcaui eos i ira
mea. Et aspsus ē sanguis eor sup vesti
mēta me · & oia indumēta mea inq̄naui
Dies enim vltionis in corde meo · annꝰ
retributiōis mee venit · Circūspexi & nō
erat auxiliator · quesiui & nō fuit qui ad
iuuaret. Et saluauit mihi brachiū me
um · & indignatio mea ipsa auxiliata est
mihi. Et cōculcaui ꝑplos in furore meo
& inebriaui eos indignatione mea · & de
traxi in terram virtutem eor. Misera
tionum dñi recordabor · laudē dñi super
omīb⁹ q̄ reddidit nobis dñs: & sup mul
titudinē bonor domus israel q̄ largitus
est eis ꝓm indulgentiā suam & ꝓm mul
titudinē misericordiar suaruz. Et dixit:
Verūtamē ꝑplus meꝰ est filij nō negan
tes. Et factꝰ est eis saluator in omī tri
bulatiōe eor. Non est tribulatꝰ: & ange
lus faciei eius saluauit eos. In dilectō
ne sua & indulgētia sua ipe redemit eos
& portauit eos & eleuauit eos cūctis die
bus seculi. Ipsi autē ad iracūdiam pro
uocauerūt: & afflixerūt spiritū sancti eiꝰ
Et cōuersus est eis in inimicū: & ipse de
bellauit eos. Et recordatus est dierum
seculi: moysi & populi sui. Vbi est qui e
duxit eos ō mari cū pastoribꝫ gregis sui
Vbi est qui posuit in medio eiꝰ spiritu
sancti sui: Qui eduxit ad dexteraz moy
sen brachio maiestatis sue: qui scidit a
quas ante eos: vt faceret sibi nomē sem
piternuz. Qui eduxit eos ꝑ abyssos quasi
equū in deserto non impingentez: qua
si animal in campo. Descēdes spiritus
dñi ductor eius fuit. Sic adduxisti po
pulum tuum · vt faceres tibi nomē glo
rie. Attende de celo: & vide de habitacu
lo sancto tuo: & glorie tue. Vbi est zelus
tuus & fortitudo tua: multitudo viscerū
tuor & miserationuz tuarum? Super
me continuerunt se. Tu enim pater no
ster · & abraaz nesciuit nos: et israel igno
rauit nos. Tu domine pater noster: re
demptor noster: a seculo nomen tuum
Quare errare nos fecisti dñe de vi
is tuis: induraſti cor nostrū ne timere
mus te? Conuertere propter seruos tu
os tribus hereditatis tue. Quasi mihi
lū possederūt populū sanctū tuū hostes
nostri: conculcauerunt sanctificationez
tuam. Facti sumus quasi in principio
cū nō dominareris nostri: neq̄ inuocare
tur nomen tuum sup nos.

LXIIII

Vtinam dirūperes celos & descē
deres. A facie tua mōtes defluerent: sicut exustio ignis tabescerent: aque arderent igni · vt notum fieret nomen tuū inimicis tuis: a facie tua gentes turbarentur. Cū feceris mirabilia nō sustinebimꝰ. Descēdisti: & a facie tua mōtes defluerūt. A seculo non audierūt neq̄ auribꝫ perceperūt. Oculus non vidit deus absq̄ te: que preparasti expectātibꝫ te. Occurristi letanti & faciēti iusticiā: in vijs tuis recordabūtur tui Ecce tu iratꝰ es & peccauimꝰ: in ipsis fuimus sp & saluabimur. Et factiꝰ sumꝰ vt immūdi oēs nos: & q̄si pannꝰ menstruate vniuse iustitie nre. Et cecidimꝰ quasi folij vniuersi: & iniq̄tates nre q̄si venteꝰ abstulerūt nos. Non est q̄ inuocet nomen tuū: qui consurgat et teneat te. Abscondisti faciem tuam a nobis: & allisisti nos in manu iniquitatis nostre. Et nūc dñe pater noster es tu · nos lutū: & fictor noster tu: & opa manuū tuar oēs nos. Ne irascaris dñe satis: & ne vltra memineris iniq̄tatis nre. Ecce respice: ꝑplus tuus oēs nos. Ciuitas sancti tui facta est deserta: sion deserta facta est · hierlm desolata · domꝰ scificationis nre & glorie nre: vbi laudauerūt te pres nri · facta est in exustiōem ignis: & omia desiderabilia nra versa sunt in ruinas. Nūquid super his cōtinebis te dñe: tacebis & affliges nos vehementer.

LXV

Quesierūt me qui ante nō interrogabāt: inuenerūt q̄ nō q̄sierūt me. Dixi: Ecce ego ecce ego ad gētes q̄ nō inuocabāt nomē meū. Expādi

manus meas tota die ad populuz incre
dulum:qui graditur invia non bona p̄
cogitationes suas. Populus qui ad ira
cundiā prouocat me ante faciem meaz
semp:qui immolāt in hortis ⁊ sacrificāt
sup̄ lateres:qui habitāt in sepulcris et
in delubris idolor̄ dormiunt·qui come
dūt carnē suillā:⁊ ius p̄phanū vasis eor̄
qui dicūt recede a me nō appropinques
mihi:qz immūdus es. Isti fum⁹ erūt i
furore meo:ignis ardēs tota die. Ecce
scriptū est coram me:Nō tacebo:sz reddaz
⁊ retribuā in sinu eor̄ iniq̄tates vr̄as:⁊
iniq̄tates patrū vr̄or̄ sil' dicit dñs · qui
sacrificauerūt sup̄ mōtes:⁊ sup̄ colles ex
p̄brauerūt mihi:⁊ remetiar opus eorū
primū i sinu eor̄. Hec dicit dñs. Quō
si inueniat̄ gnū in botro·⁊ dicat̄ ne dissi
pes illud qm̄ bñdictō est:sic faciā p̄p̄t̄ ser
uos meos vt nō dispdā totū. Et educā
de iacob semen:⁊ de iuda possidentē mō
tes meos. Et hereditabūt eā electi mei
⁊ serui mei habitabūt ibi. Et erūt cam⁹
pestria in caulas gregū:⁊ vallis achor in
cubile armentor̄ p̄plo meo·qui requisi⁹
erūt me. Et vos qui dereliquistis dñm
qui obliti estis montē sctm̄ meū:qui po
nitis fortune mēsam.⁊ libatis sup̄ eam
numerabo vos in gladio·et oēs in cede
corruetis·p eo q̄ vocaui ⁊ nō rndistis·
locutus sum ⁊ nō audistis·⁊ faciebatis
malū in oculis meis·⁊ que nolui elegi⁹
stis. Propter hoc hec dicit dñs deus. Ec
ce serui mei comedēt·vos esurietis. Ec
ce fui mei bibent ⁊ vos sitietis. Ecce ser
ui mei letabunt̄·⁊ vos confundemini. Ec
ce serui mei laudabūt pre exultatiōe cor
dis·⁊ vos clamabitis p̄ dolore cordis·et
pre contritione spūs vlulabitis·⁊ dimitte
tis nomē vr̄m in iuramētū electis me⁹
is. Et interficiet te dñs de⁹·⁊ seruos su⁹
os vocabit noīe alio. In quo qui bñdi⁹
ctus est sup̄ terraz·bñdicet̄ in deo· amē.
Et qui iurat i terra iurabit in deo· amē
Quia obliuioni tradite sunt angustie
priores·⁊ quia abscondite sunt ab oculʒ
nostris. Ecce enī ego creo celos nouos
⁊ terram nouam:⁊ non erunt in memo
ria priora·⁊ non ascendent super cor·sed
gaudebitis ⁊ exultabitis vsq̄z in sempi⁹
ternum in his que ego creo. Quia ecce
ego creo hierusalem exultationem ⁊ po
pulum eius gaudiū ⁊ exultabo in hieru
salem ⁊ gaudebo ī populo meo.⁊ nō au⁹
dietʒ in ea vltra vox fletus ⁊ vox clamo⁹
ris. Non erit ibi amplius infans dieruz
⁊ senex qui non impleat dies suos· quo
niā puer centuz anuor̄ morietur:⁊ pec⁹
cator centū annor̄ maledictus erit. Et
edificabunt domos ⁊ habitabunt·⁊ plāta
būt vineas ⁊ comedēt fructus eor̄. Nō
edificabūt·⁊ alius habitabit·nō planta
bunt ⁊ alius comedet. Secūm enī dies
ligni·erunt dies populi mei·⁊ opera ma
manuum eor̄ inueterabūt. Electi mei
nō laborabūt frustra·neq̄z generabūt in
conturbatiōe·quia semē bñdictor̄ dñi ē
⁊ nepotes eor̄ cuz eis. Eritq̄z anteq̄z cla
mēt ego exaudiam·adhuc illis loquēti⁹
bus ego exaudiā. Lupus ⁊ agnus pasc̄ē
tur simul:⁊ leo ⁊ bos·comedēt paleas·⁊
serpenti puluis panis ei⁹. Nō nocebūt
neq̄z occidēt i oī mōte scō meo dic̄ dñs.

Hec dicit dominʒ. Celū LXVI
sedes mea terra autem scabellū
pedum meorum. Que est ista do
mus quam edificabitis mihi ⁊ quis iste
locus requietionis mee? Omnia hec ma
nus mea fecit ⁊ facta sunt vniuersa ista
dicit dominus. Ad quem autem respi⁹
ciam nisi ad pauperculum ⁊ contritum
spiritu ⁊ trementem sermones meos?
Qui immolat bouem·quasi qui interfi
ciat virum. Qui mactat pecus · quasi
qui excerebret canem. Qui offert obla⁹
tionem·quasi qui sanguinem suillum
offerat. Qui recordatur thuris: quasi
qui benedicat idolo. Hec omnia elege⁹
runt in vijs suis·⁊ in abominationibus
suis anima eorum delectata est. Unde
⁊ ego eligam illusiones eorum·⁊ que ti
mebant adducam eis.qz vocaui et non
erat qui responderet·locutus sum ⁊ nō
audierunt. Fecerūtq̄z malum in oculis
meis ·⁊ q̄ nolui elegerūt. Audite verbū
dñi·qui tremitis ad verbū eius. Dixerūt

fratres vestri odiētes vos ⁊ abijcientes
ꝓpter nomē meū. Gl'ificet̄ dn̄s ⁊ videbi
mus in leticia vr̄a. ipsi aūt ꝯfundentur
Vox ꝓpl'i de ciuitate: vox de templo: vox
dn̄i reddētis retributionē ĩimicis suis.
Anteq̄ parturiret. peperit: anteq̄ veni-
ret partus eius peperit masculū. Quis
audiuit vnq̄ tale: ⁊ quis vidit huic sil'e
Nūquid parturiet terra in die vna. aut
parietur gens simul: qꝛ parturiuit ⁊ pe
perit sion filios suos? Nūquid ego qui
alios parere facio: ipse nō pariam dicit
dn̄s? Si ego qui generationez ceteris
tribuo sterilis ero: ait dn̄s deus tu⁹. Le
tamini cum hierusalez: ⁊ exultate in ea
oēs qui diligitis eam. Gaudete cum ea
gaudio vniuersi qui lugetis sup̄ eaz. vt
sugatis ⁊ repleamini ab vbere cōsolatio
nis eius: vt mulgeatis ⁊ delitijs afflua-
tis ab oīoda gloria eius. Quia hec dicit
dn̄s: Ecce ego declinabo sup̄ eam quasi
fluuiū pacis: ⁊ q̄si torrētem inundantez
gloriā gentiū quā sugetis. Ad vbera por
tabimini: ⁊ sup̄ genna blandient̄ vobis
Quō si cui mr̄ blādiat̄: ita ego ꝯsolabor
vos ⁊ in hierl'm ꝯsolabimini. Videbit̄:
⁊ gaudebit cor vr̄m: ⁊ ossa vr̄a q̄si herba
germinabūt. Et cognoscet̄ man⁹ dn̄i ꝑ-
uis eius: ⁊ indignabitur inimicis suis.
Quia ecce dn̄s in igne veniet: ⁊ q̄si tur-
bo quadriga eius. reddere in indignatō
ne furorē suū: ⁊ increpationē suaz in flā
ma ignis. Quia ĩ igne dn̄s diiudicabit
⁊ in gladio suo ad oēm carnem: ⁊ multi-
plicabunt̄ interfecti a dn̄o. Qui sancti-
ficabantur ⁊ mūdos se putabant in hor
tis post ianuā intrinsecus: qui comede-
bant carnez suillā ⁊ abominationē ⁊ mu
rē: simul ꝯsument̄ dicit dn̄s. Ego autē
opa eoꝝ ⁊ cogitationes eoꝝ venio vt cō-
gregē cū oībꝫ gētibꝫ: ⁊ linguis ⁊ venient
⁊ videbūt gl'iaz meā. Et ponā ĩ eis signū
⁊ mittā ex eis qui saluati fuerīt ad gen-
tes in mare: ĩ africā. in lydiam: tenētes
sagittā in italiā ⁊ greciā ad insulas lon-
ge: ad eos qui non audierūt de me ⁊ nō
viderunt gloriam meam. Et annuncia
bunt gloriam meam gentibus: ⁊ addu-
cent omnes fratres vestros de cunctis
gentibꝫ donum domīo in equis ⁊ in q̄-
drigis ⁊ in lecticis ⁊ in mulis ⁊ in carru
cis. ad montem sanctū meū hierusalez
dicit dominus. quō si inferant filij isra-
el munus in vase mūdo in domuz dn̄i
Et assumam ex eis in sacerdotes ⁊ leui-
tas dic̄ dn̄s: qꝛ sicut celi noui ⁊ terra no
ua que ego facio stare corā me dicit dn̄s
deus sic stabit semē vr̄m ⁊ nomē vestrū
Et erit mensis ex mense: ⁊ sabbatum ex
sabbato. Veniet omnis caro: vt adoret
coram facie mea dicit domin⁹. Et egre-
dientur ⁊ videbunt cadauera viroꝝ qui
preuaricati sunt in me. Vermis eoꝝ nō
morient̄: ⁊ ignis eorum non extinguetur
⁊ erūt vsq̄ ad satietatē visiōis oī carni.

Explicit Esaias. Incipit pre
fatio in Hieremiā ꝓphetam.

Hec interpretatio hierony
mi est. Siquid in ea no-
uerit ꝑm hebreos codices
exploretur. Alia est septua
ginta interpretum ecclesi-
is vsitata. Que q̄uis nonnulla aliter
habeat q̄ in hebreis codicibus inueni-
tur. Tamē vtraq̄ id est ꝑm septuagīta
⁊ ꝑm hebream. apostolica autoritate fir
mata est: non errore neq̄ reprehensione
superiori. sed certo consilio septuaginta
nonnulli aliter dixisse vel cōtexuisse in-
telligunt̄. Qđ ideo p̄monem⁹ ne q̄sq̄
alteram ex altera velit emēdare. Q sin-
gulorum in suo genere veritas obser-
uanda est.

Incipit prologus in eundem.

Hieremias ꝓpheta cui hic
prologus scribitur sermo
ne quidem apud hebreos
esaie et osee et quibusdaz
alijs ꝓphetis videt̄ esse ru-
stitior sz sensibꝫ par est: q̄ppe q̄ eodē spū
ꝓphetauit. Porro simplicitas el oquij đ
loco ei in q̄ natus est accidit. Fuit enim

anathotites qui est vsq; hodie viculus tribus ab hierosolymis distãs milibus sacerdos ex sacerdotib⁹:t in matris vtero sanctificatus:virginitate sua euãgelicũ,virũ christi ecclesie dedicãs. Dicva ticinare exorsus est puer: t captiuitatez vrbis atq; iudee non solũ spiritu·sed et oculis carnis intuitus est. Jam decem tribus israel assyrij in medos transtulerant·iam terras earũ coloni gẽtiuz possidebant. Unde in iuda tantũ t in beniamin prophetauit:t ciuitatis sue ruinas quadruplici planxit alphabeto :qđ nos mensure metri versibusq; reddidimus Preterea ordinem visionuz qui apud grecos t latinos oio cõfusus est:ad primam fidem coreximus. Librũ aũt baruch notarij ei⁹·q apud hebreos nec legit nec habet ꝑtermisim⁹:p his omib⁹ maledicta ab emulis ꝑstolantes: quib⁹ me necesse est p singula opuscula rñdere. Et hoc patior:qz vos cogitis. Ceterũ ad compendiuz mali rectius fuerat modum furori eor silẽtio meo ponere:q̃ q̃tidie noui aliquid scriptitantez inuidorum insaniam prouocare.

Item alius ꝓlogus in eundem.

Joachim filius iosie: cui⁹ tertiodecimo anno ꝓphetare orsus ẽ hieremias sb quo t Olda mulier ꝓphetauit ipse est qui alio noie appellat eliachin:te regnauit super tribum iuda t hierusalẽ annis vndecim. Cui successit in regnũ filius ioachin cognomento iechonias qui tertio mense regni eius die decima captus a ducibus nabuchodonosor ductus est in babylonem·et in loco ei⁹ ꝓstitut⁹ est sedechias filius iosie patruus eius:cuius ãno vndecimo hierl'm capta atq; subuersa est. Nemo igit putet eundẽ in danielis principio ioachin qui ī eçechielis exordio ioachim scribit. Iste extremam syllabam chim habet ille chin: t ob hãc cãm ī euãgelio sm matthxũ vna videt deesse generatio·quia secũda tesseredecas in ioachim definit filiũ iosie:t tertia incipit a ioachin filio ioachim: Quod ignorans porphirius calumniaz instruit ecclesie: suam oñdens imperitiaz dũ euãgelistaz matthxũ arguere nititur falsitatis: Qđ q̃ traditum scribitur ioachim mõstrat non aduersariorum fortitudinis fuisse victoriam sed domini volũtatis.

Incipit argumẽtum in eundem:

Hieremias anathotites · qui est viculus tribus hierosolymis distans milib⁹·apud taphnas ī egypto a populo lapidibus obrutus occubuit. Jacet vtro in eo loco sepultus·quo dudũ pharao rex habitauerat: Et quoniam postulatõne sua defugatis ab eodem loco serpentib⁹ egyptios a tactu aspidũ facit esse securos magna eũ ibi religiõe egyptij venerantur.

Explicit argumẽtũ Incipit Hieremias ꝓphta Cap. I

Verba hieremie ꝓphte filij helchie de sacerdotib⁹ qui fuerũt in anathot in terra beniamin: Quod factũ est verbũ dñi ad eũ in diebus iosie filij amon regis iuda in tertiodecimo anno regni eius:t fcm̃ est in diebus ioachim filij iosie regis iuda·vsq; ad consummationem vndecimi anni sedechie filij iosie regis iuda:vsq; ad transmigrationẽ hierusalem in mense quinto. Et factuz est verbum domini ad me dicens .Priusq; te formarem in vtero·noui te t anteqũ exires de vulua sanctificaui te:t pphetaz in gentibus dedi te. Et dixi. A.a.a.domine deus: Ecce nescio loqui:quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me Noli dicere quia puer sum:quoniaz ad omnia que mittam te ibis·et vniuersa

quecūq; mādauero tibi·loqueris. Ne ti
meas a facie eoꝝ: qꝛ tecū ego suꝫ vt eru-
am te dicit dñs. Et misit dñs manum
suam: ⁊ tetigit os meū ⁊ dixit ad me. Ec
ce dedi verba mea in ore tuo: ecce ꝯstitui
te hodie sup̄ gētes et sup̄ regna vt euel-
las et destruas ⁊ disp̄das ⁊ dissipes ⁊ edi
fices ⁊ plātes. Et factū est verbū dñi ad
me dicēs: Quid tu vides hieremia? Et
dixi. Virgam vigilātem ego video. Et
dixit dñs ad me: Bene vidisti: quia vigi
labo ego sup̄ verbo meo vt faciam illud.
Et factū est verbū dñi secūdo ad me di-
cens: Quid tu vides? Et dixi. Ollā suc
censam ego video: et faciem eius a facie
aquilonis. Et dixit dñs ad me: Ab aqui
lone pandetur omne malū sup̄ oēs ha-
bitatores terre. Quia ecce ego cōuocabo
omnes cogitatōes regnorū aquilonis
ait dñs·et venient ⁊ ponent vnusquisq;
soliū suū in introitu portarū hierusalē:
et sup̄ oēs muros eius incircūitu: et su
per vniuersas vrbes iuda. Et loquar iu-
dicia mea cū eis sup̄ oēm maliciā eoꝝ q̄
dereliquerūt me ⁊ libauerūt dijs alienis
et adorauerūt opūs manuū suaꝝ. Tu ḡ
accinge lūbos tuos ⁊ surge: ⁊ loquere ad
eos oīa que ego precipio tibi. Ne formi
des a facie eoꝝ: nec enī timere te faciam
vultū eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie in
ciuitatē munitā: ⁊ in colūnā ferreā: ⁊ in
murū ereuꝫ sup̄ oēm terrā ·regibꝫ iuda·
principibꝫ eiꝰ ⁊ sacerdotibꝫ: ⁊ oī ꝓpl'o ter
re et bellabūt adūsuꝫ te ⁊ nō p̄ualebūt:
qꝛ ego tecū sum ait dñs vt liberē te. II

Et factū est verbuꝫ dñi ad me di
cens: vade et clama in auribus
hierusalem dicēs: Hec dicit do
minus. Recordatus sum tui miserans
adolescētiam tuā ⁊ charitatē desponsati
onis tue qñ secuta es me in deserto: in t̄
ra que non seminat̄. Sanctus isrl' dño
primitie frugū eius. Oēs qui deuorant
eū·delinquūt: mala venient sup̄ eos di-
cit dñs. Audite verbū dñi domus iacob:
et oēs cogitatōes domus isrl'. Hec dicit
dñs. Quid inuenerūt patres vr̄i in me
iniquitatis: qꝛ elongauerūt a me et am
bulauerūt post vanitatem: et vani facti
sunt? Et nō dixerūt: vbi est dñs q̄ ascen
dere nos fecit de terra egypti·q̄ traduxit
nos p̄ desertū·p̄ terrā inhabitabilem et
inuiam·per terrā sitis: et imaginez mor-
tis·et p̄ terrā in qua nō ambulauit vir
neq; habitauit homo. Et induxi vos in
terram carmeli: vt comoderetis fructū
eius et bona illius. Et ingressi contami
nastis terram meam·et hereditatē meā
posuistis in abominatōez. Sacerdotes
non dixerūt: vbi est dñs·et tenētes legē
nescierūt me: et pastores p̄uaricati sunt
in me. Et ꝓphete ꝓphetauerunt in baal:
et idola secuti sunt. Propterea adhuc
iudicio contēdam vobiscum ait dñs: et
cum filijs vr̄is disceptabo. Transite ad
insulas cethim et videte: ⁊ in cedar mit
tite et cōsiderate vehementer: et videte
si factū est huiuscemodi·si mutauit gēs
deos suos. Et certe ip̄i nō sunt dij. Po-
pulus vero meus mutauit gloriam suā
in idolum. Obstupescite celi sup̄ hoc: et
porte eius desolamini vehementer dicit
dominus. Duo enī mala fecit ꝓpl's me-
us. Me dereliquerūt fontez aque viue:
et foderūt sibi cisternas dissipatas que
continere non valēt aquas Nūquid ser
uus est isrl' aut vernaculus? Quare er-
go factus ē in predaꝫ? Super euꝫ rugie
runt leones et dederūt vocem suam· po
suerūt terrā eius in solitudinē. Ciuita-
tes eius exuste sunt: et non est qui habi
tet in eis. Filij q̄ꝫ mēpheos et thamne-
os constuprauerūt te vsq; ad verticem.
Nūquid nō istud factum est tibi: qꝛ dere
liquisti dñm deum tuū eo tp̄e quo duce
bat te per viam? Et nunc quid tibi vis
in via egypti: vt bibas aquā turbidam?
Et quid tibi cum via assyriorū: vt bibas
aquaꝫ fluminis? Arguet te malicia tua
et auersio tua increpabit te Scito et vi
de qꝛ malū et amarū est reliquisse te do-
minū deum tuū: et nō esse timorez eius
apud te dicit dñs deus exercituum. A se
culo cōfregisti iugū meuꝫ: rupisti vincu
la mea et dixisti. Nō seruiam· In omni
enī colle sublimi et sub omī ligno fron-

doso tu ꝓsternabaris meretrix. Ego aũt
plãtaui te vineã electã: om̃e semẽ verũ.
Quõ ergo cõuersa es mihi in prauũ vi
nea aliena? Si laueris te nitro: ⁊ multi
plicaueris tibi herbam borith. maculata
es in iniquitate tua coraz me dicit dñs
deus. Quõ dicis: nõ suz polluta: post ba
alim nõ ambulaui? Uide vias tuas in
cõualle: scito quid feceris. Cursor leuis
explicans vias suas: onager assuetus in
solitudine: ĩ desiderio aĩe sue attraxit vẽ
tũ amoris sui. Nullus auertet eã. Oẽs
qui querũt eam nõ deficiẽt: in menstru
is eius inuenient eam. Prohibe pedez
tuũ a nuditate: et guttur tuuz a siti. Et
dixisti. Desperaui: neq̃q̃z faciaz. Adama
ui quippe alienos: et post eos ambulabo
Quõ cõfundit̃ fur qñ deprehẽdit̃: sic cõ
fusi sunt domus isrl̃. ipi et reges eorum
principes et sacerdotes ⁊ ꝓphete eoꝝ: di
cẽtes ligno. pater meus es tu: et lapidi.
tu me genuisti. Uerterũt ad me terguz
et non faciẽ: et in tpe afflictionis sue di
cẽt: surge et libera nos. Ubi sunt dij tui
quos fecisti tibi? Surgãt et liberent te:
in tpe afflictõis tue. Scdm numerum
quippe ciuitatũ tuarũ. erãt dij tui iuda.
Quid vultis mecũ iudicio contẽdere?
Omẽs dereliquistis me dicit dñs. Fru
stra ꝑcussi filios vr̃os: ⁊ disciplinã nõ re
ceperũt. Deuorauit gladius vester ꝓphe
tas vr̃os: quasi leo vastator generatõ ve
stra. Uidete verbũ dñi. Nunquid solitu
do factus suz israheli aut terra serotina?
Quare ergo dixit ꝓpl's meus: recessim⁹
nõ veniemus vltra ad te? Nũquid obli
uiscet̃ virgo ornamẽti sui aut sponsa fa
scie pectoralis sue? Populus vero me⁹
oblit⁹ est mei diebus ĩnumeris. Quid
niteris bonã ostẽdere viam tuaz: ad que
rẽdam dilectionẽ que insuper et malici
as tuas docuisti vias tuas: et in alis tu
is inuentus est sanguis animaruz pau
perũ et innocẽtum? Nõ in fossis inueni
eos: sed in omĩbus que supra memora
ui. Et dixisti: Absq̃z peccato et innocens
ego sum: et ꝓpterea auertat̃ furor tuus
a me. Ecce ego iudicio contẽdam tecũ:
eo ꝙ dixeris. nõ peccaui. Quaz vilis fa
cta es nimis. iterans vias tuas. Et ab
egypto cõfunderis: sicut cõfusa es ab as
sur. Nam et ab ista egredieris: ⁊ manus
tue erũt sup caput tuũ: qm̃ obtriuit do
minus cõfidentiaz tuam: et nihil habe
bis prosperum.

III

Vulgo dicitur: Si dimiserit vir
vxorẽ suam: et recedẽs ab eo du
xerit virũ alterũ: nũquid reuer
tetur ad eam vltra? Nũquid nõ polluta
erit et contamĩata mulier illa? Tu autẽ
fornicata es cum amatoribꝫ multis: tñ
reuertere ad me dicit dñs: et ego susci
piam te. Leua oculos tuos in directũ: ⁊
vide vbi nũc prostrata sis. In vijs sede
bas expectãs eos quasi latro insidiãs in
solitudine: et polluisti terram in fornica
tionibus tuis ⁊ in malicijs tuis. Quã
obrem prohibite sunt stille pluuiarũ: et
serotinus imber non fuit. Frons mulie
ris meretricis facta est tibi: noluisti eru
bescere. Ergo saltez amodo voca me pa
ter me⁹: dux virginitatis mee tu es. Nũ
quid irasceris in perpetuũ: aut perseue
rabis in finem? Ecce locuta es et fecisti
mala: et potuisti. Et dixit dñs ad me in
diebus iosie regis: Nũquid vidisti que
fecerit auersatrix isrl̃? Abijt sibimet sup
oẽm montẽ excelsum: et sub omĩ ligno
frondoso: et fornicata est ibi. Et dixi: cuz
fecisset hec omĩa: ad me reuertere: ⁊ non
est reuersa. Et vidit preuaricatrix soror
eius iuda: quia pro eo ꝙ mechata esset
auersatrix isrl̃ dimisissem eam et dedis
sem ei libellũ repudij: et nõ timuit p̃ua
ricatrix iuda soror eius: sed abijt et forni
cata est etiã ipi: et facilitate fornicatõis
sue cõtaminauit terram: et mechata est
cum lapide et ligno Et in omĩbꝫ his
nõ est reuersa ad me preuaricatrix soror
eius iuda in toto corde suo: sed in mẽda
cio ait dñs. Et dixit dñs ad me: Justifi
cauit aĩam suam auersatrix israel cõpa
ratione preuaricatricis iuda Uade ⁊ cla
ma sermones istos ꝯtra aquilonẽ et di
ces: Reuertere auersatrix israel ait dñs
et nõ auertã faciez meã a vobis. qꝛ scũs

ego sum dicit dñs: et non irascar in ꝑpe
tuũ. Verũtamen scito iniquitatẽ tuam
q̃ in dñm deũ tuũ ꝑuaricata es Et disp̃
sisti vias tuas alienis sub oĩ ligno frõdo
so: et vocẽ meã nõ audisti ait dñs. Con-
uertimini filij reuertentes dicit dñs: q̃
ego vir vester. Et assumã vos. vnũ de ci
uitate et duos de cognatõe: et introdu-
cam vos in sion. Et dabo vobis pastores
iuxta cor meũ: et pascẽt vos scĩa ⁊ doctri-
na. Cũq̃ multiplicati fueritis ⁊ creueri
tis in terrã in diebus illis ait dñs. non
dicẽt vltra: arca testamẽti dñi. neq̃ ascẽ
det sup̃ cor. neq̃ recordabunt̃ illius nec
visitabit̃. nec fiet vltra. In tp̃e illo vo-
cabũt hierl'm soliũ dñi: ⁊ cõgregabũtur
ad eã oẽs gentes in noĩe dñi in hierl'm:
et nõ ambulabũt post prauitatez cordis
sui pessimi: In diebꝫ illis ibit domus iu
da ad domũ israel: ⁊ veniẽt simul de ter-
ra aquilonis ad terrã quã dedi patribus
vestris. Ego aũt dixi: Quõ ponã te in fi
lios: et tribuã tibi terrã desiderabilez he
reditatẽ preclaram exercituũ gentium?
Et dixi. Patrẽ vocabis me: ⁊ post me in
gredi nõ cessabis. Sed quõ si contẽnat
mulier amatorẽ suum: sic contẽpsit me
domus israel. dicit dñs. Vox in vijs au
dita ẽ. plorat⁹ et vlulatus filiorũ israel
q̃m iniquã fecerũt viam suã: obliti sunt
dñi dei sui. Cõuertimini filij reuertẽtes
et sanabo auersiones vr̃as. Ecce nos ve
nimus ad te. Tu enĩ es dñs deus noster
Vere mẽdaces erant colles et multitu
do montiuz. Vere in dño deo nr̃o salus
israel. Confusio comedit laborez patruz
nr̃oꝝ ab adolescẽtia nr̃a: greges eoruz et
armẽta eoꝝ: filios eoꝝ et filias eoꝝ. Dor
miemus in cõfusione nr̃a ⁊ operiet nos
ignominia nr̃a: q̃m dño deo nr̃o peccaui
mus nos et pr̃es nostri ab adolescentia
nostra vsq̃ ad diẽ hanc: et nõ audiuim⁹
vocem dñi dei nostri.

IIII

Si reuerteris ad me israel ait do
minus ad me ꝯuertere. Si ab-
stuleris offendicula tua a facie
mea nõ cõmoueberis. Et iurabis viuit
dñs in veritate et in iudicio ⁊ in iusticia
et benedicent eum gentes ip̃mq̃ lauda
bunt. Hec enĩ dicit dñs viro iuda ⁊ ha
bitatori hierusalẽ. Nouate vobis noual
le: et nolite serere sup̃ spinas. Circũcidi
mini dño: et auferte preputia cordiũ ve
strorum viri iuda et habitatores hieru
salez: ne forte egrediat̃ vt ignis indigna
tio mea et succẽdat̃: ⁊ non sit qui extin-
guat. Oĩa aũt: hec mala veniẽt ꝓpter ma
liciã cogitationũ vr̃aꝝ. Annũciate in iu
da: et in hierl'm auditũ facite. loquimi-
ni: et canite tuba in terra. clamate forti-
ter ⁊ dicite: Cõgregamini et ingrediam̃
ciuitates munitas. leuate signũ in sion
Cõfortamini nolite stare. q̃ maluz ego
adduco ab aquilone et cõtritionem ma
gnã. Ascendit leo de cubili suo: et predo
gentiuz se leuauit. Egressus est de loco
suo: vt ponat terrã tuam in solitudinẽ.
Ciuitates tue vastabunt̃: remanentes
absq̃ habitatore. Sup̃ hoc accĩgite vos
cilitijs: plangite et vlulate: q̃ nõ ẽ auer
sa ira furoris dñi a vobis. Et erit in die
illa dicit dñs. ꝑibit cor regis ⁊ cor prin-
cipũ: et obstupescẽt sacerdotes: ⁊ ꝓphete
cõsternabũtur. Et dixi. Heu. Heu. heu
dñe deus. Ergo ne decipisti populũ istuz
et hierusalem dicẽs: pax erit vobis. Et
ecce ꝑuenit gladius vsq̃ ad animã. In
tp̃e illo dicet̃ ꝓpl'o huic et hierusalẽ ven
tus vrens in vijs que sunt in deserto:
vie filie populi mei non ad ventilandũ
et ad purgandũ. Sp̃ũs plenus ex his
veniet mihi. Et nũc ego: sed loquar iu-
dicia mea cum eis. Ecce quasi nubes
ascendet: et quasi tempestas currus ei⁹.
Velociores aquilis equi illius. Ve no
bis: quoniã vastati sumus. Laua a mali
cia cor tuũ hierusalẽ: vt salua fias. Us-
queq̃ morabunt̃ in te cogitatões noxie?
Vox enĩ annũciantis a dan: et notũ fa
cientis ido lũ de monte effraim. Conci-
tate gẽtes: Ecce auditũ est in hierusalẽ.
custodes venire d̃ terra longinqua: ⁊ da
re super ciuitates iuda vocẽ suã. Quasi
custodes agrorũ facti sunt super eam in
gyro: quia me ad iracundiaz prouocauit
dicit dñs. Vie tue ⁊ cogitatões tue fece

rũt hec tibi. Jsta malicia tua q2 amara
quia tetigit cor tuũ. Ventrẽ meum ven
trem meũ doleo: sensus cordis mei tur-
bati sunt in me. Non tacebo: qm̃ vocem
buccine audiuit aia mea: clamorẽ prediꝫ
Contritio sup contritionẽ vocata est: et
vastata est omis terra. Repente vastata
sunt tabuacula mea: subito pelles mee.
Usqquo videbo fugientẽ. audiã vocem
buccine? Quia stultus ppl'us meus me
non cognouit. Filij insipiẽtes sunt. & ne
cordes. Sapientes sunt vt faciãt mala
bene aũt facere nescierũt. Aspexi terrã et
ecce vacua erat et nihil: et celos et non
erat lux in eis. Vidi montes et ecce mo
uebanť: et omẽs colles cõturbati sunt.
Intuitus sum et nõ erat homo: et oẽ
volatile celi recessit. Aspexi et ecce carme
lus desertus: & omnes vrbes eius dstru
cte sunt a facie dñi et a facie ire furoris
eius. Hec enim dicit dñs. Deserta erit
ois terra. sed tñ cõsũmationẽ non faciã
Lugebit terra: et merebũt celi desup eo
q̃ locutus sum. Cogitaui et nõ penitu-
it me: nec auersus sum ab eo. A voce eq̃-
tis: et mittentis sagittã fugit omis ciui
tas. Ingressi sunt ardua: et ascenderũt
rupes. Uniuerse vrbes derelicte sunt: et
nõ habitat in eis homo. Tu aũt vastata
quid facies? Cũ vestieris te coccino: cuz
ornata fueris monili aureo: et pingeris
stibio oculos tuos. frustra componeris
Contẽpserũt te amatores tui: aiam tu-
am querẽt. Vocem eni quasi parturien
tis audiui: angustias vt puerpere. Vox
filie sion inter morientes expandentes-
q̃ manus suas. Ue mihi: q2 defecit aia
mea ppter interfectos.

V

Circũite vias hierusalẽ & aspici-
te et cõsiderate & querite in pla
teis eius. an inueniatis virum
facientem iudiciũ: et querentẽ fidem: &
ppitius ero ei. Q2 si etiã viuit dñs dixe-
rint: et hoc falso iurabũt. Dñe oculi tui
respiciunt fidem. Percussisti eos et nõ
doluerunt: attriuisti eos: et renuerũt ac
cipere disciplinam. Indurauerũt facies
suas supra petram: et noluerũt reuerti.
Ego aũt dixi: Forsitan pauperes sunt et
stulti: ignorantes viaz dñi et iudicium
dei sui. Vadam ergo ad optimates & loquar
eis. Ipi enĩ cognouerũt viam dñi et iu
dicium dei sui. Et ecce magis hi simul
cõfregerunt iugũ: ruperũt vincula. Id-
circo percussit eos leo de silua: lupus ad ve
sperã vastauit eos pardus vigilãs sup ci
uitates eor. Omis q̃ egressus fuerit ex eis
capiet q2 multe sunt preuaricatões eor
confortate sunt auersiones eorũ. Sup
quo ppitius tibi esse potero? Filij tui de
reliquerũt me: et iurant in his qui non
sunt dij. Saturaui eos et mechati sũt:
et in domo meretricis luxuriabantur.
Equi amatores in feminas: et emissa-
rij facti sunt: vnusquisq̃ ad vxorẽ primi
sui hinniebat. Nunquid sup his nõ vi-
sitabo dicit dñs: et in gẽte tali nõ vlciscẽ
tur aia mea? Ascẽdite muros eius & dis-
sipate: & sũmationem aũt nolite facere.
Auferte ppagines eius: q2 non sunt dñi.
Preuaricatõe enĩ preuaricata est in me
domus israel & domus iuda ait dñs. Ne
gauerũt dñm et dixerũt Non est ipe: ne
q̃ veniet sup nos malũ: gladiũ et famez
nõ videbimus. Prophete fuerũt in ven
tũ locuti: et rñsum non fuit in eis. Hec
ergo eueniẽt illis. Hec dicit dñs de exer-
cituũ. Quia locuti estis verbuz istud.
Ecce ego do verba mea in ore tuo ĩ ignẽ
et ppl'm istũ in ligna: et vorabit eos. Ec-
ce ego adducã sup vos gentez de longin
quo domus israel ait dñs: Gentez robu
stam. gentez antiquã: gentẽ cuius igno
rabis linguã: nec intelliges quid loqua
tur. Pharetra eius quasi sepulcruz pa-
tens: vniuersi fortes. Et comedet sege-
tes tuas: et panẽ tuum devorabit. filios
tuos et filias tuas comedet. gregem tu
um et armenta tua: & comedet vineam
tuam et ficũ tuã: et conteret vrbes mu-
nitas tuas in quibz tu habes fiduciam
gladio. Verũtamen in diebz illis ait do
minus nõ faciã vos in cõsũmationẽ Q
si direritis quare fecit dñs deus noster
nobis hec oia? dices ad eos. sicut dereli-
quistis me et seruistis deo alieno in ter-

ra vestra: Annũciate hec domui iacob: et auditũ facite in iuda dicentes: Audi po-pule stulte qui nõ habes cor: qui haben-tes oculos nõ videtis: et aures et non auditis. Me ergo nõ timebitis ait dñs et a facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminũ mari· preceptũ sempi ternũ quod nõ ꝑteribit: et cõmouebun tur et nõ poterũt: et intumescent fluct⁹ eius et nõ transibũt illud: Populo aũt huic factũ est cor incredulũ et exasperãs Recesserũt et abierũt: et nõ dixerunt in corde suo: Metuamus dñm deũ nostrũ qui dat nobis pluuiã tẽporaneam et se-rotinã in tpe suo: plenitudinem annue messis custodientẽ nobis. Iniquitates nostre declinauerũt hec et peccata nr̃a ꝓ hibuerunt bonũ a nobis: qꝛ inuẽti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes: laqueos ponẽtes et pedicas ad capiẽdos viros. Sicut decipula plena auibus: sic dom⁹ eoꝝ plene dolo. Ideo magnificati sunt et ditati: incrassati sũt et impinguati: ⁊ preterierũt sermones meos pessime. Causam vidue nõ iudi-cauerũt: Causam pupilli nõ direxerunt et iudicium pauperũ non iudicauerunt Nũquid super his nõ visitabo dicit dñs aut sup gentẽ huiuscemodi nõ vlciscet̃ aĩa mea? Stupor et mirabilia facta sũt in terra. Prophete ꝓphetabãt mẽdaciũ: et sacerdotes applaudebant manib⁹ su-is: et ꝓpl's meus dilexit talia. Quid igit̃ fiet in nouissimo eius?

VI

Confortamini filij beniamin in medio hierusalẽ: ⁊ in thecua clã gite buccina: et sup bethacaren leuate vexillum· qꝛ maluꝫ visum est ab aquilone ⁊ contritio magna. Speciose et delicate assimilaui filiã sion: ⁊ ad eam veniẽt pastores ⁊ greges eoruꝫ. Fixerũt in ea tentoria in circũitu: pascet vnusq̃s qꝫ eos qui sub manu sua sunt. Sancti-ficate sup eam bellũ: consurgite ⁊ ascẽda mus in meridie. Ue nobis qꝛ declina-uit dies: quia longiores facte sunt vm-bre vesperi. Surgite ⁊ ascẽdamus in no cte: ⁊ dissipemus domus eius: qꝛ hec di-cit dñs exercituũ: Cedite lignum eius: et fundite circa hierusalez aggerẽ. Hec est ciuitas visitatõis: omis calũnia ĩ me dio eius. Sicut frigidam facit cisterna aquã suam: sic frigidam fecit maliciam suam. Iniquitas ⁊ vastitas audiet̃ in ea corã me semper: infirmitas ⁊ plaga. Eru dire hierusalẽ ne forte recedat aĩa mea a te: ne forte ponam te desertã· terraꝫ in-habitabilẽ. Hec dicit dñs exercituum: Vsqꝫ ad racemum colligẽt quasi in vi-nea reliquias israel. Conuerte manum tuã quasi vindemiator ad cartallũ. Cui loquar: et quem contestabor vt audiat? Ecce incircũcise aures eoꝝ: et audire nõ possunt Ecce verbũ dñi factũ est eis ĩ op probriũ: ⁊ non suscipient illud. Idcirco furore dñi plenus suꝫ: laboraui sustinẽs Effunde sup paruulũ foris: ⁊ super con ciliũ iuuenũ simul. Vir enim cũ mulie re capiet̃ senex cũ pleno dierũ. Et tran-sibũt domus eoꝝ ad alteros· agri et vxo res pariter: qꝛ extendam manũ meã su-per habitantes terram dicit dñs. A mi nore quippe vsqꝫ ad maiorem oẽs auari cie studẽt: et a propheta vsqꝫ ad sacerdo-tem cũcti faciũt dolũ. Et curabãt cõtri-tionẽ filie populi mei cũ ignominia di-centes: pax· pax· et nõ erat pax. Confusi sunt qꝛ abominationem fecerũt quinpo tius confusione non sunt ꝯfusi: et eru-bescere nescierũt. Quãobrem cadent in ter ruentes: in tempore visitationis sue corruẽt dicit dñs. Hec dicit dñs. Sta te sup vias et videte: et interrogate de semitis antiquis que sit via bona: ⁊ am bulate in ea: ⁊ inue nietis refrigeriũ ani mabus vr̃is. Et dixerũt. Non ambula-bimus. Et constitui sup vos speculato-res. Et dixi: Audite vocem tube. Et dixe rũt. Non audiemus. Ideo audite gen-tes· et cognoscite congregatio: quanta ego faciam eis. Audi terra: Ecce ego ad ducam mala: sup ꝓpl'm istũ· fructũ cogi tationum eius: quia verba mea non au dierunt: et legem meaꝫ proiecerũt. Ut quid mihi thus de saba affert̃ ⁊ calamũ suaue olentem de terra longinqua? Ho

locaustomata vr̄a nō sunt accepta et vi
ctime vestre nō placuert mihi. Propte
rea hec dicit dn̄s: Ecce ego dabo in popu
lum istū ruinas: et ruent in eis pr̄es et
filij simul: vicin⁹ ⁊ ꝓximus ꝑibūt. Hec
dicit dn̄s: Ecce ꝓpl's venit de terra aqui
lonis: ⁊ gens magna cōsurget a finibus
terre. Sagittā ⁊ scutū arripiet: crudelis
est et nō miserebit̄. Vox eius quasi ma
re sonabit: ⁊ sup̄ equos ascendēt: p̄para
ti quasi vir ad preliū aduersum te filia si
on. Audiuim⁹ famā eius: dissolute sunt
manus nr̄e. Tribulatio apprehēdit nos
dolores vt parturiētem. Nolite exire ad
agros: et in vineā ne ambuletis, qm̄ gla
dius inimici pauor in circūitu. Filia po
puli mei accingere cilitio: ⁊ cōsp̄gere ci
nere. Luctum vnigeniti fac tibi plāctuz
amar̄: qꝛ repēte veniet vastator sup̄ vos
Probatorē dedi te in ꝓpl'o meo robustū
et scies et ꝓbabis vias eor̄. Oēs isti p̄n
cipes declinātes: ambulantes fraudulē
ter. Es et ferrū vniuersi corrupti sunt.
Defecit sufflatoriū in igne: cōsumptuz
est plumbum. Frustra cōflauit cōflator
malicie enī eorū nō sunt cōsumpte. Ar
gētum reprobū vocate eos: quia domi
nus proiecit illos.

VII

Verbū quod factum est ad hiere
miā a dn̄o dicēs: Sta in porta
domus dn̄i: et predica ibi verbū
istud et dic. Audite verbuz dn̄i oīs iuda
qui ingredimini ꝑ portas has. vt adore
tis dn̄m. Hec dicit dn̄s exercituū deus
israel. Bonas facite vias vr̄as et studia
vestra: ⁊ habitabo vobiscum in loco isto.
Nolite cōfidere in verbis mēdacij: dicē
tes templū dn̄i. templū dn̄i. templū do
mini est. Quoniaz si benedixeritis vias
vestras: et studia vr̄a. si feceritis iudiciū
inter virū et ꝓximū eius aduene et pu
pillo: et vidue nō feceritis calūniaz: nec
sanguinē innocētem effuderitis in loco
hoc: et post deos alienos nō ambulaueri
tis in malū vobismetip̄is: habitabo vo
biscū in loco isto in terra quā dedi patri
bus vr̄is a seculo et vsqꝫ in seculū. Ecce
vos cōfiditis vobis in sermonib⁹ mēda
cij qui nō ꝓderūt vobis: furari. occidere
adulterari. iurare mēdaciter libare baa
lim. et ire post deos alienos quos igno
ratis. Et venistis et stetistis corā me in
domo hac in q̄ inuocatū est nomē meū:
et dixistis. liberati sumus: eo q̄ fecerim⁹
oēs abominatōnes istas. Nūquid ergo
spelūca latronū facta est domus ista: in q̄
inuocatū est nomē meum in oculis ve
stris? Ego ego sum ego vidi dicit dn̄s.
Ite ad locū meuz in sylo vbi habitauit
nomen meum a principio: ⁊ videte que
fecerim ei ꝓpter maliciam ꝓpl'i mei isrl'.
Et nūc qꝛ fecistis omīa opa hec dicit do
minus: et locutus suz ad vos. mane cō
surgens et loquēs: et nō audistis: et vo
caui vos ⁊ nō rn̄distis: faciā domui huic
in qua inuocatū est nomē meū: ⁊ in qua
vos habetis fiduciam ⁊ loco quē dedi vo
bis et patrib⁹ vr̄is: sicut feci sylo: ⁊ ꝓijci
am vos a facie mea sicut proieci oēs fra
tres vr̄os vniuersum semē effraim. Tu
ergo noli orare pro populo hoc: nec assu
mas ꝓ eis laudem et oratōem et nō ob
sistas mihi: qꝛ nō exaudiam te. Nōne vi
des quid isti faciūt in ciuitatibus iuda:
et in plateis hierusalē? Filij colligunt li
gna. et patres succendūt ignē: et mulie
res cōspergunt adipem: vt faciāt placen
tas regine celi: et libent dijs alienis: et
me ad iracūdiam prouocēt. Nūquid me
ad iracūdiam prouocant dicit dn̄s? Nō
ne semetip̄os in cōfusionem vult⁹ sui?
Ideo hec dicit dn̄s deus: Ecce furor me
us et indignatio mea cōflatur sup̄ locuz
istum sup̄ viros et sup̄ iumenta ⁊ sup̄ li
gnuz regionis et sup̄ fruges terre. ⁊ suc
cēdetur ⁊ nō extīguet̄. Hec dicit dn̄s ex
ercituū deus israel Holocaustomata ve
stra addite victimis vestris ⁊ comedite
carnes: qꝛ nō sum locutus cū patribus
vestris ⁊ nō p̄cepi eis in die q̄ eduxi eos
de terra egypti de verbo holocaustomatū
et victimarū: sed hoc verbuz precepi eis
dicēs: Audite vocē meaz et ero vobis de
us et vos eritis mihi ꝓpl's: et ambulate
in omni via quam mādaui vobis vt be
ne sit vobis. Et nō audierūt nec inclina

stē donec cōsumant de terra quam dedi
eis et patribus eorum.

XXV

Verbū quod factuz est ad hiere
miam ō omi pplo iude in anno
quarto ioachim filij iosie regis
iuda:ipe est annus primus nabuchodo
nosor regis babylonis. Et locutus est
hieremias ꝓphēta ad oēm pplm iuda et
ad vniuersas habitatores hierusalē di
cēs:A tertiodecimo anno iosie filij am
mon regis iuda vsq; ad die hanc:ipe est
tertius z vicesimus ānus:factū est verbū
dñi ad me:et locutus sum ad vos de no
cte cōsurgens et loquēs:et nō audistis.
Et misit dñs ad vos omnes seruos su
os ꝓphētas ꝟsurgens diluculo mittens
q; et nō audistis:neq; inclinastis aures
vestras vt audiretis cū diceret:Reuer
timini vnusq;sq; a via sua mala:et a pes
simis cogitatōibus vestris:et habitabi
tis in terra quā dedit dñs vobis z patri
bus vr̄is a seculo z vsq; in seculum. Et
nolite ire post deos alienos vt seruiatis
eis adoretisq; eos neq; me ad iracūdiaz
ꝓuocetis in opib manuū vestraz: z nō
affligaz vos.Et nō audistis me dicit do
minus:vt me ad iracūdiam ꝓuocaretis
in opib manuū vestraz in malū vestrum
Propterea hec dicit dominꝰ exercituū.
Pro eo qz non audistis verba mea:ecce
ego mittā et assumaz vniuersas cogna
tiones aquilonis ait dñs·z nabuchodo
nosor regem babylonis seruū meū:z ad
ducā eos sup terram istam et sup habi
tatores eius et super oēs natōes que in
circuitu illius sunt et interficiam eos·z
ponam eos in stupore et in sibilū z in
solitudines sempiternas.Perdamq; de
eis vocem gaudij et vocē leticie:vocem
sponsi et vocem spōse vocem mole et lu
men lucerne.Et erit vniuersa terra ei⁹
in solitudinē et in stupore:et seruient
oēs gētes iste regi babylonis septuagin
ta ānis.Cūq; impleti fuerit septuagin
ta āni·visitabo sup regē babylonis z su
per gētem illaz dicit dñs iniquitatē eoz
et sup terram chaldeoz̄ et ponā illaz in
solitudines sempiternas.Et adducam
sup terrā illaz oia verba mea que locut⁹
sum ꝟtra eā: oīne quod scriptū est in li
bro isto quecunq; pphetauit hieremias
aduersum oēs gētes:qz seruierūt eis cū
essent gētes multe et reges magni. Et
reddā eis ꝟm opa eoz: z ꝟm facta manu
um suarū.Quia sic dicit dñs exercituū
deus isrl.Sume calicē vini furoris hu
ius de manu mea et ꝓpinabis de illo cū
ctis gētibus ad quas ego mittaz te et
bibent·et turbabūtur et insanięt a facie
gladij quē ego mittā inter eos.Et acce
pi calicē de manu dñi:z ꝓpinaui cūctis
gētibus ad quas misit me dñs: hierlm
et ciuitatib iuda et regib eius et prin
cipibus eius vt darē eos in solitudinez
et in stupore z in sibilū z in maledictio
nez sicut ē dies ista.Pharaoni regi egy
pti z seruis eius et principib eius et oi
ppl'o ei⁹:z vniuersis generaliter·cunctis
regib terre ausitidis:z cūctis regib ter
re philistijm z ascalonis z gaze z accaro
ni.azoti et reliquis idumee z moab z fi
liis ămon et cūctis regibus tyri et vni
uersis regib sidonis z regib terre insu
larū q̄ sunt trans mare:z dedan z themā
et buz z vniūsis q̄ attōsi sunt in comaz

ꝯ cūctis regib⁹ arabie· ꝯ cūctis regib⁹ oc
cidētis q̄ habitāt in deserto: ꝯ cūctis re⸗
gib⁹ çambri ꝯ cūctis regib⁹ elam ꝯ cūct⁹
regib⁹ medoꝝ: cūctis q̄z regib⁹ aquilo⸗
nis deprope ꝯ delonge: vnicuiq; ꝓtra fra
trem suū: ꝯ oibus regnis terre q̄ sup̄ fa
ciez ei⁹ sunt. Et rex sesach bibet post eos
Et dices ad eos Hec dicit dñs exercitu
um deus isrl̄. Bibite ꝯ inebriamini ꝯ vo
mite ꝯ cadite: neq; surgat⁹ a facie gladij
quē ego mittā inter vos. Cumq; nolue⸗
rint accipe calicē de manu tua ꝯ bibant
dices ad eos. Hec dicit dñs exercituuz.
Bibentes bibetis. Quia ecce in ciuita⸗
te in q̄ inuocatū est nomē meū ego inci
pio affligere: ꝯ vos q̄si innocētes ꝯ īmu
nes eritis: Nō erit⁹ immūes. Gladiuz
enī ego voco sup̄ oīes habitatores ter
re: dicit dñs exercituū. Et tu ꝑphetabis
ad eos oīa verba hec: ꝯ dices ad eos. Do⸗
minus de excelso rugiet· ꝯ de habitaculo
scō suo dabit vocē suā. Rugiens rugiet
sup̄ decorē suū. Celeuma q̄si calcantiuz
concinet aduersus oēs habitatores ter
re. Peruenit sonit⁹ vsq; ad extrema ter
re· q̄r iudiciū dño cū gētib⁹. Judicatur
ipe cū oi carne. Impios tradidi gladio·
dicit dñs. Hec dicit dñs exercituū. Ec⸗
ce afflictio egrediet de gente in gentē: et
turbo magn⁹ egrediet a summitatibus
terre: ꝯ erūt interfecti dñi in die illa a sū
mo terre vsq; ad summū ei⁹. Non plan
gent: ꝯ nō colligent neq; sepelient: i ster
quilinio sup̄ faciē terre iacebūt. Ululа⸗
te pastores ꝯ clamate: ꝯ aspergite vos ci
nere optimates greg⁹: q̄r cōpleti sūt di⸗
es vī vt interficiamini: ꝯ dissipationes
vestre: ꝯ cadetis q̄si vasa p̄ciosa. Et p̄ibit
fuga a pastoribꝰ: ꝯ saluatio ab optimati⸗
bus greg⁹. Vox clamoris pastorū ꝯ vlu
latus optimatū greg⁹: q̄r vastauit dñs
pascua eor̄. ꝯ cōticuerūt arua pacis a fa⸗
cie ire furoris dñi. Dereliq̄t q̄si leo ta⸗
bernaculū suū: facta est terra eor̄ i deso⸗
lationē: a facie ire colūbe et a facie ire fu⸗
roris domini.

XXVI

In principio regni ioachim filij
iosie reg⁹ iuda factū est verbum
istud a dño dicens. Hec dicit dñs. Sta
in atrio dom⁹ dñi: ꝯ loq̄ris ad oēs ciuita
tes iuda· de q̄bus venit vt adorent in
domo dñi: vniūsos ꝑmones· q̄s ego mā
daui tibi vt loq̄ris ad eos. Noli subtra⸗
here verbū: si forte audiant ꝯ cōuertat⁹
vnusquisq; a via sua mala: ꝯ pēiteat me
mali q̄d cogitaui facere eis ꝓpter malici
am studior̄ eorū. Et dices ad eos. Hec
dicit dñs: Si nō audieritis me· vt am⸗
buletis in lege mea quā dedi vob· vt au
diatis ꝑmones seruor̄ meor̄ ꝓphetarū q̄s
ego misi ad vos de nocte ꝯ surgens ꝯ di
rigens ꝯ nō audistis: dabo domū istaz si⸗
cut silo ꝯ vrbem hanc dabo in maledicti
onem cūctis gētib⁹ terre. Et audierūt
sacerdotes ꝯ ꝓphete ꝯ ois ꝑ⁹ hieremiā
loquētem verba hec in domo dñi. Cūq;
complesset hieremias loquēs oīa q̄ pre
ceperat ei dñs vt loq̄ret ad vniūsum po
pulū: apprehenderūt eū sacerdotes ꝯ ꝓ⸗
phete ꝯ ois ꝑ⁹ dicens: Morte morias.
Quare ꝓphetauit in noie dñi dicens: si
cut silo erit domus hec: ꝯ vrbs ista deso⸗
labitur eo q̄ nō sit habitator? Et cōgre
gatus est ois ꝑ⁹ adūsus hieremiam i
domo dñi. Et audierūt principes iuda
verba hec: ꝯ ascēderūt de domo reg⁹ in do
mum dñi: ꝯ sederūt in introitu porte do
mus dñi noue. Et locuti sunt sacerdo⸗
tes ꝯ ꝓphete ad principes· ꝯ ad oēm ꝑ⁹m
dicentes. Judiciū mortis est viro huic
q̄r ꝓphetauit adūsus ciuitatē istam sicut
audistis auribꝰ vr̄is. Et ait hieremias
ad oēs principes· ꝯ ad vniūsum ꝑ⁹m di
cens: Dñs misit me vt ꝓphetarez ad do
mū istam ꝯ ad ciuitatē hanc oīa verba q̄
audistis. Nūc ergo bonas facite vias ve⸗
stras· ꝯ studia vestra· ꝯ audite vocem dñi
dei vestri: ꝯ penitebit dñm mali q̄d locu⸗
tus est adūsum vos. Ego aūt ecce i ma⸗
nibus vr̄is sum: facite mihi q̄d bonum
ꝯ rectum est in oculis vr̄is. Verūtamē
scitote ꝯ cognoscite: q̄r si occideritis me
sanguinē innocentez tradetis ꝓtra vos⸗
metip̄os: ꝯ cōtra ciuitatem istam ꝯ habi
tatores eius. In veritate enim misit me
dñs ad vos: vt loquerer in auribꝰ vr̄is

omnia verba hec. Et dixerũt principes
et omĩs ꝓpl'us ad sacerdotes et ad pro
phetas. Non est viro huic iudiciũ mor
tis: qꝛ in noĩe dñi dei nr̃i locutus es ad
nos. Surrexerũt ḡ viri d̃ senioribꝫ terre
et dixerũt ad oẽm cetum ꝓpl'i loq̃ntes.
Micheas demorasthi fuit ꝓpheta ĩ die-
bus eçechie reg' iuda ⁊ ait ad oẽz ꝓpl'm
iude dicẽs: hec dicit dñs exercituũ. Si
on q̃si ager arabit̃. ⁊ hierl'm ĩ aceruũ la-
pidũ erit. ⁊ mõs dom' dñi in excelsa sil-
uaꝝ. Nunq̃d morte condẽnauit eũ eçe-
chias rex iuda ⁊ oĩs iuda? Nunq̃d non
timuerũt dñm et dep̃cati sunt faciẽ dñi:
et penituit dñm mali qd̃ locut' fuerat
aduersũ eos? Itaqꝫ nos facim' maluz
grande ꝯ aĩas nr̃as. Fuit q̃z vir ꝓphetãs
in nomĩe dñi vrias fili' semei de caria-
thiarim: ⁊ ꝓphetauit aduersus ciuitatẽ
istã. et aduersus terrã hãc iuxta oĩa ver
ba hieremie. Et audiuit rex ioachim et
oẽs potẽtes ⁊ principes ei' verba hec: et
q̃siuit rex interficere eũ. Et audiuit vri
as ⁊ timuit fugitqꝫ ⁊ ĩgressus ẽ egyptũ
Et misit rex ioachim viros in egyptũ
helnathan filiũ achobor ⁊ viros cum eo
in egyptuz. Et eduxerũt vriã d̃ egypto
et adduxerũt eũ ad regẽ ioachim. et per
cussit eũ gladio: et ꝓiecit cadauer ei' in
sepulcris vulgi ignobil'. Igit̃ manus
achian filij saphan fuit cũ hieremia vt
non traderetur in manus populi et in
terficerent eum.

XXVII

In principio regni ioachim filij
iosie regis iuda factũ est verbuz
istud ad hieremiã a dño dicẽs
Hec dicit dñs ad me. Fac tibi vincl'a ⁊
catenas ⁊ pones eas in collo tuo ⁊ mit-
tes eas ad regẽ edom ⁊ ad regẽ moab ⁊
ad regẽ filioꝝ ãmon ⁊ ad regẽ tyri et ad
regem sidonis in manu nũcioꝝ q̃ vene
rũt hierl'm ad sedechiaz regẽ iuda et p̃-
cipies eis vt ad dños suos loq̃nt̃. Hec
dicit dñs exercituũ de' isrl'. Hec dicetis
ad dños vr̃os. Ego feci terrã ⁊ homĩes
et iumẽta q̃ sunt sup̃ faciẽ terre in forti
tudine mea mag̃: ⁊ in brachio meo extẽ
to: et dedi eã ei q̃ placuit ĩ oculis meis.
Et nũc itaqꝫ ego dedi oẽs terras istas ĩ
manu nabuchodonosor regis babilõis
ſui mei. Insup̃ ⁊ bestias agri dedi ei: vt
seruiãt illi. Et ſuient ei oẽs gẽtes. et fi
lio ei' ⁊ filio filij eius donec veniat tem
pus terre ei' ⁊ ip̃ius. Et ſuiẽt ei gẽtes
mlte ⁊ reges magni. Gens aũt ⁊ regnũ
qd̃ ñ seruierit nabuchodonosor regi ba
bilonis. ⁊ q̃cunqꝫ nõ curuauerit colluz
suũ sub iugo reg' babilonis: ĩ gladio et
in fame ⁊ ĩ peste: visitabo sup̃ gentẽ illaz
ait dñs: donec ꝯsumã eos in manu ei'.
Vos ergo nolite audire prophetas ve-
stros et diuĩos ⁊ sõniatores ⁊ augures
et maleficos q̃ dicũt vob̃. nõ ſuiet' regi
babilonis: qꝛ mendaciũ ꝓphetãt vob̃ vt
lõge faciãt vos de terra vr̃a: ⁊ eiciãt vos
et pereatis. Porro gẽs q̃ subiecerit cer
uicẽ suã sub iugo reg' babilõis ⁊ seruie
rit ei. dimittã eaz in terra sua dicit dñs
et colet eam ⁊ habitabit in ea. Et ad se
dechiaz regẽ iuda. locut' sum ſm omĩa
verba hec dicẽs. Subijcite colla vestra
sub iugo reg' babilõis: ⁊ ſuite ei ⁊ ꝓpl'o
eius: et viuet'. Quare moriemini tu ⁊
ꝓpl'us tu' gladio ⁊ fame ⁊ peste: sicut lo-
cutus ẽ dñs ad gentẽ q̃ ſuire noluerit
regi babilõis? Nolite audire verba pro
phetaꝝ dicentiuz vob̃: nõ seruietis regi
babilõis: qꝛ mẽdaciũ ipsi loquunt̃ vob̃
Quia non misi eos ait dñs: et ipsi pro
phetant in nomĩe meo mendaciter: vt
eijcient vos ⁊ pereat' taz vos q̃z prophe
te qui vaticinant̃ vob̃. Et ad sacerdotes
et ad ꝓpl'm istũ locut' suz dicẽs: Hec di-
cit dñs. Nolite audire v̄ba prophetarũ
vestroꝝ q̃ prophetant vob̃ dicẽtes: ecce
vasa dñi reuertent̃ d̃ babilone nũc cito
Mendaciũ enĩ prophetãt vobis. Noli-
te ḡ audire eos sed ſuite regi babilõis
vt viuatis. Quare dat̃ hec ciuitas ĩ so-
litudinẽ? Et si ꝓphete sunt: ⁊ est verbuz
dñi in eis: occurrãt dño exercituũ vt ñ
veniãt vasa q̃ derelicta fuerãt in domo
dñi ⁊ ĩ domo reg' iuda ⁊ in hierusalẽ: in
babilonẽ. Quia hec dicit dñs exercituũ
ad colũnas. et ad mare ⁊ ad bases et ad
reliq̃ vasoꝝ q̃ remanserũt in ciuitate hac

que nō tulit nabuchodonosor rex babi
lōis cū trāsferret iechoniā filiū ioachiz
regē iuda de hierl'm in babilonē ⁊ oīs
optiates iuda ⁊ hierl'm Quia dicit dn̄s
exercituū de⁹ isrl'. ad vasa q̄ derelicta sūt
i domo dn̄i ⁊ i domo reg' iuda ⁊ hierl'm
In babilonem transferent'. et ibi erūt
vsq; ad diem visitationis sue dicit do-
minus. Et afferri faciam ea: et restitui
in loco isto.

XXVIII.

Et factū est in anno illo in prin
cipio regni sedechie reg' iuda.
in āno q̄rto. i mēse q̄nto: dixit
ad me ananias fili⁹ açur propheta de ga
baon in domo dn̄i corā sacerdotib⁹ ⁊ oī
ppl'o dicēs. Hec dicit dn̄s exercituū de⁹
isrl'. Cōtriui iugū reg' babilōis. Adhuc
duo anni dieꝝ ⁊ ego referri faciā ad lo-
cum istū oīa vasa dn̄i q̄ tulit nabucho-
donosor rex babilōis de loco isto. ⁊ tran
stulit ea in babilonē. Et iechoniā filiuz
ioachim regē iuda ⁊ oēm trāsmigratio
nem iude q̄ ingressi sunt in babilonez
ego ꝯuertā ad locū istū ait dn̄s. Conte
ram eiz iugū reg' babilōis. Et dixit hie
remias propheta ad ananiā prophetaz
in ocul' sacerdotū ⁊ i ocl'is omīs ppl'i q̄
stabat in domo dn̄i: ⁊ ait hieremias ꝓ-
pheta. Amē. Sic faciat dn̄s. Suscitet
dn̄s verba tua q̄ ꝓphetasti vt referātur
vasa in domū dn̄i: ⁊ oīs trāsmigratio d̄
babilone ad locū istū. Verūtn̄ audi ver
bū hoc q̄d ego loquor in auribꝫ tuis. ⁊
in auribꝫ vniūsi ppl'i. Prophete q̄ fuer̄t
an̄ me ⁊ an̄ te ab initio. ⁊ ꝓphetauer̄t su
per terras ml'tas et sup regna mag̃ de p̄
lio et de afflictōe et de fame. propheta q̄
vaticinatus ē pacē: cū venerit verbū ei⁹
tūc scier̄ propheta quē misit dn̄s i veri-
tate. Et tulit ananias propheta catenā
d̄ collo hieremie prophete: ⁊ ꝯfregit eā
Et ait ananias i ꝯspectu oīs ppl'i dicēs
Hec dic̄ dn̄s. Si confrigā iugū nabu-
chodonosor reg' babilōis p⁹ annos du
os dieꝝ de collo oīm gentium Et abijt
hieremias propheta i viā suā. Et factū
est v̄bū dn̄i ad hieremiā postq̄ ꝯfregit
ananias propheta catenā d̄ collo hiere
mie prophete dicēs. Vade ⁊ dices ana
nie Hec dicit dn̄s. Catenas ligneas cō
triuisti: ⁊ facies ꝓ eis catenas ferreas:
qꝛ hec dicit dn̄s exercituuz deus israel.
Jugū ferreū posui sup collū cūctaꝝ gē
tiū istaꝝ vt seruiāt nabuchodonosor re
gi babilonis. ⁊ seruiēt ei: insup ⁊ bestias
terre dedi ei. Et dixit hieremias prophe
ta ad ananiā prophetam. Audi anania.
Nō misit te dn̄s: ⁊ tu confidere fecisti
ppl'm istū in mēdacio Idcirco hec dicit
dn̄s. Ecce ego mittam te a facie terre.
Hoc āno morier'. Aduersum enī dn̄m
locut⁹es. Et mortuus ē ananias ꝓphe
ta in āno illo. mēse septimo.

XXIX

Et hec sūt verba libri q̄ misit hie
remias propheta d̄ hierl'm ad
reliquias senioꝝ trāsmigratio
nis et ad sacerdotes ⁊ ad pro phetas et
ad oēm ppl'm quē traduxerat nabucho
donosor de hierusalē in babilonē: post-
q̄ egressus ē iechonias rex ⁊ dn̄a et eu-
nuchi ⁊ principes iuda ⁊ hierusalē. ⁊ fa
ber ⁊ inclusor de hierusalē: in manu ela
sa filij saphan ⁊ gamalie filij helchie q̄s
misit sedechias rex iuda ad nabuchodo
nosor regē babilōis in babilonē dicens
Hec dicit dn̄s exercituū deus isrl': oīi
transmigrationi quā trāstuli d̄ hierl'm
in babilonē. Edificate domos ⁊ habita
te ⁊ plantate hortos ⁊ comedite fructū
eoꝝ. Accipite vxores ⁊ generate filios ⁊
filias: ⁊ date filijs vr̄is vxores et filias
vestras date viris. et pariāt filios et fi
lias: ⁊ ml'tiplicabimi ibi: ⁊ nolite eē pau
ci numero ⁊ querite pacez ciuitatis ad
quā transmigrare vos feci ⁊ orate ꝓ ea
ad dn̄m. qꝛ in pace illius erit pax vobis
Hec dicit dn̄s exercituū de⁹ isrl'. Nō vos
seducant prophete vestri qui sunt i me
dio vestꝝ ⁊ diuini vr̄i: ⁊ ne attendat' ad
somnia vr̄a q̄ vos somniat' qꝛ falso ip̄i
prophetant vob̄ in noīe meo: et nō mi-
si eos dicit dn̄s. Quia hec dic̄ dn̄s: Cū
ceperint impleri in babilōe septuagin-
ta anni: visitabo vos ⁊ suscitabo sup vos
verbum meū bonuz: ⁊ reducam vos ad
locum istū. Ego enim scio cogitatiōes

quas cogito sup̄ vos dicit dñs·cogita/
tiones pacis et non afflictiōis:vt det
vob̄ finē ⁊ patientiā:⁊ inuocabit̄ me et
viuetis· ⁊ orabitis me ⁊ ego exaudiam
vos:q̄retis me ⁊ inuenietis. Cū quesie/
ritis me ī toto corde vr̄o inueniar a vo
bis ait dñs. Et reducā captiuitatē vr̄āz
et congregabo vos de vniūsis gentib⁹ ⁊ de
cunctis locis ad q̄ expuli vos dicit dñs.
Et reuerti vos faciā de loco ad quē trās
migrare vos feci:qr dixit̄. Suscitabit
nobis dñs pphetas in babilone. Quia
hec dicit dñs ad regē q̄ sedet sup̄ soliuz
dauid ⁊ ad oēm pplm habitatorē vrbis
huius:ad frēs vestros q̄ nō sunt egressi
vobiscū in transmigratōem. Hec dicit
dñs exercituū. Ecce mittam in eos gla
dium ⁊ famē ⁊ pestem: et ponaz eos q̄si
ficus malas q̄ comedi nō p̄nt eo⁹ pessi
me sint:⁊ psequar eos in gladio ⁊ in fame
et in pestilentia. Et dabo eos in vexatio
nem vniūsis regnis terre·ī maledictio
nem ⁊ in stupor̄ et in sibilū ⁊ in opp̄ro/
briū cūctis gentib⁹ ad q̄s ego eieci eos:
eo q̄ nō audierint vba mea dicit dñs·
que misi ad eos p̄ seruos meos pphas
de nocte psurgēs ⁊ mittēs:⁊ nō audist̄
dicit dñs. Vos g̃ audite verbū dñi oīs
trāsmigratio quā emisi de hierl'm ī ba/
bilonē. Hec dicit dñs exercituū de⁹ isrl'
ad achab filiū cholie et ad sedechiā fili
um maasie q̄ pphetāt vob̄ in nomine
meo mendaciū. Ecce ego tradaz eos in
mānu nabuchodonosor reg̃ babilōis:et
p̄cutiet eos in oculis vr̄is. Et assumetur
ex eis maledictio omni trāsmigrationi
iude q̄ est in babilōe dicētiū. Ponat te
dñs sicut sedechiā ⁊ sicut achab quos
frixit rex babilonis in igne: p̄ eo q̄ fece
rint stulticiā in isrl' ⁊ mechati sūt ī vxo/
res amicor̄ suor̄:⁊ locuti sunt verbum
in noīe meo mēdaciter· qđ nō mādaui
eis. Ego sum iudex ⁊ test̄ dicit dñs. Et
ad semeiā neelamiten dices. Hec dicit
dñs exercituū de⁹ isrl'. Pro eo q̄ misisti
in noīe meo libros ad oēm pplm qui ē
in hierl'm ⁊ ad sophoniā filiū maasie sa
cerdotē et ad vniūsos sacerdotes dicēs

Dñs dedit te sacerdotē p̄ ioiade sacer/
dote vt sis dux in domo dñi sup̄ omnez
vir̄ arreptitiū ⁊ pphetātē vt mittas eū
in neruū ⁊ in carcerē. Et nūc q̄re nō in
crepasti hieremiā anathotiden q̄ pphe/
tat vob̄: Quia sup̄ hoc misit in babilo/
nē ad nos dicēs. Longū est:edificate do
mos ⁊ habitate·et plātate hortos ⁊ come
dite fruct⁹ eor̄. Legit g̃ sophonias sacer
dos libr̄ istū in auribus hieremie pphe
Et factū est verbū dñi ad hieremiā dicēs
Vitte ad oēz trāsmigratōez dicēs. Hec
dicit dñs ad semeiaz neelamiten. Pro
eo q̄ pphetauit vob̄ semeias·⁊ ego non
misi eū:⁊ fecit vos confidere in mendacō
idcirco hec dicit dñs. Ecce ego visitabo
sup̄ semeiam neelamiten ⁊ sup̄ semē e⁹
Non erit ei vir sedēs in medio pp̄li hu
ius: ⁊ nō videbit bonū qđ ego faciā pp̄lo
meo ait dñs: qr̄ p̄uaricatiōem locutus
est aduersus dñm.

XXX.

Hoc verbū qđ factū est ad hiere
miam a dño dicēs. Hec dic do
min⁹ deus isrl' dicēs: Scribe ti/
bi omnia verba q̄ locut⁹ sum ad te in li
bro. Ecce enī dies veniūt dic dñs ⁊ cō
uertā captiuitatē pp̄li mei isrl' ⁊ iuda ait
dñs·⁊ captiuā eos ad terrā quā dedi pa
tribus eor̄ ⁊ possidebūt eam. Et hec verba
q̄ locut⁹ ē dñs ad isrl' ⁊ ad iudam. Quia
hec dicit dñs. Vocē terroris audiuim⁹
formidor̄ nō est pax. Interrogate ⁊ vi
dete si generat mascul⁹. Quare g̃ vidi
omnis viri manū sup̄ lumbū suuz q̄si
parturientis:et cōuerse sunt vniuerse
facies in auruginē: Ve qr̄ magna dies
illa·nec est filis eius:tempusq̄ tribula
tiōis est iacob·⁊ ex ipo saluabit̄ Et erit·
in die illa ait dñs exercituū conterā iu
gum eius de collo tuo: ⁊ vincula eius
dirumpā. Et non dñabunt̄ ei amplius
alieni:sed seruiēt dño deo suo:et dauid
regi suo quez suscitabo eis. Tu ergo ne
timeas serue meus iacob ait dominus
neq̄ paueas isrl': qr̄ ecce ego saluabo te
de terra longinq̄·⁊ semē tuū de terra ca
ptiuitatis eor̄. Et reuertet̄ iacob ⁊ que
scet·⁊ cūctis affluet bonis·⁊ nō erit quē

formidet: qm̄ tecū ego suꝫ ait dominus
vt saluem te. Faciā enī cōsummatōem
in cūctis gentibꝫ in q̄bꝫ dispsi te: te aūt
nō faciā in ꝯsūmationē: sed castigabo te
in iudicio. vt nō tibi videar̄ innoxius:
qꝛ hec dic̄ dn̄s. Insanabil' fractura tua
pessima plaga tua. Non est q̄ iudicet iu
dicium tuū. ad alligandā curatōeꝫ tuā.
vtilitas nō est tibi. Oēs amatores tui
obliti sunt tui: teqꝫ nō querēt. Plaga
enī inimici ꝑcussi te: castigatōe crudeli
Propter mltitudinē iniq̄tat̄ tue dura
facta sunt pctā tua. Quid clamas sup̄
ꝯtritione tua? Insanabil' est dolor tu⁹.
Propter multitudiēꝫ iniq̄tat̄ tue ⁊ ꝓ
pter dura pctā tua feci hec tibi Propte
rea oēs q̄ comedūt te deuorabūt̄: ⁊ vni
uersi hostes tui in captiuitatē ducent̄.
Et oēs qui te vastāt vastabunt̄ cūctos
qꝫ predatores tuos dabo in p̄dam Ob
ducā enī cicatricē tibi. ⁊ a vulneribꝫ tu
is sanabo te dicit dn̄s. Quia eiectā vo
cauerūt te sion. hec est q̄ non hēbat req̄
rentē. Hec dic̄ dn̄s: Ecce ego cōuertaꝫ
conuersiōeꝫ tabernacl'oꝝ iacob. ⁊ tectis
eius miserebor Et edificabit̄ ciuitas in
excelso suo ⁊ templū iuxta ordinē suuꝫ
fundabit̄. Et egredieť de eis laus voxqꝫ
ludentiū. ⁊ mltiplicabo eos ⁊ nō minu
entur. ⁊ glorificabo eos ⁊ nō attenuabū
tur. ⁊ erūt filij ei⁹ sicut a principio. ⁊ ce
tus eius corā me ꝑmanebit. Et visita
bo adūsum oēs qui tribulāt eum. ⁊ erit
dux ei⁹ ex eo. ⁊ princeps de medio eius
ꝓducet̄. Et applicabo eum. ⁊ accedet ad
me. Quis eī iste est qui applicet cor su
um vt appropinquet mihi ait dn̄s. Et
eritis mihi in ꝑpl'm: ⁊ ego ero vobis in
deum. Ecce turbo dn̄i furor egrediens
ꝓcella ruēs in capite impioꝝ ꝯquiescet
Nō auertat irā īdignatōis domin⁹: do
nec faciat et compleat cogitatiōem cor
dis sui. In nouissimo dierum intelli
getis ea.

XXXI

In tp̄e illo dicit dn̄s: ero deus
vniūsis cognatiōibꝫ isrl'. ⁊ ipsi
erunt mihi in ꝑpl'm. Hec dicit
dominus. Inuenit grām in deserto po
pulus qui remanserat gladio. Vadet
ad requiē suam israel. Longe dn̄s appa
ruit mihi. Et in charitate ꝑpetua dile
xi te: ideo attraxi te miserās. Rursumqꝫ
edificabo te. ⁊ edificaberis v̄go isrl'. Ad
huc ornaber̄ tympanis tuis ⁊ egredier̄
in choro ludentiū. Adhuc plantabis vi
neas in montibꝫ samarie. Plantabūt
plantātes. ⁊ donec tempus veniat non
vindemiabunt: qꝛ erit dies in q̄ clama
būt custodes in mōte effraym. Surgi
te et ascendam⁹ in sion ad dn̄m deuꝫ no
strū: qꝛ hec dicit dn̄s: Exultate in leticia
iacob. ⁊ hinnite ꝯ caput gentiū: ꝑsona
te ⁊ canite ⁊ dicite Salua dn̄e ꝑpl'm tu
um reliq̄as isrl'. Ecce ego adducā eos d̄
terra aq̄lonis. ⁊ congregabo eos ab ex
tremis terre: inter q̄s erūt cecus ⁊ clau
dus ⁊ p̄gnans ⁊ pariēs siml'. cetus ma
gnus reuertentiū huc. In fletu veniēt
et in miscdia reducā eos. Et adducam
eos per torrentes aq̄ꝝ in via recta ⁊ nō
impingēt in ea: qꝛ factus suꝫ israeli pa
ter: ⁊ effraim primogenit⁹ meus ē. Au
dite v̄bū dn̄i gentes. ⁊ ānunciate in in
sulis q̄ ꝓcul sūt ⁊ dicite: Qui dispersit
isrl' ꝯgregabit eū. ⁊ custodiet euꝫ sic̄ pa
stor gregem suū. Redimet eniꝫ dn̄s ia
cob. ⁊ liberabit eū de manu potētioris.
Et veniēt et laudabūt in mōte sion et
ꝯfluent ad bona dn̄i sup̄ frumēto. vino
et oleo ⁊ fetu pecoꝝ ⁊ armentoꝝ. eritqꝫ
anīa eoꝝ q̄si hortus irrigu⁹. ⁊ vltra non
esuriēt. Tūc letabit̄ v̄go in choro. iuue
nes ⁊ senes siml'. Et cōuertā luctū eoꝝ
in gaudiū. ⁊ consolabor eos. ⁊ letificabo
a dolore suo Et inebriabo aīam sacerdo
tum pinguedīe. et ꝑpl's meus bonis ad
implebit̄ ait dn̄s. Hec dicit dn̄s. Vox ī
excelsa audita ē lamentatiōis luctus et
fletus. rachel plorātis filios suos. ⁊ no
lentis consolari sup̄ eis. quia non sunt
Hec dicit dn̄s. Quiescat vox tua a plo
ratu ⁊ oculi tui a lachrymis: qꝛ est mer
ces opi tuo ait dn̄s. Et reūtent̄ d̄ terra
inimici. et est spes nouissimis tuis ait
dn̄s ⁊ reūtent̄ filij tui ad termīos suos
Audiens audiui effraim trāsmigrantē

Castigasti me dñe ⁊ eruditus suz q̃si iu
uenculus indomit⁹. Cõuerte me. ⁊ cõ
uertar qꝛ tu dñs de⁹ meus. Postq̃ enĩ
cõuertisti me egi pnĩaz. ⁊ postq̃ oñdisti
mihi. ꝑcussi femur meũ. Confusus suz
et erubui: qm̃ sustinui oꝓbriũ adolescẽ
tie mee. Si filius honorabil' mihi effra
im. si puer delicatus qꝛ exq̃ locut⁹ suz de
eo adhuc recordabor eius. Idcirco con
turbata sunt viscera mea sup̄ eũ mise-
rans miserebor eius ait dñs. Statue ti
bi speculã. pone tibi amaritudĩes. Diri
ge cor tuũ in viã rectaz. in q̃ ambulasti
Reuertere virgo isrl': reuertere ad ciui
tates tuas istas. Usq̃q̃ delitijs dissol-
uer⁹ filia vaga: Quia creauit dñs nouũ
sup̄ terrã: femĩa circũdabit viruz. Hec
dicit dñs exercituũ deus isrl'. Adhuc di
cent vbum istud in terra iuda ⁊ in vrbi
bus eius cũ ꝯuertero captiuitatẽ eorũ
Benedicat tibi dñs pulcritudo iusticie
mons sanctus. Et habitabũt in eo iu-
das ⁊ om̃s ciuitates ei⁹ simul agricole
et minantes greges: qꝛ inebriaui aĩam
lassam. ⁊ oẽm aĩam esurientẽ saturaui.
Ideo q̃si de somno suscitat⁹ sum ⁊ vidi
et somn⁹ meus dulcis mihi. Ecce dies
veniũt dicit dñs: ⁊ semĩabo domũ isrl': ⁊
domũ iuda semine hominuz et semine
iumentoꝝ. Et sic̃ vigliaui super eos vt
euellerẽ ⁊ demolirer et dissiparẽ ⁊ disp̄-
derem ⁊ affligerẽ. sic vigilabo super eos
vt edificẽ et plantẽ ait dñs: In diebus
illis nõ dicẽt vltra: prẽs comederẽt vuã
acerbam: ⁊ dentes filioꝝ obstupuerunt
sed vnusquisq̃ in iniq̃tate sua morieť.
Om̃is hõ qui comederit vuã acerbaz.
obstupescent dentes eius. Ecce dies ve
nient dicit dñs ⁊ feriã domui isrl' et do
mui iuda fedus nouũ. Non ſm pactuz
qd̃ pepigi cũ patribꝫ vr̃is ĩ die q̃ appre-
hendi manũ eoꝝ vt educerẽ eos de ter
ra egypti. pactũ qd̃ irritũ fecerũt: ⁊ ego
dominatus sum eoꝝ dicit dñs: sed hoc
erit pactũ qd̃ feriã cuz domo isrl'. Post
dies illos dic̃ dñs: dabo legem meam ĩ
visceribꝫ eoꝝ. ⁊ in corde eoꝝ scribam eã
et ero eis in deũ. ⁊ ip̃i erũt mihi ĩ ꝓpl'm

Et non docebit vltra vir ꝓximũ suum
et vir fratrẽ suũ dicẽs: cognosce dñm.
Om̃is enĩ cognoscẽt me a mĩmo eoruz
vsq̃ ad maximũ ait dñs: qꝛ ꝓpitiabor ini
quitati eoꝝ. et peccati eoꝝ nõ memora-
bor ampli⁹. Hec dicit dñs: qui dat solẽ
in lumĩe diei. ordĩez lune ⁊ stellaꝝ in lu
mĩe noct⁹. qui turbat mare ⁊ sonãt flu-
ctus eius. dñs exercituũ nomẽ illi. Si
defecerint leges iste corã me dicit dñs.
tũc et semen isrl' deficiet vt nõ sit gens
corã me cunct⁹ diebꝫ. Hec dic̃ dñs: Si
mensurari poterũt celi sursum ⁊ inue-
stigari fundamẽta terre deorsum. ⁊ ego
abijciam vniu̇suz semẽ isrl' ꝓpter omĩa
que fecerũt dic̃ dñs. Ecce dies venient
dicit dñs. ⁊ edificabiť ciuitas dño a tur
re ananehel vsq̃ ad portã anguli Et exi
bit vltra normã mẽsure in ꝯspectu eius
sup̄ collem gareb. ⁊ circũibit goatha ⁊
oẽm vallẽ cadaueꝝ ⁊ cineres ⁊ vniu̇saz
regionẽ mortis. vsq̃ ad torrentẽ cedrõ
et vsq̃ ad angulũ porte equoꝝ oriental'
Sanctum dñi non euelletur. ⁊ nõ de-
struetur vltra in perpetuũ. XXXII

Verbuz qd̃ factum est ad hiere-
miã a domino in anno decimo
sedechie reg⁹ iuda: ipse est ann⁹
octauusdecim⁹ nabuchodonosor. Tunc
exercitus regis babylõis obsidebat hie
rusalem: ⁊ hieremias ꝓpheta erat clau-
sus in atrio carceris q̃ erat in domo re
gis iuda Clauserat enĩ eum sedechias
rex iuda. dicẽs: Quare vaticinar⁹ dicẽs
hec dicit dñs: ecce ego dabo ciuitatẽ istã
in manus reg⁹ babylonis ⁊ capiet eam
et sedechias rex iuda nõ effugiet de ma
nu chaldeoꝝ sed tradeť in manus reg⁹
babylonis. et loqueť os eius cum ore
illius et oculi eius ocl'os illi⁹ videbũt.
et in babylonẽ ducet sedechiã. ⁊ ibi erit
donec visitem eum ait dñs. si autez di-
micaueritis aduersuz chaldeos nichil
prosperum habebitis. Et dixit hieremi
as. Factum est verbũ dñi ad me dicẽs:
Ecce ananehel fili⁹ sellum patruelis tu
us veniet ad te dicẽs: Eme tibi agrum
meũ qui est in auathot. Tibi enĩ ꝯpetit

et propinquitate vt emas. Et venit ad me ananehel filius patrui mei fm verbum domini ad vestibulū carceris. et ait ad me Posside agr meū q̄ est i anathot in tra beniamin: q̄ tibi cōpetit hereditas et tu ppinquus es vt possideas. Intelleri aūt q̄ verbum dñi esset. Et emi agrū ab ananehel filio patrui mei q̄ est in anathot. Et appendi ei argentum septem stateres et decē argēteos. et scripsi in libro et signaui et adhibui testes. Et appēdi argentū in statera et accepi libr possessionis signatū et stipulatōes et rata et signa forinsecus. Et dedi librum possessiōis baruch filio neri filij maasie in oculis ananehel patruelis mei et i oculis testiū qui scripti erant in libro emptionis et in oculi oīm iudeor q̄ sedebāt in atrio carceris. Et pcepi baruch coram eis dicens: Hec dicit dñs exercituū deus israel. Sume libros istos: libr emptionis hunc signatū et librū hūc qui apertus est. et pones illos in vase fictili vt permanere possint dieb multis. Hec enī dicit dñs exercituū deꝰ isrl. Adhuc possidebunt domꝰ et agri et vinee in tra ista. Et oraui ad dñm postq̄ tradidi librū possessiōis baruch filio neri dicēs: Heu heu heu dñe deus. Ecce tu fecisti celū et terrā in fortitudie tua magna et in brachio tuo extento. Nō erit tibi difficile oīe verbū qui facis misericōiaz in milibus. et reddis iniquitatē patruz in sinum filior eor post eos. Fortissime magne et potens. dñs exercituū nomē tibi magnus consilio et incomprensibil cogitatu cui oculi aperti sunt sup oēs vias filior adam vt reddas vnicuiq̄ fm vias suas et fm fructū adinuētionū eiꝰ Qui posuisti signa et portēta in tra egypti vsq̄ ad diem hanc. et in israel et i hominib. et tibi fecisti nomē sicut est dies hec. Et eduxisti ppl'm tuum isrl'de terra egypti in signis et portentis et in manu robusta et in brachio extento et in terrore magno. et dedisti eis terrā hanc quaz iurasti patrib eorū vt dares eis terraz fluentē lacte et melle. et ingressi sunt et possederūt eam. Et nō obedierūt voci tue. et in lege tua nō ambulauerūt: omnia q̄ mandasti eis vt facerent non fecerunt. et euenerūt eis omnia mala hec. Ecce munitiones extructe sunt aduersum ciuitatē vt capiat. et vrbs data ē in manꝰ chaldeor et in manꝰ regis babylōis qui pliant aduersus eam a facie gladij et famis et pestilentie. et q̄cunq̄ locutus es acciderūt vt tuipse cernis. Et tu dicis mihi dñe deus: eme agr argento et adhibe testes: cū vrbs data sit in manꝰ chaldeor. Et factū est verbū dñi ad hieremiā dicēs: Ecce ego dñs deus vniūse carnis. Nunq̄d michi difficile erit oīe verbū? Propterea hec dic dñs: Ecce ego tradam ciuitatē istā in manꝰ chaldeorū et in manus regis babylonis et capiēt eā et veniēt chaldei pliantes adūsuz vrbē hanc. et succendēt eam igni et cburēt eā et domos in quarū domatib sacrificabant baal et libabant dijs alienis libamina ad irritandū me. Erant enī filij israel et filij iuda iugiter faciētes maluz in oculi meis ab adolescētia sua: filij isrl' qui vsq̄ nūc exacerbāt me i opē manuum suar dicit dñs: q̄ in furore et i indignatōe mea facta ē michi ciuitas hec a die q̄ edificauerūt eā vsq̄ ad diem istam qua auferet de aspectu meo ppt' malicia filior isrl' et filior iuda quā fecerunt ad iracundia me puocātes ipi et reges eorum et principes eor et sacerdotes et pphete eor viri iuda et habitatores hierl'm Et verterūt ad me terga et non facies cum docerē eos et erudirem diluculo: et nollent audire vt accipent disciplinaz Et posuerūt idola sua in domo in q̄ inuocatū est nomē meuz vt polluerēt eā. et edificauerūt excelsa baal q̄ sunt i valle filij ennon vt initiarēt filios suos et filias suas moloch qđ non mandaui eis nec ascendit in cor meū vt facerent abominatōem hanc. et in pctm̄ deducerent iudā. Et nūc ppter ista hec dicit dñs deꝰ isrl' ad ciuitatē hāc. de q̄ vos dicit' q̄ tradat' in manꝰ regis babylōis in gladio et in fame et in peste. Ecce ego congregabo eos

de vniuſis terris ad ꝗs eieci eos in furore meo et in ira mea ⁊ in indignatõe grãdi·et reducã eos ad locũ iſtũ ⁊ habitare eos faciã ꝓfident·⁊ erũt mihi ī populũ ⁊ ego ero eis in deũz. Et dabo eis cor vnũ et viã vnã vt timeãt me vniuſis diebꝫ ⁊ bñ ſit eis ⁊ filijs eorꝝ poſt eos Et feriã eis pactũ ſempiternũ ⁊ nõ deſinã eis bñfacere·⁊ timorez meũ dabo in corde eorꝝ vt nõ recedãt a me·⁊ letabor ſuꝑ eis cũ bñ eis fecero. Et plãtabo eos in tra iſta in veritate in toto corde meo et in tota aĩa mea: quia hec dicit dñs Sicut adduxi ſuꝑ populũ iſtũ oẽm malum hoc grande: ſic adducã ſuꝑ eos omne bonũ qđ ego loquor ad eos. Et poſſidebunt agri in terra iſta de ꝙ vos dicitz ꝙ deſerta ſit: eo ꝙ nõ remãſerit hõ ⁊ iumentũ·⁊ data ſit in manꝰ chaldeorum· Agri ement pecunia et ſcribent in libro et impriment ſignũ ⁊ teſtis adhibebitur in terra beniamin ⁊ in circũitu hierl'm· in ciuitatibꝫ iuda ⁊ in ciuitatibꝫ montanis et in ciuitatibꝫ campeſtribꝫ ⁊ in ciuitatibus que ad auſtrũ ſunt: qz ꝙuertã captiuitatẽ eorꝝ ait dñs.

XXXIII

Et factum eſt verbũ dñi ad hieremiaz ſecundo·cũ adhuc clauſus eſſet in atrio carceris dicẽs Hec dicit dñs qui facturus eſt ⁊ formaturus illud et paratur ꝰ: dñs nomẽ ei ꝰ Clama ad me et exaudiam te·⁊ annunciabꝫ tibi grandia et firma que neſcis. Quia hec dicit dñs de ꝰ iſrl' ad domos vrbis huius ⁊ ad domos regꝫ iuda q̃ deſtructe ſunt ⁊ ad munitões ⁊ ad gladiũ venientium vt dimicẽt cũ chaldeis ⁊ impleãt eas cadaueribꝫ hoĩm ꝗs percuſſi in furore meo et in indignatõe mea: abſcõdes faciẽ meã a ciuitate hac ꝓpt' oẽm malitiam eorꝝ. Ecce ego obducã eis cicatricem ⁊ ſanitatẽ ⁊ curabꝫ eos·⁊ reuelabꝫ eis dẽpcatõem pacis ⁊ veritatiz. Et conuertã cõuerſionẽ iuda ⁊ ꝙuerſionẽ hieruſalez ⁊ edificabꝫ eos ſicut a principio et emundabꝫ illos ab omni iniquitate ſua in qua peccauerũt mihi· et ꝓpitius ero cunctis iniquitatibꝫ eorꝝ in quibꝫ deliquerunt mihi et ſpreuerũt me. Et erit mihi in nomẽ ⁊ in gaudiũ et in laudez et in exultatõem cunctis gentibꝫ terre· que audierint oĩa bona q̃ ego facturꝰ ſũ eis: ⁊ pauebũt ⁊ turbabunt in vniuſis locis ⁊ in omni pace quã ego faciaz eis. Hec dicit dñs Adhuc audietur in loco iſto quem vos dicitis eſſe deſertũ eo ꝙ non ſit hõ nec iumẽtuz ī ciuitatibꝫ iuda ⁊ foris hierl'm q̃ deſolate ſunt abſqz homine et abſqz habitatore et abſqz pecore· vox gaudij ⁊ vox leticie: vox ſponſi ⁊ vox ſpõſe: vox dicentiũ: ꝓfitemi dño exercituuz quoniã bonus dñs: qm̃ in eternũ miſericordia eiꝰ: ⁊ portãtiuz vota ī domo dñi Reducaz enim ꝙuerſionẽ terre ſic a principio dicit dñs. Hec dicit dñs exercituũ Adhuc erit in loco iſto deſerto abſqz homine ⁊ abſqz iumẽto·⁊ in cũctis ciuitatibꝫ eiꝰ habitaculũ paſtorꝝ ⁊ accubantiũ gregum in ciuitatibꝫ mõtuoſis ⁊ in ciuitatibꝫ campeſtribꝫ: ⁊ in ciuitatibꝫ que ad auſtrũ ſunt·et in terra beniamĩ et in circũitu hierl'm ⁊ in ciuitatibꝫ iuda ·adhuc tranſibũt greges ad manũ numerantis ait dñs. Ecce dies veniẽt dicit dñs et ſuſcitabo verbũ bonũ qđ locutꝰ ſum ad domũ iſrl' ⁊ ad domũ iuda. In diebꝫ illis et in tpe illo germinare faciã dauid germen iuſticie· ⁊ faciet iudiciũ ⁊ iuſticiam in terra· In diebꝫ illis ſaluabit iuda ⁊ iſrl' habitabit ꝓfidenter Et hoc ẽ nomẽ quod vocabũt eum: dñs iuſtus noſter. Quia hec dicit dominꝰ · Non interibit de dauid vir qui ſedeat ſuper thronum domus iſrael·⁊ de ſacerdotibꝫ ⁊ de leuitis nõ interibit vir a facie mea qui offerat holocauſtomata ⁊ incẽdat ſacrificiũ et cedat victimas oĩbꝫ diebus. Et factum eſt verbũ dñi ad hieremiã dicẽs. Hec dicit dñs: Si irrituz poteſt fieri pactum meũ cuz die·⁊ pactũ meũ cuz nocte: vt nõ ſit dies ⁊ nox in tpe ſuo: ⁊ pactum meũ irritũ eſſe poterit cuz dauid ſeruo meo vt nõ ſit ex eo filiꝰ qui regnet in throno eiuſ·⁊ leuite ⁊ ſacerdotes miniſtri mei. Sicẽ enumerari nõ pñt ſtelle celi ⁊ metiri harene maris: ſic mltipli

calv semen dauid ſui mei·ꝛ leuitas mi
niſtros meos. Et factū eſt verbū dñi ad
hieremiā dicēs. Nunqd non vidiſti qd
ppl̄s hic locut⁹ ſit dicēl: due cognatōes
quas elegerat dñs abiecte ſunt·ꝛ ppl̄m
meū deſpexerūt·eo q̄ nō ſit vltra gens
coram eis? Hec dic dñs. Si pactū me
um int̄ diem ꝛ noctē·ꝛ leges celo ꝛ tre
nō poſui: equidē et ſemē iacob ꝛ dauid
ſerui mei ꝓiciā vt non aſſumā de ſemi
ne eius principes ſemis abraaꝫ ꝛ yſaac
et iacob. Reducam enim conuerſiōeꝫ
eoꝝ et miſerebꝛ eis. XXXIIII

Verbū qd̄ factū eſt ad hieremiā
a dño quādo nabuchodonoſoꝛ
rex babylōis et omis exercitus
eius vniuſaq̄ regna terre q̄ erant ſub
ptāte man⁹ ei⁹ ꝛ oēs ppl̄i bellabant ↄtra
hierl̄m et ↄ oēs vrbes eius dicēs. Hec
dicit dñs deus iſrl̄: Vade ꝛ loquere ad
ſedechiā regē iuda et dices ad eū: Hec
dicit dñs. Ecce ego tradā ciuitatē hāc
in manus reg⁊ babylōis·ꝛ ſuccendet eā
igni·Et tu nō effugies de manu ei⁹: ſed
comphensione capieris·ꝛ in manu ei⁹
traderis·et oculi tui oculos reg⁊ baby⁊
lonis videbūt·et os eius cū ore tuo lo
queť·ꝛ babylonē introibis. Attn̄ audi
verbū dñi ſedechia rex iuda. Hec dicit
dñs ad te: Nō morieris in gladio ſed in
pace moꝛieꝝ. ꝛ ſm cōbuſtiones patruꝫ
tuoꝝ regū prioꝝ qui fuerūt añ te ſic cō
burent te·ꝛ ve dñe planget te: qꝛ verbū
hoc ego locutus ſuꝫ dicit dñs. Et locu⁊
tus eſt hieremias ppheta ad ſedechiam
regem iuda vniuſa verba hec in hierl̄m
et exercitus reg⁊ babylōis pugnabat ↄ
hierl̄m·ꝛ ↄ oīs ciuitates iuda q̄ reliq̄
erant ↄ lachis ꝛ ↄ azecha. Hec eī ſuper⁊
erant de ciuitatib⁹ iuda vrbes munite.
Verbū qd̄ factū eſt ad hieremiā a dño
poſtq̄ pcuſſit rex ſedechias fedus cum
oīi ppl̄o in hierl̄m·p̄dicās vt dimitte
ret vnuſquiſq̄ ſuū ſuū ꝛ vnuſq̄ſq̄ an
cillam ſuā·hebreum ꝛ hebreā liberos·ꝛ
nequaq̄ dñarenť eis·id eſt in iudeo et
fratre ſuo. Audierūt g̊ oīes principes
et vniuerſus populus qui inierant pa
ctum vt dimitteret vnuſquiſq̄ ſeruuꝫ
ſuum ꝛ ancillā ſuā liberos et vltra nō
dñarenť eis. Audierūt igiť ꝛ dimiſerūt
Et poſtquā ſunt deinceps ꝛ retraxerunt
ſuos ſuos ꝛ ancillas ſuas q̄s dimiſerāt
liberos·et ſubiugauerūt in famulos et
famulas. Et factū eſt verbum ad hiere
miā a dño dicens. Hec dicit dñs deus
iſrael. Ego pcuſſi fedus cū patribꝫ vr̄is
in die q̄ eduxi eos de tra egypti ꝺ domo
ſeruitutis dicēs: Cū plet̄i fuerint ſep⁊
tem anni dimittat vnuſquiſq̄ fratrē
ſuum hebreuꝫ qui venditus eſt ei·ꝛ ſer⁊
uiet tibi ſex annis·ꝛ dimittes eum a te
liberum. Et non audierunt patres ve⁊
ſtri me: nec inclinauerūt aurem ſuam.
Et conuerſi eſtis vos hodie ꝛ feciſtiꝫ qd̄
rectuꝫ eſt in oculis meis vt p̄dicaretis li⁊
bertatē vnuſquiſq̄ ad amicuꝫ ſuum et
iniſtis pactum in conſpectu meo in do
mo in qua inuocatū eſt nomen meum
ſup eaꝫ. Et reuerſi eſtis et cōmaculaſtiꝫ
nomē meū·ꝛ reduxiſtis vnuſquiſq̄ ſer
uum ſuū et vnuſq̄ſq̄ ancillaꝫ ſuā quos
dimiſeratiꝫ vt eſſent liberi ꝛ ſue poteſta⁊
tis·ꝛ ſubiugaſtis eos vt ſint vobis ſui
et ancille. Propterea hec dicit dom⁹:
Vos nō audiſtis me vt p̄dicaretiꝫ liber
tatem vnuſquiſq̄ fratri ſuo ꝛ vnuſq̄ſq̄
amico ſuo. Ecce ego p̄dico libertatē ait
dñs ad gladiū·ad peſtem ꝛ ad famem·ꝛ
dabo vos in commotōeꝫ cūctis regnis
terre. Et dabo viros qui p̄uaricanť fe⁊
dus meū·ꝛ non obſeruauerunt verba
federiꝫ quib⁹ aſſenſi ſunt in ↄſpectu meo
vitulum quē ↄciderūt in duas partes
et tranſierūt inter diuiſiones ei⁹. prin
cipes iuda ꝛ principes hierl̄m·eunuchi
et ſacerdotes·et oīis pop⁹ terre qui
tranſierūt inter diuiſiones vituli ꝛ da
bo eos in man⁹ inimicoꝝ ſuoꝝm et in
manus querentiū animā eoꝝm·ꝛ erit
moꝛticinū eoꝝ in eſcā volatilib⁹ celi et
beſtijs terre. Et ſedechiā regem iuda ꝛ
principes eius dabo in man⁹ inimicoꝝ
ſuoꝝ et in man⁹ q̄rentiū animas eoꝝ·ꝛ
in man⁹ exercituū reg⁊ babylōis qui re⁊
ceſſerūt a vob. Ecce ego p̄cipio dic̄ dñs

et reducaz eos in ciuitatē hāc ⁊ p̄liabū-
tur adūsum eā. ⁊ capient eā ⁊ incendēt
igni. Et ciuitates iuda dabo ī solitudīez
eo ꝙ nō sit habitator.

XXXV

Verbū qd̄ factū est ad hieremiā
a dño in diebꝫ ioachim filij io
sie regꝫ iuda dicēs. Vade ad do
mum rechabitaꝝ ⁊ loquere eis. ⁊ intro
duces eos in domū dñi in vnā exedraz
thesauroꝝ. ⁊ dabis eis bibere vinuz. Et
assumpsi iechoniā filiū hiremie filij ab-
same ⁊ frēs eius ⁊ oēs filios eius ⁊ vni
uersaz domum rechabitaꝝ. ⁊ introduxi
eos in domū dñi ad gaçophilatiū filio
ruz anan filij ieçedelie hoīs dei qd̄ erat
iuxta gaçophilatiū principū super the-
saurum maasie filij sellum. qui erat cu
stos vestibuli. Et posui coram filijs do
mus rechabitarum cyphos plenos vi-
no ⁊ calices. et dixi ad eos. Bibite vinū
Qui rñderunt: Non bibemus vinum
qꝛ ionadab filius rechab pater nr̄ pre-
cepit nobis dicens: Non bibetis vinū
vos ⁊ filij vestri vsqꝫ in sempiternum.
Et domuz nō edificabitis ⁊ sementem
non seretis. ⁊ vineas nō plantabitꝫ nec
habebitis: sed in tabernaculꝫ habitabitꝫ
cunctis diebꝫ vestris. vt viuatꝫ diebus
multis sup̄ faciē terre in q̄ vos peregri
namini. Obediuimꝰ ḡ voci ionadab fi-
lij rechab patris nostri in oībus que
p̄cepit nobis. ita vt nō biberemꝰ vinuz
cunctꝫ diebꝫ nr̄is nos ⁊ mlieres nostre
filij ⁊ filie nr̄e. et nō edificaremꝰ domos
ad hītandū. ⁊ vineā ⁊ agꝝ ⁊ sementem
non habuimꝰ: sed habitauimꝰ in taber
naculis ⁊ obedientes fuimꝰ iuxta om̄ia
que p̄cepit nobis ionadab pr̄ nr̄. Cum
aūt ascēdissꝫ nabuchodonosor rex baby
lonis ad terrā nrām. diximꝰ: Venite ⁊
ingrediamur in hierlm a facie exercitꝰ
chaldeoꝝ ⁊ a facie exercitꝰ syrie. ⁊ mansi
mus in hierlm. Et factū est verbū dñi
ad hieremiā dicēs. Hec dic̄ dñs exerci-
tuū deus isrl. Vade et dic viris iuda et
habitatoribus hierlm. Nunq̄d nō reci
pietis disciplinā vt obediatꝫ verb̄ meis
dicit dñs: Preualuerūt ſmones iona
dab filij rechab quos p̄cepit filijs suis
vt non biberent vinū et non biberunt
vsqꝫ ad diem hanc: qꝛ obedierūt p̄cepto
patris sui. Ego aūt locutus suz ad vos
de mane ꝯsurgens ⁊ loq̄ns. ⁊ non obe-
distis mihi. Visiqꝫ ad vos omēs ſuos
meos ꝓphetas cōsurgēs diluculo: mit-
tensqꝫ ⁊ dicēs: Conuertimini vnusq̄s-
qꝫ a via sua pessima. ⁊ bona facite studia
vestra. ⁊ nolite sequi deos alienos neqꝫ
colatis eos. ⁊ habitabitis in terra quaz
dedi vobis ⁊ patribꝫ vr̄is. Et non incli
nastis aurē vrām. neqꝫ audistꝫ me. Fir-
mauer̄t igit̄ filij ionadab filij rechab p̄
ceptū patris sui quod p̄ceperat eis: po-
pulus aūt iste nō obediuit mihi. Idcir
co hec dicit dñs exercituū deus isrl. Ec-
ce ego adducā super iudam ⁊ sup̄ om̄es
habitatores hierlm vniūsam afflictio-
nem quā locutus sum aduersum illos
eo ꝙ locutus sum ad illos et nō audie-
runt. vocaui illos: ⁊ non responderunt
mihi. Domui aūt rechabitaꝝ dixit hie
remias. Hec dicit dñs exercituū deus
israel. Pro eo ꝙ obedistis p̄cepto iona-
dab patris vestri. ⁊ custodistis oīa man
data eius ⁊ fecistis vniūsa q̄ precepit vo
bis: ꝓpterea hec dicit dñs exercituū deꝰ
israel. Non deficiet vir d̄ stirpe ionadab
filij rechab stans in conspectu meo cū-
ctis diebus.

XXXVI

Et factuz est in āno q̄rto ioachī
filij iosie regꝫ iuda: factū est ver
bū hoc ad hieremiā a dño dicēs
Tolle volumē libri ⁊ scribes ī eo omīa
verba q̄ locutus sum tibi aduersū isrl.
et iudam ⁊ adūsum oēs gentes a die q̄
locutꝰ suz ad te ex diebꝫ iosie vsqꝫ ad di-
em hanc: si forte audiente domo iuda.
vniūsa mala q̄ ego cogito facere eis. re-
uertat̄ vnusq̄sqꝫ a via sua pessima ⁊ ꝓpi
tius ero iniq̄tati ⁊ pctō eoꝝ. Vocauit ḡ
hieremias baruch filiū nerie. ⁊ scripsit
baruch ex ore hieremie oēs ſmōes dñi
quos locutꝰ est ad eū in volumīe libri.
Et precepit hieremias baruch dicens
Ego clausus suz: nec valeo ingredi do-
mum domini: Ingredere ergo tu ⁊ le

ge de volumine in quo scripsiisti ex ore
meo verba domini audiente populo in
domo domini ī die ieiunij. insuper ⁊ au
diente vniuerso iuda qui veniuut de ci
uitatibus suis. Leges eis. si forte cadat
oratio eorum in conspectu domini. ⁊ re
uertat̄ vnusq̄sq̄ a via sua pessima: qm̄
magn⁹ furor ⁊ indignatio est quā locu-
tus ē dn̄s adu̇sus ꝓpl'm hūc. Et fec̄ ba-
ruch fili⁹ nerie iuxta oīa que p̄cepat ei
hieremias ꝓpheta: legēs ex volumīe ser
mōes dn̄i in domo dn̄i. Factuz ē aūt in
anno q̄nto ioachī filij iosie reg̃ iuda: in
mēse nono p̄dicauer̄t ieiuniū in ꝯspēu
dn̄i oī ꝓpl'o in hierl'm ⁊ vniuerse ml'titu
dini q̄ ꝯfluxerat de ciuitatibus iuda in
hierl'm. Legitq̄ baruch ex volumīe ser
mōes hieremie ī domo dn̄i in gaçophy
latio gamarie filij saphā scribe ī vestibu
lo supiori in introitu porte noue dom⁹
dn̄i. audiēte oī ꝓpl'o. Cūq̄ audisset mi-
cheas fili⁹ gamarie filij saphan om̄s ser
mōes dn̄i ex libro: descēdit ī domū reg̃
ad gaçophilatiū scribe. Et ecce ibi om̄s
principes sedebāt. elisama scriba ⁊ dala
ias fili⁹ semeie ⁊ helnathan fili⁹ achobor
et gamarias fili⁹ saphā ⁊ sedechias fili⁹
ananie ⁊ vniu̇si principes. Et nūciauit
eis micheas oīa verba q̄ audiuit legētē
baruch ex volumīe in auribꝫ ꝓpl'i. Mi-
serūt itaq̄ oēs prīcipes ad baruch iudi
filiū nathanie filij selemie filij chusi di
cētes. Volumē ex q̄ legisti audiēte ꝓpl'o
sume in manu tua. et veni. Tulit g̃ ba-
ruch fili⁹ nerie volumē in manu sua. ⁊
venit ad eos. Et dixer̄t ad eū: Sede et
lege hec ī auribꝫ nr̄is. Et legit baruch ī
auribꝫ eoꝝ. Igit̄ cuz audissent oīa v̄ba
obstupuer̄t vnusquisq̄ ad ꝓximuz suū
et dixerunt ad baruch. Nunciare debe-
mus regi omnes sermones istos? Et
interrogauerūt eum dicentes. Indica
nobis: quomō scripsisti omnes sermo
nes istos ex ore eius. Dixit aūt eis ba-
ruch. Ex ore suo loq̄bat̄ q̄i legēs ad me
oēs sermōes istos. ⁊ ego scribebā in vo
lumīe attramēto. Et dixer̄t prīcipes ad
baruch. Vade ⁊ abscōdere tu ⁊ hieremi
as. ⁊ nemo sciat vbi sitis. Et īgressi sūt
ad regem in atrium. Porro volumen
commēdauerunt in gaçophilatio elisa
me scribe ⁊ nunciauerunt audiente re-
ge omnes s̄mones. Misitq̄ rex iudi vt
sumeret volumen. qui tollens illud de
gaçophylatio elisame scribe legit audi-
ente rege. ⁊ vniuersis principibus qui
stabant circa regem. Rex autē sedebat
in domo hyemali in mense nono ⁊ po-
sita erat arula coram eo plena prunis.
Cunq̄ legiesst iudi tres pagellas vel
q̄ttuor. scidit illud scalpello scribe ⁊ ꝓie
cit in ignez qui erat sup̄ arulam donec
consumeretur omne volumē igni qui
erat in arula Et non timuerūt neq̄ sci
derunt vestimenta sua rex ⁊ omnes ser
ui ei⁹: q̄ audierūt vniu̇sos s̄mōes istos
Veruntamen helnathan et dalaias et
gamarias contradixerunt regi ne com
bureret librum ⁊ non audiuit eos. Et
precepit rex hieremiel filio amalech et
saraie filio eçriel ⁊ selemie filio abdehel
vt comprehenderent baruch scribam
et hieremiā prophetā. Abscondit autē
eos dominus. Et factū est verbum dn̄i
ad hieremiā ꝓphetaz: postq̄ cōbusserat
rex volumē et s̄mones quos scripserat
baruch ex ore hieremie dicens: Rursuz
tolle volumen aliud. ⁊ scribe in eo om̄s
sermōes priores qui erant in primo vo
lumine quod cōbussit ioacchim rex iu-
da. Et ad ioachim regē iuda dices. Hec
dicit dn̄s. Tu cōbussisti volumen istud
dicens: Quare scripsisti in eo annunci
ans. festinus veniet rex babylōis. ⁊ va
stabit terraz hanc. ⁊ cessare faciet ex illa
hominē et iumētuz? Propterea hec di
cit dn̄s deus contra ioachim regem iu
da: Non erit ex eo qui sedeat sup̄ soliuz
dauid. ⁊ cadauer eius ꝓijcietur ad estū
per diem et ad gelu p̄ noctem. Et visi-
tabo contra eum et ꝯtra semen eius ⁊ ꝯ
seruos eius iniquitates suas. ⁊ addu-
cam sup̄ eos ⁊ sup̄ habitatores hierl'm
et sup̄ viros iuda om̄e malū q̄d locut⁹
sum ad eos. ⁊ nō audierūt. Hieremias
autē tulit volumen aliud ⁊ dedit illud

baruch filio nerie scribe q̄ scripsit in eo
ex ore hieremie oēs sermōes libri quē
combusserat ioachim rex iuda igni ⁊ insu
per additi sunt sermōes multo plures
antea q̄s fuerant. XXXVII

ET regnauit rex sedechias filius
iosie p iechonia filio ioachim
quē constituit regem nabuchodo
sor rex babilonis in terra iuda. ⁊ nō obe
diuit ipe et famuli eius ⁊ pplus terre verb̄
dñi que locut⁹ est in manu hieremie p
phete. Et misit rex sedechias iuchal fili
um selemie et sophoniā filiū maasie sa
cerdotē ad hieremiā pphetā dicēs: Ora
p nob dñm deū nostr̄. Hieremias aūt
libere ābulabat in medio ppli. Non enī
miserant eū in custodiaz carceris. Igit̄
exercitus pharaōis egressus est de egy
pto. ⁊ audiētes chaldei qui obsidebant
hierlm huiuscemodi nunciū recessert
ab hierlm. Et factū est verbū dñi ad hie
remiā pphaz dicēs. Hec dic dñs de⁹ isrl̄
Sic dicetis regi iuda qui misit vos ad
me interrogandū. Ecce exercitus pha
raonis qui egressus est vob in auxiliuz
reuertetur in terrā suam in egyptuz. ⁊
redient chaldei et bellabunt cōtra ciuitatez
hanc. et capient eam ⁊ succendent igni
Hec dicit dñs. Nolite decipe aias vr̄as
dicentes. euntes abibūt ⁊ recedēt a no
bis chaldei: qz nō abibunt. Etz ⁊ si per
cusseritis oēm exercitū chaldeoz q̄ pu
gnant aduersuz vos ⁊ derelicti fuerint ex
eis aliqui vulnerati. singli de tentorio
suo surgēt. ⁊ incendēt ciuitatez hanc
igni. Ergo cū recessisset exercit⁹ chalde
oꝝ ab hierlm pter exercitū pharao
nis egressus ē hieremias de hierlm vt
iret in terra beniamī ⁊ diuideret ibi pos
sessionē in medio ciuiū. Cūq̄ pueniss
ad portā beniamī erat ibi custos porte p
vices nomine hierias filius selemie filij
ananie. ⁊ apprehendit hieremiā pphetaz
dicēs: Ad chaldeos profugis. Et rndit
hieremias. Falsuz est: nō fugio ad chal
deos. Et non audiuit eū sz comphendit
hierias hieremiā et adduxit eū ad prin
cipes. Quamobrem irati principes cō
tra hieremiā. cesum eū miserūt in carce
rem q̄ erat in domo ionathā scribe. Ip
se enim ppositus erat sup carcerē. Ita
q̄s ingressus ē hieremias in domuz la
ci et in ergastulū. ⁊ sedit ibi hieremias
diebus multis. Misitens aūt sedechias
rex tulit eū. ⁊ interrogauit eū in domo
sua abscondite. ⁊ dixit. Putas ne est ser
mo a dño? Et dixit hieremias. Est. Et
ait. In manu regis babylonis tradet̄. Et
dixit hieremias ad regē sedechiā. Quid
peccaui tibi ⁊ seruis tuis ⁊ pplo tuo: qa
misisti me in domū carceris? Ubi sunt
prophete vestri qui pphetabāt vobis et
dicebant: non veniet rex babylonis su
per vos et sup terram hanc? Nūc ergo
audi obsecro dñe mi rex. Valeat deprca
tio mea in cōspectu tuo. ⁊ ne me remit
tas i domū ionathe scribe ne moriar ibi
Precepit ergo rex sedechias vt trade
retur hieremias in vestibuluz carceris
et daret ei torta quotidie panis. excep
to pulmento: donec consumerent̄ om
nes panes de ciuitate. Et mansit hiere
mias i vestibulo carceris. XXXVIII

AUdiuit aūt saphacias filius mat
dian ⁊ hiedelias filius phassur ⁊
iuchal filius selemie ⁊ phassur
filius melchie sermōes q̄s hieremias
loq̄batur ad oēm pplm dicēs. Hec dicit
dñs: Quicunq̄ mānserit in ciuitate hac
morietur gladio ⁊ fame ⁊ peste: q̄ aūt pfu
gerit ad chaldeos viuet. ⁊ erit aīa ei⁹
sospes ⁊ viuēs. Hec dic dñs. Tradēdo
tradet̄ ciuitas hec in manu exercitus re
gis babylōis. ⁊ capiet eam. Et dixerūt
principes regi. Rogam⁹ vt occidat̄ hō
iste. De industria enī dissoluit manus
virorū bellantiū qui remānserūt in ciuita
te hac. ⁊ manus vniuersi pplī. loq̄ns ad
eos vniūsa verba hec. Siquidē homo
iste non querit pacē pplo huic: sz malū
Et dixit rex sedechias. Ecce ipe in ma
nibus vestris est. Nec enī fas est vobis
quicq̄ negare. Tulerunt g̃ hieremiaz ⁊
miserūt eum in lacū melchie filij ama
lech q̄ erat in vestibulo carceris ⁊ submi
serūt hieremiā in funibus in lacū in quo

non erat aqua sed lutū. Descendit ita-
q; hieremias in cenum. Audiuit autez
abdemelech ethiops vir eunuchus q̄
erat ī domo reg̃: q̄ misissent hieremiā
in lacū. Porro rex sedebat ī porta ben-
iamin. Et egressus est abdemelech de
domo regis. ⁊ locutus est ad regē dicēs
Dñe mi rex male fecerūt viri isti omīa
quecūq; ꝑpetrarunt ꝯ hieremiā ꝓphaz
mittētes eū in lacū vt moriat̃ ibi fame
Nō sūt enī panes vltra ī ciuitate. Pre-
cepit itaq; rex abdemelch ethiopi dicēs
Tolle tecū hinc triginta viros. et leua
hieremiā ꝓphetā de lacu anteq̄ moriat̃
Assumptis g̃ abdemelech secū viris in
gressus ē domū reg̃ q̄ erat sub cellario
et tulit inde veteres pannos ⁊ antiq̄ q̄
ꝯputruerāt ⁊ submisit ea ad hieremiā
ī lacū ꝑ funicl'os. Dixitq; abdemelech
ethiops ad hieremiā ꝓphetā. Pone ve-
teres pannos ⁊ hec scissa ⁊ putrida sub
cubito manuū tuaꝝ: ⁊ sup funes. Fecit
ergo hieremias sic. Et extraxer̃t hiere-
miā funib⁹. ⁊ eduxerūt eū d̄ lacu. Man-
sit autē hieremias in vestibulo carcer̃.
Et misit rex sedechias. ⁊ tulit ad se hie
remiā ꝓphetam ad ostiū tertiū. q̄d erat
in domo dñi. Et dixit rex ad hieremiaz
Interrogo ego te sermonē ne abscon-
das a me aliq̄d. Dixit aūt hieremias ad
sedechiā. Si ānūciauero tibi: nunq̄d ñ
int̃ficies me? Et si ꝯsilium dedero tibi:
non me audies. Jurauit ergo rex sede
chias hieremie clam dicēs: Viuit dñs
qui fecit nob̄ aīam hanc? si occidero te
et si tradidero te in manus viroꝝ istoꝝ
qui q̄runt aīaz tuā. Et dixit hieremias
ad sedechiā: Hec dic̄ dñs exercituū de⁹
isrl': Si ꝓfectus exieris ad principes re
gis babylonis. viuet anīa tua ⁊ ciuitas
hec nō succendet̃ igni. ⁊ salu⁹ eris tu et
dom⁹ tua. Si aūt non exieris ad princi
pes reg̃ babylonis. tradet̃ ciuitas hec in
meo iſrl̄. Prope ei eſt vt veniat. Quia
ecce ego ad vos ⁊ conuertar ad vos: ⁊ ara
bimini ⁊ accipietis ſementē:⁊ multipli
cabo in vobis hoīes omnēq; domū iſrl̄.
Et habitabūtur ciuitates ⁊ ruinoſa in
ſtaurabunt̄:⁊ replebo vos hominib⁹ et iu
mentis ⁊ mlt̄iplicabunt̄ ⁊ creſcent. Et
habitare vos faciā ſicut a principio: bonis
q; dabo maiorib⁹q; habuiſtis ab initio
et ſcietis q⁹ ego dñs. Et adducā ſup vos
hoīes ppl̄m meuz iſrl̄ ⁊ hereditate poſſi⁄
debunt te. Et eris eis in hereditatem ⁊
non addes vltra vt abſq; eis ſis. Hec
dicit dñs de⁹. Pro eo q; dicūt de vob.de
uoratrix hominū es ⁊ ſuffocans gentez
tuam. Propterea homines nō comedes am
plius:⁊ gentē tuā nō necabis vltra ait
dñs deus. Nec auditam faciā in te am⁄
plius confuſionē gentiū:et opprobriuz
ppl̄orum nequaq; portabis:⁊ gentē tu⁄
am nō amittes amplius. ait dñs deus
Et factum eſt verbū dñi ad me dicens
Fili homīs:domus iſrl̄ habitauerūt in
humo ſua: ⁊ polluerūt eaz in vijs ſuis
et in ſtudijs ſuis. Juxta immūdiciam
menſtruate facta eſt via eor̄ coram me. ⁊
effudi indignatiōez meā ſup eos p̄ ſan
guine quē fuderūt ſup terrā. Et in ido
lis ſuis polluerūt eam:⁊ diſperſi eos in
gentes:⁊ ventilati ſunt ī terras. Juxta
vias eor̄ ⁊ adinuentōes eor̄ū iudicaui
eos. Et ingreſſi ſunt ad gētes ad q̄s in
troierunt:⁊ polluerūt nomē ſanctū me
um:cum diceret̄ de eis.ppl̄s dñi iſte eſt

et de terra eius ingressi sunt. Et peper-
ci nomini sancto meo: qđ polluerat do-
mus isrl' in gentibꝫ ad q̄s ingressi sunt
Idcirco dices domui isrl': Hec dic̄ dn̄s
deus. Non ꝓpter vos ego faciā domus
isrl': sꝫ ꝓpt' nomē sanctū meuꝫ qđ pollui-
stis in gentibꝫ ad q̄s intrast'. Et sancti-
ficabo nomē meū magnū qđ pollutum
est int' gentes: qđ polluistis in medio ea
rum: vt sciāt gentes qꝛ ego dn̄s. ait do
minus exercituū: cū sanctificat' fuero ī
vobis corā eis. Tollā quippe vos de gē-
tibus ⁊ congregabo vos de vniuersis ter
ris: ⁊ adducā vos in terrā vr̄ām. Et ef-
fundam sup̄ vos aq̄m mundā. ⁊ mūda
bimini ab om̄ibꝫ inquinamētis vestris
et ab vniuersis idolis vr̄is mūdabo vos.
Et dabo vobis cor nouū ⁊ spiritū nouū
ponam in medio vestri. Et auferam cor
lapideū de carne vestra: ⁊ dabo vobis cor
carneū: ⁊ spm̄ meū ponā ī medio vestri
Et faciā vt in p̄cept' meis ambulet': et
iudicia mea custodiat' ⁊ operiemini. Et
hītabitis in t̄ra quā dedi patribꝫ vestr'.
⁊ eritis mihi in ꝓpl'm: ⁊ ego ero vob' in
deum. Et saluabo vos ex vniuersis inq̄na
mentis vr̄is: ⁊ vocabo frumentū ⁊ mul
tiplicabo illud: ⁊ nō imponā vob' famez.
Et mltiplicabo fructū ligni ⁊ genimīa
agri vt nō portetis vltra opprobriuꝫ fa
mis in gentibꝫ. Et recordabimī viaruꝫ
vestraꝝ pessimaꝝ studioꝝqꝫ non bonorū
et displicebūt vob' iniq̄tates vestre ⁊ sce
lera vr̄a. Nō ꝓpt' vos ego faciaꝫ. ait dn̄s
deus. notū sit vobis. Confundimini et
erubescite sup̄ vijs vr̄is dom' isrl'. Hec
dicit dn̄s de'. In die q̄ mūdauero vos
ex om̄ibꝫ iniq̄tatibꝫ vestris ⁊ inhabitari
fecero vrbes et instaurauero ruinosa ⁊
terra deserta fuerit exculta q̄ quondam
erat desolata in ocul' om̄is viatoris. di-
cent. Terra illa inculta. facta ē vt hor
tus voluptatis: ⁊ ciuitates deserte ⁊ de
stitute atqꝫ suffosse munite sedert. Et
scient gētes q̄cunqꝫ derelicte fuerint in
circūitu vestro: qꝛ ego dn̄s edificaui dis
sipata: plantauiqꝫ inculta. ego dn̄s lo-
cutus suꝫ ⁊ fecerim. Hec dicit dn̄s de'.
Adhuc in hoc inueniēt me domus isrl'
vt faciam eis. Multiplicabo eos sic̄ gre
gem hominū vt gregē sanctū: vt gregē
hierl'm ī solēnitatibꝫ ei'. Sic erūt ciui
tates deserte plene gregibꝫ hominū. et
scient qꝛ ego dn̄s.

XXXVII

Facta est sup̄ me man' dn̄i: ⁊ edu
xit me in spū dn̄i: et dimisit me
in medio campi q̄ erat plen' ossi
bus: ⁊ circūduxit me p̄ ea in gyro. Erāt
aūt mlta valde sup̄ faciē campi: siccaqꝫ
vehement'. Et dixit ad me. Fili homīs:
putas ne viuēt ossa ista: Et dixi. Dn̄e
deus tu nosti. Et dixit ad me. Vaticina
re de ossibꝫ istis. Et dices eis: Ossa ari-
da audite v̄bū dn̄i. Hec dicit dn̄s deus
ossibꝫ his. Ecce ego intromittā in vos
spm̄ ⁊ viuetis. et dabo sup̄ vos neruos
et succrescere faciā sup̄ vos carnes. ⁊ su
p̄extendā in vob' cutem: ⁊ dabo vob' spm̄
et viuetis: ⁊ sciet' qꝛ ego dn̄s. Et ꝓphe-
taui sicut p̄cep̄at mihi. Factus est autē
sonitus ꝓphetante me et ecce cōmotio.
Et accesserūt ossa ad ossa: vnūqđqꝫ ad
iuncturā suam. Et vidi: ⁊ ecce super ea
nerui ⁊ carnes ascenderūt ⁊ extenta est
in eis cutis desup̄: ⁊ spm̄ nō habebant.
Et dixit ad me. Vaticinare ad spirituꝫ
vaticinare fili homīs: ⁊ dices ad spiritū
Hec dicit dn̄s deus. A q̄tuor ventis ve
ni spiritus ⁊ insuffla super interfectos
istos: et reuiuiscant. Et ꝓphetaui sicut
p̄cep̄at mihi. Et ingressus est in ea spi-
ritus: ⁊ reuixert steterūtqꝫ super pedes
suos exercit' grandis nimis valde. Et
dixit ad me. Fili homīs: ossa hec vniuersa
dom' isrl' est. Ipsi dicūt. Aruerūt ossa
nostra: ⁊ perijt spes nr̄a: ⁊ abscisi sum'.
Propterea vaticinare:: ⁊ dices ad eos
Hec dicit dn̄s de'. Ecce ego aperiaꝫ tu-
mulos vestros: ⁊ educā vos de sepulcr'
vestris ꝓpl's meus: et inducā vos in ter
ram isrl'. Et scietis qꝛ ego dn̄s cum ape
ruero sepulcra vestra: ⁊ eduxero vos de
tumulis vestris popule meus: ⁊ dedero
spiritum meum in vobis et vixeritis.
Et requiescere vos faciam sup̄ humuꝫ
vestram: ⁊ scietis quia ego dn̄s locut'.

sum et feci · ait dñs deus. Et factus est
sermo dñi ad me dicens. Et tu fili hoīs
sume tibi lignū vnū: et scribe sup illud
iude ⁊ filioꝝ isrl' socijs eius. Et tolle li-
gnum alteꝝ ⁊ scribe sup illud · ioseph li-
gnum effraim: et cuncte dom⁹ isrl' socio
rumq; eius. Et adiunge illa vnū ad al-
terum tibi ī lignū vnū: ⁊ erūt in vnio-
nē in manu tua. Cuz aūt dixerint ad te
filij populi tui loq̄ntes · nonne indicas
nobis q̄d in his velis? Loqueris ad eos
Hec dicit dñs de⁹. Ecce ego assumaz li-
gnum ioseph · qd̄ est in manu effraym
et tribus isrl' que sunt ei adiuncte · ⁊ da
bo eas ꝑiter cū ligno iuda ⁊ faciā eas in
lignū vnum: ⁊ erunt vnū in manu ei⁹.
Erunt aūt ligna sup q̄ scripseris in ma
nu tua in ocul' eoꝝ: ⁊ dices ad eos. Hec
dicit dñs deus. Ecce ego assumā filios
israel d̄ medio nationū ad q̄s abierunt
et congregabo eos vndiq; et adducam
eos ad humū suam. Et faciā eos in gē
tem vnā in terra in montib⁹ isrl': et rex
vnus erit oīb⁹ imperās. Et nō erūt vl
tra due gentes: nec diuident' amplius
in duo regna. Neq; polluentur vltra in
idolis suis et abominatōib⁹ suis · ⁊ cun
ctis iniq̄tatib⁹ suis: ⁊ saluos eos faciaz
de vniūsis sedib⁹ suis in q̄b⁹ peccauerāt
et emundabo eos. Et erūt mihi ꝓpl'us:
et ego ero eis deus ⁊ seruus me⁹ dauid
rex sup eos: ⁊ pastor vn⁹ erit omniū eo-
rum. In iudicijs meis ambulabūt et
mādata mea custodiēt ⁊ faciēt ea Et ha
bitabunt sup terrā quā dedi seruo meo
iacob in q̄ habitauerūt patres vestri: ⁊
habitabūt sup eam ipsi ⁊ filij eoꝝ ⁊ filij
filioꝝ eorum vsq; in sempit'nū: ⁊ dauid
seruus meus princeps eoꝝ in ꝑpetuuz
Et ꝑcutiam illis fedus pacis: pactum
sempit'nū erit eis. Et fundabo eos ⁊ ml'
tiplicabo: ⁊ dabo sanctificatōem meam
in medio eoꝝ in perpetuū. Et erit taber
naculū meū in eis · ⁊ ero eis deus ⁊ ipi
erunt mihi ꝓpl'us. Et scient gentes qꝛ
ego dñs sanctificator israel cum fuerit
sanctificatio mea in medio eoruz in per
petuum

XXXVIII

Et factus est ſmo dñi ad me di
cens. Fili hoīs: pone faciē tuaz
contra gog ⁊ terrā magog prin
cipem capitis mosoch et thubal: ⁊ vati
cinare de eo: ⁊ dices ad eum. Hec dicit
dñs deus. Ecce ego ad te gog principez
capitis mosoch ⁊ thubal. Et circūagaz
te ⁊ ponā frenum in maxillis tuis: ⁊ edu
cam te ⁊ omnē exercitū tuū · eq̄s ⁊ equi
tes vestitos loricis vniūsos · ml'titudiez
magnā hastam ⁊ clipeū arripientiuz et
gladium. Perse ethiopes ⁊ libyes cuz
eis · ⁊ om̄es scutati et galeati. Gomer
et vniuersa agmina eius · dom⁹ thogor
ma latera aquilonis ⁊ totū robur eius
populiq; ml'ti tecū. Prepara ⁊ instrue
te ⁊ omnē multitudinē tuaz q̄ coacer-
uata ē ad te: ⁊ esto eis in p̄ceptū. Post
dies multos visitaberis. In nouissimo
annoꝝ venies ad terrā que reuersa est a
gladio ⁊ congregata est de popul' ml'tis
ad montes isrl' qui fuer̄t deserti iugiter
Hec de ꝓpl'is educta est: ⁊ habitabūt in
ea confidēter vniuersi. Ascendēs autez
quasi tempestas venies: ⁊ q̄si nubes vt
operias terrā · tu ⁊ omnia agmina tua ⁊
populi multi tecū. Hec dicit dominus
deus. In die illa ascendent sermones
sup cor tuum: ⁊ cogitabis cogitationez
pessimā: et dices. Ascendam ad terram
absq; muro: veniam ad quiescentes ha
bitantesq; secure. Hi omues habitant
sine muro: vectes ⁊ porte non sunt eis
Vt diripias spolia ⁊ inuadas p̄dam vt
inferas manū tuam sup eos qui deser-
ti fuerant ⁊ postea restituti: ⁊ sup popu-
lum qui est cōgregatus ex gentib⁹ qui
possidere cepit ⁊ esse habitator vmbili-
ci terre. Saba ⁊ dedan et negociatores
tharsis ⁊ om̄es leones eius dicēt tibi.
Nunquid ad sumenda spolia tu venis?
Ecce ad diripiendam predam cōgrega
sti multitudinē tuaz vt tollas argentū
et aurum · ⁊ auferas supellectilem atq;
substantiā: ⁊ diripias manubias infini
tas. Propterea vaticinare fili hominis
et dices ad gog. Hec dicit domin⁹ deus
Nunquid non in die illo cū hītauerit

ꝓpulus meus iſrl̃ ꝓſidentꝫ ſcies et ve-
nies de loco tuo a lateribꝫ aq̃lonis tu ⁊
ꝓpuli ml̃ti tecū: aſcēſores equorū vni
uerſi. cetus magn⁹ ⁊ exercit⁹ vehemēs
et aſcendes ſuꝑ populū meū iſrl̃ q̃ſi nu
bes vt operias terrā: ⁊ In nouiſſimis di
ebus eris: ⁊ adducā te ſuper terrā meā
vt ſciant gentes me: cū ſanctificat⁹ fue
ro in te in oculis eoꝝ o gog. Hec dicit
dñs deus. Tu ḡ ille es de quo locut⁹ ſuꝫ
in diebus antiq̃s in manu ſeruoꝝ meo
rum ꝓphetaꝝ iſrael: qui ꝓphetauerūt in
diebus illoꝝ temporꝫ vt adducerē te ſu
per eos. Et erit in die illa. in die aduen
tus gog ſuꝑ terram iſrl̃. ait dñs deus.
aſcendet indignatō mea in furore meo
et in çelo meo. In igne ire mee locut⁹
ſum: q̃ in die illa erit cōmotio magna
ſuꝑ terrā iſrl̃: ⁊ ꝓmouebūt̃ a facie mea
piſces maris: ⁊ volucres celi ⁊ beſtie agri
et oīe reptile q̃ mouet̃ ſuꝑ humum
cunctiq̃ hoīes q̃ ſunt ſuꝑ faciez terre. Et
ſubuertent̃ montes ⁊ cadent ſepes: et
omis murus corruet in terram. Et cō
uocabo aduerſus eum in cunctis mon-
tibus meis gladiū. ait dominus deus.
Gladius vnuſcuiuſq̃ in fratrem ſuū
diriget̃. Et iudicabo eū peſte et ſangui
ne ⁊ imbre vehemēti ⁊ lapidibꝫ immē-
ſis. Ignē ⁊ ſulphur pluam ſuper eum
⁊ ſuꝑ exercitū ei⁹: ⁊ ſuꝑ ꝓplos ml̃tos q̃
ſunt cū eo. Et magnificabor ⁊ ſanctifica
bor: ⁊ notus ero in oculꝫ multaꝝ gentiū
et ſcient q̃ ego ſum dñs. XXXIX

Tu aūt fili hoīs vaticinare adū
ſum gog: ⁊ dices. Hec dic̃ dñs
deus. Ecce ego ſuꝑ te gog prīci
pem capit̃ moſach ⁊ thubal: ⁊ circuma-
gam te ⁊ educam te: ⁊ aſcendere te faci
am de lateribꝫ aquilonis: ⁊ adducam te
ſuper mōtes iſrl̃. Et pcutiam arcū tuū
in māu ſiniſtra tua: et ſagittas tuas de
manu dextera tua deiciam. Deiciaz te
ſuꝑ mōtes iſrl̃ et cades tu et oīa agmīa
tua et ꝓpli tui qui ſunt tecū. Feris. aui
bus. omnicꝫ volatili celi ⁊ beſtiis terre
dedi te ad deuorandū. Supꝑ faciez agri
cades: q̃ ego locutus ſum ait dñs deꝰ.

Et immittam ignē in magog et in hīs
qui habitant in inſulis ꝓfidenter: ⁊ ſcient
quia ego dñs. Et nomē ſanctū meum
notum faciā in medio ꝓpli mei iſrael: ⁊
nō polluā nomē ſctūm meū amplius: et
ſciant gentes q̃ ego dñs ſcūs iſrl̃ Ecce
venit: ⁊ factū ē ait dñs deus. Hec eſt di-
es de qua locutus ſum. Et egrediētur
hītatores de ciuitatibꝫ iſrl̃: ⁊ ſuccēdēt
et comburent arma. clipeū et haſtas ar
cū ⁊ ſagittas ⁊ baculos manuū ⁊ con-
tos: ⁊ ſuccendent ea igni ſeptem annis
Et non portabūt ligna de regionibꝫ ne
q̃ ſuccident de ſaltibꝫ: q̃m arma ſuccē-
dent igni ⁊ deꝑdabunt̃ eos quibꝫ prede
fuerūt: ⁊ diripient vaſtatores ſuos. ait
dñs deus. Et erit in die illa: dabo gog
locum nominatū ſepulcr̃ in iſrl̃. vallē
viatoꝝ ad orientē mar̃. q̃ obſtupeſcere
faciet ptereūtes. ⁊ ſepeliēt ibi gog ⁊ om
nem ml̃titudinē eius: ⁊ vocabit̃ vallis
multitudīs gog: ⁊ ſepelient eos dom⁹
iſrael. vt mūdēt terrā ſeptem menſibꝫ
Sepeliet autem eū omis ꝓpls terre: ⁊
erit eis nominata dies in q̃ glorificat⁹
ſum. ait dñs deus: Et viros iugiter cō
ſtituent luſtrantes terraz: qui ſepeliāt
et requirāt eos q̃ remanſerāt ſuꝑ faciē
terre vt emundēt eam. Poſt menſes
autē ſeptem q̃rere incipiēt: ⁊ circūibūt
peragrantes terrā. Cunq̃ viderint os
hoīs: ſtatuent iuxta illud titulum: do
nec ſepeliāt illud pollynctores in valle
ml̃titudinis gog. Nomē autē ciuitatis
amona: ⁊ mundabūt terrā. Tu ergo fi-
li hoīs. hec dicit dñs deus. Dic omni
volucri et vniuerſis auibꝫ cūctiſq̃ beſtijs
agri Conuenite, ꝓperate: concurrite vn
diq̃ ad victimā meā quā ego immolo
vobis victimā grandē ſuꝑ montes iſrl̃
vt comedatis carnes ⁊ bibat̃ ſanguiez
Carnes fortiū comedet̃: ⁊ ſanguinez
principū terre bibetis. arietū ⁊ agnorū
et hircoꝝ tauroꝝq̃ et altilium ⁊ pinguiū
ouiū Et comedetis adipē in ſaturitatē
et bibetis ſanguinē in ebrietatē de victi
ma quā ego immolaui vob: ⁊ ſaturabi-
mini ſuꝑ menſam meam de equo ⁊ de

equite forti:⁊ de vniuſis viris bellatoribus·ait dñs deus. Et ponaz gl'iam meã in gentiby et videbũt oñes gentes iudiciũ meũ q̃ fecerim:⁊ manuz meam quã poſuerim ſup eos:⁊ ſcient domus iſrl'q; ego dñs deus eoz a die illa et deinceps. Et ſcient gentes qñ in iniq̃tate ſua capta ſit dom⁹ iſrl':⁊ dereliq̃rit me ⁊ abſcõderim faciẽ meã ab eis:⁊ tradiderim eos in manus hoſtiũ:⁊ ceciderint ĩ gladio vniuerſi. Juxta immũdiciã eorum ⁊ ſcelus feci eis:et abſcondi faciez meaz ab illis. Propterea hec dicit dñs deus. Nũc reducã captiuitatẽ iacob: et miſerebor oĩs dom⁹ iſrl'. Et aſſumã çelũ p nomie ſcõ meo ⁊ portabũt confuſionez ſuã et oẽm p̃uaricatõem quã preuaricati ſunt in me cũ hĩtauerint in terra ſua confidẽt neminẽ formidantes:⁊ reduxero eos de pplis:⁊ congregauero ỹ terris inimicoz ſuoruz:⁊ ſcificatus fuero in eis in oculis gentiũ plurimaz. Et ſcient q; ego dñs deus eoz eo q; tranſtulerim eos in nationes:⁊ congregauerim eos ſup terrã ſuã:⁊ nõ dereliq̃riz q̃nq̃ ex eis ibi. Et nõ abſcondã vltra faciem meaz ab eis:eo q; effuderim ſpm meuz ſup oẽm domũ iſrl'ait dñs de⁹.

XL

In vigeſimoq̃nto anno tranſmigratiõis nr̃e in exordio anni decima menſis q̃rtodecimo anno poſtq̃ pcuſſa eſt ciuitas :in ipſa hac die facta eſt ſup me man⁹ dñi:⁊ adduxit me illuc in viſionib⁹ dei. Adduxit me in terram iſrl·⁊ dimiſit me ſup montẽ excelſum nimis· ſup quẽ erat q̃ſi edificiũ ciuitatis vergentis ad auſtz⁊ introduxit me illuc. Et ecce vir cui⁹ erat ſpẽs q̃ſi ſpecies eris:⁊ funicul⁹ lineus in manu eius:⁊ calamus menſure in manu ei⁹. Stabat aũt in porta:⁊ locut⁹ eſt ad me idem vir. Fili hoĩs ·vide oculis tuis et auribus tuis audi:⁊ pone cor tuum in omĩa que ego oñdam tibi:q; vt oñdantur tibi adductus es huc. Annuncia omĩa que tu vides domui iſrl'. Et ecce mur⁹ forinſecus in circũitu domus vndiq̃ ⁊ in manu viri calamus menſure ſex cubitoz⁊ palmo. Et menſus eſt latitudinẽ edificij calamo vno·altitudiez quoq; calamo vno. Et venit ad portaz que reſpiciebat viam orientalẽ:⁊ aſcendit p gradus eius. Et menſus eſt limẽ porte calamo vno:latitudinẽ·id ẽ limẽ vnum calamo vno in latitudine:⁊ thalamũ vno calamo in longũ:⁊ vno calamo in latum:⁊ inter thalamos quinq; cubitos:⁊ limen porte iuxta veſtibulũ porte intrinſec⁹ calamo vno. Et mẽſus eſt veſtibulũ porte octo cubitoz:⁊ frontem eius duob⁹ cubitis. Veſtibulũ autem porte erat intrinſecus. Porro thalami porte ad viam orientalẽ tres hinc et tres inde:menſura vna triũ:⁊ mẽſura vna frontiũ ex vtraq; pte. Et menſus eſt latitudinẽ liminis porte decẽ cubitoz:⁊ longitudinẽ porte tredecĩ cubitorum:⁊ marginẽ añ thalamos cubiti vni⁹:⁊ cubit⁹ vnus finis vtrimq;. Thalami aũt ſex cubitoz erant hinc et inde Et mẽſus eſt portã a tecto thalami vſq; ad tectũ eius·latitudinez vigintiq̃nq; cubitoz:oſtium ỹ oſtiũ. Et fecit frontes p ſeraginta cubitos:⁊ ad frontẽ atrium porte vndiq; p circũitum:⁊ añ faciem porte q̃ pringebat vſq; ad faciez veſtibuli porte interioris q̃nq̃ginta cubitos:⁊ feneſtraſ obliq̃s in thalamis ⁊ in frontib⁹ eoz q̃ erant intra portã vndiq; p circũitũ. Similr aũt erant ⁊ in veſtibulis feneſtre p gyrum intrinſec⁹:⁊ añ frõtes pictura palmarũ celata. Et eduxit me ad atriũ exteriuſ:⁊ ecce gaçophilatia ⁊ pauimentũ ſtratũ lapide ĩ atrio per circũitum. Triginta gaçophylatia in circũitu pauimẽti:⁊ pauimentuz in fronte portarũ fm longitudinẽ portaz erat inferius. Et mẽſus eſt latitudinez a facie porte inferioris vſq; ad frontem atrij interioris extrinſec⁹:centum cubitos ad orientẽ et aquilonẽ. Portaz vero que reſpiciebat viã aq̃lonis atrij exterioris menſus eſt:taz in longitudine q̃ in latitudĩe:⁊ thalamos ei⁹ tres hĩc et tres inde ⁊ frontẽ eius ⁊ veſtibuluz eius fm menſuram porte prioris q̃nq̃

ginta cubitoꝝ longitudinē eius: ⁊ lati-
tudinem viginq̄nq̄ cubitoꝝ. Fenestre
aūt eius ⁊ vestibulū ⁊ sculpture ꝟm mē
suram porte que respiciebat ad orientē
et septē graduuz erat ascensus ei⁹. Et
vestibulū ante eam ⁊ porta atrij interio
ris contra portā aquilonis ⁊ orientalē.
Et meusus est a porta vsq̄ ad portā: cē-
tum cubitos. Et eduxit me ad viaz au-
stralem: ⁊ ecce porta que respiciebat ad
austꝝ. Et mensus est frontē eius et ve
stibulum eius iuxta mensuras superio
res ⁊ fenestras ei⁹ ⁊ vestibula in circūi-
tu sicut fenestras ceteras: quinq̄ginta
cubitoꝝ longitudine: ⁊ latitudīe vigin
tiquinq̄ cubitoꝝ: ⁊ in g̃dib⁹ septē ascen
debatur ad eam. Et vestibuluz añ fores
eius: ⁊ celate palme erant vna hinc et
altera inde in fronte eius: ⁊ porta atrij
interioris in via australi. Et mensus ē
a porta vsq̄ ad portaz in via australi cen
tum cubitos. Et introduxit me in atri
um interius ad portaz australē: et men
sus est portaz iuxta mensuras supiores
thalamū eius ⁊ frontē eius ⁊ vestibulū
eius hisdem mēsuris: ⁊ fenestras ei⁹ et
vestibulū eius in circūitu q̄nq̄ginta cu
bitos longitudinis ⁊ latitudīs viginti
quīq̄ cubitos: ⁊ vestibulū ꝑ gyrū lon-
gitudine vigintiq̄nq̄ cubitoꝝ: ⁊ latitu-
dine q̄nq̄ cubitoꝝ. Et vestibulū ei⁹ ad
atriū exterius: ⁊ palmas eius in fronte
et octo gradus erant quib⁹ ascendebat̄
ꝑ eam. Et introduxit me in atriū inte-
rius ꝑ viam orientalē: ⁊ mensus ē por-
tam ꝟm mēsuras supiores: thalamum
eius et frontē ei⁹ ⁊ vestibulū eius sicut
supra. et fenestras ei⁹ ⁊ vestibula in cir-
cūitu. longitudine q̄nq̄ginta cubitorū
et latitudine vigintiq̄nq̄ cubitoꝝ: ⁊ ve
stibulū eius. i. atrij exterioris et palme
celate in fronte eius hinc ⁊ inde ⁊ in oc
to gradib⁹ ascensus ei⁹. Et introduxit
me ad portaz q̄ respiciebat ad aq̄lonem
Et mensns est ꝟm mēsuras superiores
thalamū eius ⁊ frontē eius ⁊ vestibu
lum eius ⁊ fenestras eius ꝑ circūitum:
longitudine quinq̄ginta cubitoꝝ: ⁊ la-
tidine vigintiq̄nq̄ cubitoꝝ: ⁊ vestibulū
eius respiciebat ad atriū exterius. ⁊ ce-
latura palmaruz in fronte eius hinc et
inde: ⁊ in octo gradib⁹ ascensus eius: ⁊
per singula gaçophylatia ostiū in fron-
tibus portarū ibi lauabant holocaustū
Et in vestibulo porte due mense hinc:
et due mense inde. vt immolet̄ sup̄ eas
holocaustū ⁊ pro peccato ⁊ ꝓ delicto. Et
ad latus exteri⁹ qd̄ ascendit ad ostiū por
te que ꝑgit ad aquilonez due mense: ⁊
ad latus alterum ante vestibulum por-
te due mense. Quattuor mense hinc ⁊
quattuor mense inde: per latera porte
octo mēse erant super quas īmolabāt.
Quattuor autē mense ad holocaustuz
de lapidibus quadris extructe. longitu
dine cubiti vnius ⁊ dimidij: ⁊ latitudi-
ne cubiti vnius ⁊ dimidij: ⁊ altitudine
cubiti vnius: super quas ponent vasa
in quib⁹ immolat̄ holocaustū ⁊ victima
Et labia earum palmi vnius: reflexa in
trinsecus per circūitum. Super men-
sas autē carnes oblatiōis. Et extra por
tam interiorem gaçophylatia cantorū
in atrio interiori quod erat ī latere por
te respiciētis ad aquilonez: ⁊ facies eo-
rum contra viaz australē: vna ex latere
porte orientalis: que respiciebat ad viā
aquilonis. Et dixit ad me. Hoc ē gaço
phylatium quod respicit viam meridi
anam. sacerdotū qui excubant in custo
dijs templi. Porro gaçophylatiuz qd̄
respicit ad viam aquilonis. sacerdotuz
erit qui excubant ad ministeriū altaris
Isti sunt filij sadoch qui accedunt de
filijs leui ad dn̄m vt mīstrēt ei. Et mē-
sus est atriū lōgitudine centū cubitoꝝ
et latitudīe centū cubitoꝝ ꝑ quadruz ⁊
altare añ faciē templi. Et ītroduxit me
in vestibulū templi: ⁊ mensus ē vestibu
lum q̄nq̄ cubitꝫ hinc: ⁊ q̄nq̄ cubitꝫ inde
et latitudinē porte triū cubitoꝝ hinc ⁊
triū cubitoꝝ inde. lōgitudinē aūt vesti-
buli vigīti cubitoꝝ ⁊ latitudinē vndecī
cubitoꝝ. Et octo gradib⁹ ascendebatur
ad eā: ⁊ colūne erant in frontibus vna
hinc et altera inde.

XLI

Et introduxit me in templū:et mēsus est frontes sex cubitos latitudinis hinc:et sex cubitos latitudinis inde:latitudinem tabernaculi. Et latitudo porte decem cubitorū erat ⁊ latera porte quinq cubitis hinc: et quinq inde. Et mensus est longitudinem eius quadraginta cubitor:⁊ latitudinem viginti cubitorū. Et introgressus intrinsecus mensus est in fronte porte duos cubitos:⁊ portam sex cubitorum:⁊ latitudinē porte septez cubitorum. Et mēsus est longitudinē eius viginti cubitor:⁊ latitudinē ei⁹ viginti cubitor ante faciez templi. Et dixit ad me. Hoc est sanctū sanctor. Et mēsus est parietē dom⁹ sex cubitor:⁊ latitudinem lateris q̄tuor cubitor vndiq per circumituz dom⁹. Latera autem latus ad latus bis trigintatrium. Et erant eminētia q̄ ingredient p parietē dom⁹ in lateribus per circumitū vt continerent ⁊ non attingerēt parietez templi. Et platea erat in rotūdū ascendēs sursum p cochleam:⁊ in cenaculū templi deferebat p gyruz. Idcirco latius erat templū in superioribus:⁊ sic de inferioribus ascendebat ad superiora:⁊ in mediū Et vidi in domo altitudinē p circūituz fundata latera ad mēsurā calami sex cubitor spatio:⁊ latitudinē p parietez lateris forinsecus q̄nq cubitor. Et erat interior domus in lateribus dom⁹. Et inter gaçophylatia latitudinez viginti cubitorum in circūitu domus vndiq. Et ostium lateris ad orationem·ostiuz vnum ad viam aq̄lonis:⁊ ostiū vnum ad viam australē:et latitudinez loci ad orationem quīq cubitor in circumitu Et edificiū qđ erat separatū versumq ad viam respicientē ad mare·latitudis septuaginta cubitor:paries autē edificij quinq cubitor latitudis p circūitū ⁊ longitudo ei⁹ nonaginta cubitor. Et mēsus est dom⁹ lōgitudinē centuz cubitorū:⁊ qđ sepatū erat edificiuz et parietes eius longitudis centū cubitorum Latitudo aūt añ faciez dom⁹:⁊ eius qđ erat sepatum contra orientē centuz cubitorū. Et mensus ē longitudinē edificij contra faciē eius qđ erat sepatuz ad vrsum lxcthxcas extra pte centum cubitor:⁊ templū interius:⁊ vestibula atrij·limina ⁊ fenestras obliquas: lxcthxcas in circūitu per tres partes contra vniuscuiusq limē stratumq ligno p gyrum in circūitu. Terra aūt vsq ad fenestras:⁊ fenestre clause sup ostia:et vsq ad domum interiorē et forinsecus ⁊ omnem parietez in circumitu intrinsecus ⁊ forinsecus ad mensurā:⁊ fabre facta cherubin et palme. Et palma inter cherub et cherub. Duasq facies hēbat cherub:faciem hominis iuxta palmam ex hac parte: et faciē leōis iuxta palmā ex alia pte expressam. Per omnem domum in circūitu de terra vsq ad superiorem partē:cherubin et palme celate erant in pariete templi. Limen q̄dranguli:⁊ facies sanctuarij aspectus cōtra aspectuz. Altaris ligneī trium cubitorum altitudo:et longitudo ei⁹ duor cubitor:⁊ anguli ei⁹ et lōgitudo eius ⁊ parietes eius ligneī. Et locutus est ad me. Hec est mensa coram dño. Et duo ostia erāt in templo·et in sanctuario et in duob⁹ ostijs extractq pte bina erāt ostiola q̄ in se inuicē plicabāt Bina enī ostia erant extractq parte ostiorum. Et celata erant in ipsis ostijs templi cherubin ⁊ sculptura palmar·sicut in parietibus q̄z expssa erant. Quamobrem et grossiora erāt ligna in vestibuli fronte forinsec⁹:sup q̄ fenestre obliq et filitudo palmar hinc atq inde ī humerulis vestibuli ⁊m latera dom⁹ latitudinem q̄ parietum.

XLII

Et eduxit me in atrium exteri⁹ per viam ducentem ad aquilonem. Et induxit me in gaçophylatium quod erat contra separatū edificium: et contra edem vergentem ad aquilonem·in facie lōgitudinis centum cubitos ostij aquilonis: et latitudinis quīquaginta cubitos contra viginti cubitos atrij interioris: ⁊ contra

pauimentū stratū lapide atrij exteriorꝭ
vbi erat portic⁹ iuncta porticui triplici
Et ante gaçophylatia deambulatio de
cē cubitoꝝ latitudīs·ad interiora respi
ciens vie cubiti vnius. Et ostia eoꝝ ad
aq̄lonē vbi erant gaçophilatia in supe-
rioribꝫ humiliora: qꝛ supportabāt porti
cus que ex illis eminebāt d̄ inferioribꝫ
et de medijs edificij. Tristega enī erāt
et nō hēbant columnas sicut erant co-
lumne atrioꝝ Propterea eminebāt de
inferioribꝫ et de medijs a terra cubitis
q̄nq̄ginta. Et peribolus exterior ꝑm ga
çophilatia que erāt in via atrij exterio
ris añ gaçophylatia. Longitudo ei⁹ q̄n
quaginta cubitorum: quia longitudo
erat gaçophylatiorum atrij exterioris
quinq̄ginta cubitorum·⁊ lōgitudo añ
faciem templi centū cubitoꝝ. Et erat
subter gaçophylatia hec· introitus ab
oriente ingredientiū in ea de atrio exte
riori in latitudine periboli atrij qd̄ erat
contra viam orientalē in faciez edificij
separati. Et erāt añ edificiū gaçophilatia
⁊ via añ faciē eoꝝ iuxta silitudinē gaço
phylatioꝝ que erant in via aquilonis.
Scd̄m longitudinē eoꝝ sic ⁊ latitudo
eoꝝ ⁊ omīs introitus eoꝝ ⁊ similitudi
nes ⁊ ostia eoꝝ ꝑm ostia gaçophylatio-
rum q̄ erāt in via respiciente ad nothū
Ostium in capite vie: que via erat añ
vestibulū separatū per viam orientalē
ingrediētibꝫ. Et dixit ad me: Gaçophi
latia aquilonis ⁊ gaçophylatia austri q̄
sunt ante edificiū separatū·hec sunt ga
çophylatia sancta in quibꝫ vescunt̄ sa-
cerdotes qui appropinq̄nt ad dominuz
in sancta scōꝝ. Ibi ponent sancta scōꝝ
et oblationē ꝓ peccato ⁊ ꝓ delicto. Loc⁹
enī sanctus est. Cum autē ingressi fue
rint sacerdotes: nō egredient̄ de sanctꝭ
in atrium exteri⁹. Et ibi reponent vesti
menta sua in quibꝫ ministrāt: qꝛ sancta
sunt·vestienturq̄ vestimētis alijs: et sic
ꝓcedent ad ꝓpl'm. Cunq̄ ꝯplesset men
suras domus interioris: eduxit me per
viam porte q̄ respiciebat ad viam orien
talem: et mensus est eam vndiq̄ ꝑ cir-
cumitum. Mensus est autem contra
ventum orientalē calamo mensure q̄n
gētos calamos: ī calamo mēsure ꝑ cir-
cūitum. Et mēsus est ꝯ ventū aq̄lonis
quingētos calamos: in calamo mēsure
per gyꝝ. Et adventū australē mēsus est
quingētos calamos: in calamo mēsu-
re ꝑ circūitū. Et ad ventū occidentalez
mēsus est q̄ngētos calamos: in calamo
mēsure. Per q̄ttuor ventos mēsus est
murū ei⁹ vndiq̄ ꝑ circūitū· lōgitudīez
q̄ngentoꝝ cubitoꝝ· ⁊ latitudinē q̄ngen
toꝝ cubitoꝝ: diuidentē int̄ sanctuariuz
et vulgi locum.

XLIII

Et duxit me ad portam q̄ respi-
ciebat ad viā orientalē. Et ecce
gl'ia dei isrl' ingrediebat̄ ꝑ viam
orientalē: ⁊ vox erat ei q̄si vox aq̄ꝝ mul-
tarū ⁊ t'ra splēdebat a maiestate ei⁹. Et
vidi visionem ꝑm spēm quā videram
q̄n venit vt disꝑderet ciuitatē: ⁊ species
ꝑm aspectum quez viderā iuxta fluuiū
chobar. Et cecidi suꝑ faciem meaz. Et
maiestas domini ingressa est templuz:
per viaz porte que respiciebat ad orien-
tem. Et eleuauit me spūs: et introdux
it me in atrium interius Et ecce reple
ta erat gl'ia dñi·domus: Et audiui lo-
quentē ad me de domo. Et vir qni sta-
bat iuxta me·dixit ad me: Fili hominis
locus solij mei: et locus vestigioꝝ pedū
meoꝝ. vbi habito in medio filioꝝ israel
in eternū. Et nō polluet vltra domus
isrl' nomen sanctū meū: ip̄i ⁊ reges eoꝝ
in fornicationibꝫ suis ⁊ in ruinis regū
suorum et in excelsis qui fabricati sunt
limē suū iuxta limē meū: ⁊ postes suos
iuxta postes meos: ⁊ murus erat inter
me ⁊ eos. Et polluerūt nomē sanctum
meū in abominatiōibꝫ q̄s fecerūt ꝓpter
quod cōsumpsi eos in ira mea. Nunc
ergo repellant ꝓcul fornicatiōem suaz
et ruinas regum suorū a me et habita-
bo in medio eorum semper. Tu autem
fili homīs: ostende domui israel tēpluz
et confundātur ab iniquitatibus suis:
et metiant̄ fabricam: ⁊ erubescāt ex om
nibꝫ q̄ fecert̄. Figurā dom⁹ ⁊ fabrice ei⁹

ritus ⁊ introit⁹: ⁊ omnē descriptionez
eius ⁊ vniūsa p̄cepta eius· cunctumq;
ordinē eius: ⁊ oēs leges eius oñde eis
et scribe in oculis eoz vt custodiāt oēs
descriptōnes eius ⁊ p̄cepta illi⁹ ⁊ faciāt
ea. Ista est lex dom⁹ in summitate mō⁹
tis. Oñis fines eius ī circūitu· sanctū
sanctoz est. Hec est ḡ lex dom⁹. Iste au
tem mēsure altaris in cubito veriſſimo
qui hēbat cubitū ⁊ palmū. In sinu ei⁹
erat cubitus: ⁊ cubit⁹ in latitudie: ⁊ de⁹
finitio eius vsq; ad labiū ei⁹: ⁊ in circūi
tu palm⁹ vnus. Hec q̄z erat fossa altar⁹
Et de sinu terre vsq; ad crepidinez no⁹
uissimam duo cubiti: ⁊ latitudo cubiti
vnius: ⁊ a crepidine minore vsq; ad cre
pidinē maiorē quattuor cubiti ⁊ latitu
do cubiti vni⁹. Ipe aūt ariel q̄ttuor cu
bitoz: ⁊ ab ariel vsq; ad sursum cornua
quattuor. Et ariel duodecim cubitorū
in longitudine p̄ duodecim cubitos la
titudinis: q̄drangulatū equis lateri⁹.
Et crepido q̄tuordecim cubitoz longi
tudis p̄ q̄ttuordecim cubitos latitudi⁹
nis in q̄ttuor angulis eius: ⁊ corona in
circumitu eius dimidij cubiti: ⁊ sinus
eius vnius cubiti p̄ circūituz. Gradus
autē ei⁹ versi ad orientē. Et dixit ad me
Fili hom̄is: hec dicit dñs de⁹. Hi sunt ri
tus altar⁹ in q̄cunq; die fuerit fabrica⁹
tum vt offerat sup̄ illud holocaustuz et
effundatur sanguis. Et dabis sacerdo⁹
tib⁹ ⁊ leuitis q̄ sunt de semine sadoch q̄
accedūt ad me· ait dñs deus· vt offerāt
mihi vitulū de armēto p̄ pctō. Et assu
mens de sanguīe eius pones sup̄ q̄tuor
cornua eius ⁊ sup̄ q̄ttuor angulos cre⁹
pidinis ⁊ sup̄ coronā in circūitu: ⁊ mū⁹
dabis illud ⁊ expiabis. Et tolles vitu⁹
lum q̄ oblatus fuerit p̄ pctō: ⁊ cōbures
eum in sepato loco dom⁹ extra scūariū
Et in die secūda offeres hircū capraru
immaculatū p̄ pctō: ⁊ expiabunt altare
sicut expiauerūt in vitulo. Cūq; cōpleue
ris expians illud· offeres vituluz de ar⁹
mento īmaculatū: ⁊ arietē de grege im⁹
maculatū ⁊ offeres eos in cōspectu dñi
Et mittent sacerdotes sup̄ eos sal: ⁊ of
ferent eos in holocaustū dño. Sep tez
diebus facies hircum p̄ pctō quoti die
et vitulū de armento ⁊ arietē de pecor⁹
bus īmaculatos offerēt. Septē dieb⁹
expiabūt altare ⁊ mūdabūt illud et im
plebūt manū ei⁹. Expleti aūt septē dieb⁹
in die octaua ⁊ vltra facient sacerdotes
sup̄ altare holocausta vra: ⁊ q̄ p̄ pace of⁹
ferūt ⁊ placat⁹ ero vob̄ ait dom⁹ de⁹

Et conuertit me ad XLIIII
viā porte sanctuarij exterioris q̄
respiciebat ad orientē: ⁊ erat clau
sa: ⁊ dixit dñs ad me. Porta hec clausa
erit ⁊ nō operiet⁹ ⁊ vir nō transiet p̄ eaz
qm̄ dñs de⁹ isr̄l ingressus ē p̄ eā· eritq;
clausa principi. Princeps ipe sedebit ī
ea vt comedat panez coram dño. Per
viā porte vestibuli ingrediet⁹ ⁊ p̄ viā ei⁹
egrediet⁹. Et adduxit me p̄ viā porte aq̄
lonis in ꝯspectu dom⁹: ⁊ vidi: ⁊ ecce im
pleuit gl̄ia dñi domū dñi. Et cecidi in
faciē meā ⁊ dixit ad me dñs. Fili hom̄is
pone cor tuū et vidi oculi tuis ⁊ auri⁹
tuis: audi omīa q̄ ego loquor ad te· de
vniūsis cerimonīs dom⁹ dñi ⁊ de cun⁹
ctis legib⁹ eius. Et pones cor tuum in
vīs templi p̄ oñis exit⁹ scūarij: ⁊ dices
ad exasperantē me domū isr̄l. Hec dicit
dñs de⁹. Sufficiant vob̄ oīa scelera vra
domus isr̄l: eo q̄ inducitis filios alie⁹
nos incircūcisos corde et incircūcisos
carne vt sint in scūario meo ⁊ polluant
domū meā· ⁊ offertis panes meos adi⁹
pem et sanguinē· ⁊ dissoluistis pactum
meū in omīb⁹ sceleri⁹ vestris: ⁊ nō ser⁹
uastis p̄cepta sanctuarij mei: ⁊ posuist⁹ cu⁹
stodes obs̄uationū meaz in sanctuario
meo vobismetipsis. Hec dicit dñs de⁹.
Omnis alienigena incircūcisus corde
et incircūcisus carne nō ingredie⁹ san⁹
ctuariū meū oīs fili⁹ alien⁹ q̄ est in me⁹
dio filioz isr̄l. Ez ⁊ leuite q̄ longe recel
serunt a me in errore filioz isr̄l et erra
uerunt a me post idola sua· ⁊ portauerūt
iniq̄tatē suā: erunt in scūario meo edi⁹
tui ⁊ ianitores portaz dom⁹ et ministri
domus: Ipsi mactabūt holocausta ⁊ vi
ctimas pp̄li: ⁊ ipi stabūt in ꝯspectu eoz

vt miniſtrent eis. Pro eo q̄ miſtrauerunt illis in cōſpectu idolorū ſuorū: et facti ſunt domui iſrl̄ in offendiculū iniq̄tatis. idcirco leuaui manū meā ſup eos ait dñs de⁹: et portauerūt iniq̄tatē ſuam. Et nō appropinquabūt ad me vt ſacerdotio fungant̄ mihi neq̄ accedēt ad oē ſanctuariū meū iuxta ſancta ſanctorū: ſz portabunt confuſionē ſuam et ſcelera ſua q̄ fecerūt. Et dabo eos ianitores dom⁹ et in oī miniſterio eius: et vniuſis q̄ fient in ea. Sacerdotes aūt et leuite filij ſadoch q̄ cuſtodierūt cerimonias ſcūarij mei cū errarēt filij iſrl̄ a me: ipi accedēt ad me vt miſtrent mihi: et ſtabūt in cōſpectu meo vt offerāt mihi adipē et ſanguinē ait dñs de⁹. Ipſi ingredient̄ ſanctuariū meū: et ipi accedēt ad mēſaz meam vt miniſtrēt mihi et cuſtodiant cerimonias meas. Cunq̄ ingredient̄ portas atrij interioris veſtib⁹ lineis induētur. nec aſcendet ſup eos quicq̄ laneuz q̄n miniſtrāt in portis atrij interioꝛ et intrinſec⁹. Vitte lineē erūt in capitib⁹ eorū: et feminalia linea erūt in lūbis eorū et nō accingent̄ in ſudore. Cunq̄ egredient̄ atriū exteri⁹ ad pp̄l̄m: exuēt ſe veſtimentis ſuis in q̄b⁹ miſtrauerāt: et reponent ea in gaçophylatio ſcūarij et veſtient ſe veſtimētis alijs: et nō ſanctificabūt pp̄l̄m i veſtib⁹ ſuis. Caput aūt ſuuz nō radēt neq̄ comā nutriēt: ſz tondentes attondēt capita ſua: et vinū nō bibet omis ſacerdos q̄n ingreſſur⁹ ē atriū interius. Et viduā et repudiatā nō accipient vxores: ſz vgines de ſemīe dom⁹ iſrl̄ Oz et viduā q̄ fuerit vidua a ſacerdote accipiēt: et pp̄l̄m meū docebūt q̄d ſit int̄ ſanctū et pollutū: et int̄ mundū et immūdum oſtendent eis. Et cū fuerit p̄trouerſia ſtabūt in iudicijs meis et iudicabūt. Leges meas et p̄cepta mea in omnib⁹ ſolēnitatib⁹ meis cuſtodient: et ſabbata mea ſāctificabūt. Et ad mortuū hoiem nō ingredient̄ ne polluant̄: niſi ad p̄rē et mrēm et filiū et filiam et frēm et ſororē que alterū virum non habuerit in quibus contaminabūtur. Et poſtq̄ fuerit emundatus. ſeptem dies numerabunt ei: et in die introitus ſui in ſanctuariū ad atriū interius vt miniſtret mihi in ſanctuario: offeret p̄ peccato ſuo. ait dominus deus. Non erit autem eis hereditas: ego hereditas eor̄. Et poſſeſſionem nō dabitis eis in iſrl̄. ego enim poſſeſſio eor̄. Victimā et p̄ peccato et p̄ delicto ipſi comedēt: et oē votū in iſrl̄ ipſor̄ erit. Et primitiua omniū primogenitor̄ et omia libamēta ex oībus q̄ offerūtur: ſacerdotū erūt. Et primitiua cibor̄ veſtror̄ dabitis ſacerdoti: vt reponat bñdictionē domui ſue. Oīe morticinū et captū a beſtijs de auib⁹ et de pecorib⁹ nō comedēt ſacerdotes.

XLV

Cunq̄ ceperitis terraz diuidere ſorte: ſeparate primitias dño ſanctificatū de terra longitudine vigintiq̄nq̄ milia et latitudie decem milia. Sanctificatū erit in omni termino ei⁹ p̄ circūituz. Et erit ex oī p̄te ſanctificatū quīgentos p̄ q̄ngētos q̄dratā p̄ circūitū et q̄nq̄ginta cubitos ī ſuburbana ei⁹ p̄ gyr̄. Et a mēſura iſta menſurabit longitudinē vigintiq̄nq̄ miliuz et latitudiez decē miliū. Et in ipo erit tē plū ſanctū q̄ſ scor̄: ſcificatū de tra erit ſacerdotib⁹ miniſtris ſcūarij: q̄ accedunt ad miniſteriū dñi. Et erit eis loc⁹ in domos et in ſcūariū ſanctitatis. Vigintiq̄nq̄ aūt milia longitudis et decē milia latitudis erūt leuitis q̄ miniſtrāt domui Ipſi poſſidebūt viginti gaçophilatia. Et poſſeſſionē ciuitatis dabitis q̄nq̄ milia latitudis: et lōgitudinis vigintiq̄nq̄ milia. p̄ ſepationē ſcūarij oī domui iſrael. Principi aūt hinc et inde ī ſepationem ſcūarij et ī poſſeſſionē ciuitatis et ꝯ faciem ſepationis ſanctuarij et contra faciez poſſeſſiōis vrbis a latere maris vſq̄ ad mare: et a latere orientis vſq̄ ad orientem. Longitudinis autez iuxta vnamquanq̄ p̄tem a termino occidētali vſq̄ ad terminū orientalem: de terra erit ei poſſeſſio in iſrl̄. Et nō deſolulabuntur vltra p̄incipes pp̄l̄m meum: ſed terrā dabūt domui iſrl̄ p̄m tribus eor̄. Hec

dicit dñs deus. Sufficiat vob pncipes israel:iniqtatē ⁊ rapinas intermittite: et iudiciū ⁊ iusticiā facite. Depate cōfi/nia vestra a pplo meo·ait dñs de⁹. Sta/tera iusta ⁊ ephi iustū ⁊ batus iusti⁹ erit vobis. Ephi ⁊ batus equalia et vnius mensure erūt. vt capiant decimā ptem chori batus ⁊ decimā partem chori ephi Juxta mensurā chori erit equa libratio eorum. Siclus autē viginti obolos hz Porro viginti sicli et vigintiqnq; sicli et quindecim sicli minā faciunt. Et hc sunt primitie qs tolletis·sextam ptem ephi de choro frumenti ⁊ sextam partez ephi de choro hordei. Mensura q̄z olei. Batus olei decima pars chori est: quia decem bati implēt chor. Et arietē vnuz de grege ducētor de his q̄ nutriuit isrl̄ in sacrificiuz ⁊ in holocaustū ⁊ in pacifi/ca:ad erpiandū pro eis ait dñs de⁹. Om nis pplus terre tenebit̄ primitijs his principi in israel. Et sup principez erūt holocausta ⁊ sacrificiū ⁊ libamina in so/lennitatib⁹ et in kalendis et in sabbatz in vniūsis solennitatib⁹ domus israel. Ipse faciet p peccato sacrificiuz ⁊ holo/caustum ⁊ pacifica: ad erpiandum p do mo isrl̄. Hec dicit dñs deus. In primo mense vna mensis sumes vitulū de ar mēto immaculatū:⁊ erpiabis sanctua/rium. Et tollet sacerdos de sanguīe qđ erit pro peccato ⁊ ponet in postib⁹ dom⁹ in quattuor angul' crepidinis altaris: etin postibus porte atrij interioris. Et sic facies in septima mensis pro vno quoq; qui ignorauit ⁊ errore deceptus est:⁊ erpiabis p domo. In primo men se quartadecima die mensis erit vobis pasce solēnitas. Septez diebus açima comedent̄. Et faciet princeps ī die illa pro se et p vniuerso pplo terre vituluz pro peccato. Et in septē dier solēnitate faciet holocaustū dño: septē vitulos et septez arietes īmaculatos q̄tidie septē diebus: ⁊ p peccato hircum caprarum et sacrificium ephi p vitulum ⁊ ephi p arietem faciet:⁊ olei hin p singl'a ephi. Septimo mēse qntadecima die men/sis in solēnitate faciet sicut supradicta sunt per septem dies:tam p peccato q̄z pro holocausto ⁊ in sacrificio et in oleo.

Hec dicit dñs deus XLVI

Porta atrij interioris q̄ respi/cit ad orientē erit clausa sex die bus in quib⁹ opus fit. Die aūt sabbati aperiet̄. Sed in die kalendar aperietur et intrabit princeps p viā vestibuli por te deforis ⁊ stabit in limie porte. Et fa/cient sacerdotes holocaustū ei⁹ ⁊ pacifi ca eius:⁊ adorabit sup limē porte:⁊ egre dietur. Porta aūt non claudet̄ vsq; ad vesperam. Et adorabit pplus terre ad ostium porte illius in sabbatis et in ka lendis corā dño. Holocaustum autem hoc offeret princeps domino in die sab bati:sex agnos immaculatos et arietez immaculatū:⁊ sacrificiū ephi p arietez Jn agnis autē sacrificium quod dede/rit man⁹ eius et olei hin p singl'a ephi Jn die aūt kalendar vitulum de armē to immaculatū:⁊ sex agni et arietes im maculati erunt:⁊ ephi per vitulū:ephi quoq; per arietem faciet sacrificiuz. De agnis autem sicut inuenerit manus eius olei hin per singula ephi. Cunq; ingressus est princeps·per viā vestibuli porte ingrediat̄:⁊ per eandem viā exeat Et cū intrabit pplus terre in cōspectu domini in solēnitatibus qui ingredit̄ per portam aquilonis vt adoret egre/diatur per viam porte meridiane. Por ro qui ingreditur per viam porte meri/diane:egrediat̄ per viam porte aq̄lonis Non reuertet̄ per viam porte per quaz ingressus est:sed e regione illius egre/dietur. Princeps aūt in medio eor cū ingredientib⁹ ingrediet̄ ⁊ cū egredien/tibus egredietur. Et in nundinis et in solennitatibus erit sacrificiū ephi p vi tulum:⁊ ephi per arietez. Jn agnis au tem erit sacrificiuz sicut inuenerit ma/nus ei⁹:⁊ olei hin per singula ephi. Cū autem fecerit princeps spontaneū ho locaustum aut pacifica voluntaria do mino· aperiet̄ ei porta· que respicit ad orientem:⁊ faciet holocaustuz suum et

pacifica sua sic fieri solet in die sabbati
& egredietur claudeturq; porta postq; exie
rit. Et agnū eiusdē anni immaculatuz
faciet holocaustū quotidie dño. Hemp
mane faciet illud. Et faciet sacrificiū su
per eo catamane mane: sextā ptē ephi &
de oleo tertiā ptē hin vt misceat similе
Sacrificiū dño legitimū iuge atq; per
petuū. Faciet agnū & sacrificiū & oleum
catamane mane holocaustū sempiternuz
Hec dicit dñs de. Si dederit princeps
domū alicui de filijs suis: hereditas ei⁹
filioꝝ suoꝝ erit: possidebit eaz hereditа
rie. Si aūt dederit legatū d hereditate
sua vni ꝺuoꝝ suoꝝ erit illi⁹ vsq; ad ānū
remissiōis & reuertet ad principez. He
reditas aūt ei⁹ filijs ei⁹ erit. Et nō acci
piet princeps de hereditate ppli p violē
tiam et de possessiōe eoꝝ: sed de possessio
ne sua hereditatē dabit filijs suis vt ñ
dispergat ppls meus vnusquisq; a pos
sessione sua Et introduxit me p ingres
sum q̄ erat ex latere porte in gaçophila
tia sanctuarij ad sacerdotes. q̄ respicie
bant ad aquilonē: & erat ibi loc⁹ versēs
ad occidentē: & dixit ad me. Iste ē loc⁹
vbi coquent sacerdotes p pctō & p de
licto. vbi coquēt sacrificiū vt nō efferāt
in atriū exterius: & sanctificet ppls. Et
eduxit me in atriū exteri⁹ et circūduxit
me p quattuor angulos atrij. Et ecce
atriolū erat in angulo atrij. atriola sin
gula p angulos atrij. In quattuor an
gulis atrij atriola dispōsita: quadragin
ta cubitorum per longū & triginta per
latum. Mensure vnius quattuor erāt
Et paries per circūituz ambiens quat
tuor atriola: et culine fabricate erant
subter porticus p gyrū. Et dixit ad me
Hec est domus culinaꝝ: in qua coquēt
ministri domus domini victimas ppli.

Et reuertit me ad **XLVII**
portam dom⁹ & ecce aq̄ egredie
bant subter limē dom⁹ ad orie
tem. Facies enī domus respiciebat ad
orientē. Aque aūt descendebāt in latus
templi dextr̄ ad meridiē altar̄. Et edu
xit me p viam porte aquilonis: & cōuer
tit me ad viam foras portā exteriorem
viam que respiciebat ad orientem. Et
ecce aq̄ redundātes a latere dextro cuz
egrederetur vir ad orientem qui habe
bat funiculum in manu sua: et mēsus
est mille cubitos: et traduxit me p aq̄m
vsq; ad talos. Rursumq; mensus est
mille. et traduxit me per aquaz vsq; ad
genua. Et mensus est mille: et tradux
it me per aquam vsq; ad renes. Et mē
sus est mille torrentem quē non potui
pertransire: quouiā intumuerāt aque
profundi torrentis qui non potest trās
uadari. Et dixit ad me. Certe vidisti fi
li hominis: et eduxit me: & conuertit ad
ripam torrentis. Cumq; me conuertis
sem. ecce in ripa torrentis ligna multa
nimis ex vtraq; parte Et ait ad me. Aq̄
iste que egrediuntur ad tumulos sabu
li orientalis et descendunt ad plana de
serti: intrabūt mare: et exibunt & sana
buntur aque. Et omnis anima viuēs
que serpit quocunq; venerit torrēs vi
uet: et erunt pisces mlti satis postq; ve
nerint illuc aque iste. Et sanabuntur &
viuent omnia ad que venerit torrens:
et stabunt super illa piscatores. Ab en
gaddi vsq; ad engallim siccatio sagena
rum erit. Plurime species erūt pisciū
eius sicut pisces maris magni multi
tudinis nimie. In litoribꝫ aūt eius et
in palustribus nō sanabunt: qz in salu
nas dabūtur. Et sup torrentē orietur i
ripis eius ex vtraq; parte omne lignū
pomiferū. Non defluet folium ex eo: et
non deficiet fructus eius. Per singlos
mēses afferet primitiua: quia aque ei⁹
de sanctuario egredient. Et erunt fru
ctus eius in cibum et folia eius ad me
dicinā. Hec dicit dñs deus. Hic est ter
minus in quo possidebit terrā in duo
decim tribus israel: quia ioseph duplі
cem funiculū habet. Possidebitis aūt
eam singuli eque vt frater suus. super
quam leuaui manuz meam vt darem
patribus vestris. Et cadet terra hec vo
bis in possessionem. Hic est autem ter
minus terre ad plagaz septentrionalez

a mari maguo·via ethalon venientibꝫ
sedada emath berotha sabarim q̄ est in-
ter terminuꝫ damasci et ꝯfiniū emath
dom⁹thicon q̄ est iuxta terminū auran:
et erit t̄min⁹ a mari vsq̄ ad atriū enon
termin⁹ damasci:et ab aq̄lone ad aq̄lo-
nem termin⁹ emath·plaga septentrio-
nalis. Porro plaga oriētal' de medio au
ran ⁊ de medio damasci et de medio ga-
laad ⁊ de medio terre israel·iordanis di
sterminās ad mare oriētale metiemini
plagā orientalē. Plaga aūt austral' me
ridiana a thamar vsq̄ ad aq̄s contradi
ctionis cades:⁊ torrens vsq̄ ad mare
magnū:⁊ hec est plaga ad meridiem au
stral'. Et plaga mar⁹:mare magnū a cō-
finio ꝑ directū donec venias emath:hec
est plaga maris. Et diuidetis terrā istā
vobis ꝑ tribꝫ isrl':⁊ mittetis eā in here-
ditatē vob̄ et aduenis q̄ accesserint ad
vos qui genuerint filios in medio vr̄m
⁊ erūt vob̄ sicut indigene int̄ filios isrl'
Vobiscū diuident possessionē ī medio
tribuū isrl'. In tribu aūt q̄cunq̄ fuerit
aduena·ibi dabitis possessionez illi· ait
dominus deus.

XLVIII

Et hec noīa tribuū a finibꝫ aq̄lo-
nis iuxta viā ethalon ꝑgentibꝫ
emath atriū enon termin⁹ da-
masci·ab aquilone iuxta viā emath·et
erit ei plaga oriētal' mare·dan vna. Et
a termīo dan·a plaga orientali vsq̄ ad
plagaꝫ mar⁹·aser vna. Et sup̄ terminū
aser:a plaga orientali vsq̄ ad plagaꝫ ma
ris·neptalim vna. Et sup̄ terminū ne-
ptalim a plaga orientali vsq̄ ad plagaꝫ
maris·manasse vna. Et sup̄ t̄minū ma
nasse: a plaga orientali vsq̄ ad plagam
maris:effraim vna. Et sup̄ terminū ef
fraim·a plaga orientali vsq̄ ad plagam
maris·ruben vna. Et sup̄ t̄minū ruben
a plaga orientali vsq̄ ad plagā maris·
iuda vna Et sup̄ terminū iuda:a plaga
oriētali vsq̄ ad plagā mar⁹·erūt primi-
tie q̄s sep̄abit⁹ vigintiq̄nq̄ milibꝫ cala-
mis latitudīs ⁊ lōgitudīs:sicuti singl'e
ꝑtes a plaga oriētali vsq̄ ad plagā ma-
ris. Et erit sanctuariū in medio eius.
Primitie quas separabitis domīo lon
gitudo vigintiquīq̄ milibꝫ: ⁊ latitudo
decem milibꝫ. He aūt erūt primitie san
ctuarij sacerdotū:ad aq̄lonem longitu
dinis vigintiquinq̄ milia:⁊ ad mare la
titudinis decem milia. Sed et ad oriē
tem latitudinis decem milia:⁊ ad me-
ridiē vigintiquinq̄ milia. Et erit san-
ctuarium dn̄i ī medio eius. Sacerdo-
tibus sanctuariū erit de filijs sadoch·q̄
custodierunt cerimonias meas et non
errauerūt cum errarent filij isrl'· sicut
errauerunt ⁊ leuite. Et erunt primitie
de primitiuis terre sanctū sanctoꝝ·iux-
ta terminū leuitaꝝ. Sed ⁊ leuitis simi
liter iuxta fines sacerdotū vigintiq̄nq̄
milia longitudinis:⁊ latitudinis decez
milia. Omnis longitudo viginti et q̄n
q̄ milium:⁊ latitudo decem miliuꝫ. Et
nō venūdabūt ex eo neq̄ mutabūt neq̄
transferentur primitie terre:quia san-
ctificate sunt domino. Quīq̄ milia au-
tem que supersunt in latitudine per vi
gintiquinq̄ milia:prophana erunt vr
bis in habitaculum et in suburbana.
Et erit ciuitas in medio eius: ⁊ he mē-
sure eius. Ad plagam septētrionalē q̄n
genta et q̄ttuor milia: ⁊ ad plagam me
ridianam quingenta et quatuor milia
et ad plagā orientalē quingenta ⁊ q̄ttu
or milia:⁊ ad plagam occidentalē qnin
genta et quattuor milia Erunt autem
suburbana ciuitatis ad aquilonē ducē-
ta quinquaginta:et ad merdiem ducē-
ta quinquaginta: et ad orientem ducē-
ta quinquagīta:et ad mare ducenta q̄n
quaginta. Quod autem reliquum fue
rit in lōgitudine s̄m primitias sanctua
rij decem milia in orientem: et decem
milia in occidentem erunt sicut primi-
tie sanctuarij:⁊ erunt fruges eius ī pa
nes his qui s̄uiunt ciuitati. Seruien
tes autē ciuitati op̄abunt̄ ex oībus tri
bubus isrl'. Om̄s primitie vigītiq̄nq̄
miliū ꝑ vigītiq̄nq̄ milia ī quadrū sep̄a
bunt̄ in primitias sāctuarij ⁊ ī possessio
nem ciuitat⁹. Qd̄ autē reliquū fuerit·
principis erit ex omni parte primitiaꝝ

sanctuarij ⁊ possessionis ciuitatis e re⸗
gione vigintiq̄nq; miliū primitiaꝝ vsq;
ad terminū orientalē:sz ⁊ a mari e regi
one vigintiq̄nq; miliū vsq; ad terminū
marꝭ. similr in ptib⁹ principis erit. Et
erūt primitie sanctuarij et sanctuariuz
templi in medio eiꝰ. De possessione au
tem leuitaꝝ ⁊ de possessione ciuitatis i
medio ptium principis: erit i terminū
iuda et in terminū beniamin:⁊ ad prin
cipem ptinebit. Et reliqs tribub⁹ erūt
tales portiones. A plaga orientali vsq;
ad plagam occidentalē. beniamin vna.
et cōtra terminū beniamin a plaga ori⸗
entali vsq; ad plagā occidentalē symeō
vna. Et sup terminū symeōis a plaga
orientali vsq; ad plagam occidentalez:
ysachar vna. Et sup terminū ysachar a
plaga orientali vsq; ad plagā occidenta
lem:zabulon vna. Et sup terminuz za⸗
bulō a plaga orietali vsq; ad plagā marꝭ
gad vna. Et sup terminū gad ad plagā
austri i meridiē:⁊ erit finis de thamar
vsq; ad aq̄s ꝺdictiōis cades:hereditas
ptra mare magnū. Hec est terra quam
mittetis in sortē tribub⁹ israel ⁊ he pti
tiones earum. ait dñs deꝰ. Et hi egres⸗
sus ciuitatis. A plaga septētrionali q̄n
gentos ⁊ quattuor milia mensurabis:
⁊ porte ciuitatis omnib⁹ tribub⁹ israel
Porte tres a septētriōe. Porta ruben
vna:porta iuda vna:porta leui vna. Et
ad plagam orientalē quingētos ⁊ quat
tuor milia. Et porte tres. Porta ioseph
vna:porta beniamī vna:porta dan vna:
Et ad plagam meridianā quingentos
et quattuorꝰ milia metieris. Et porte
tres. Porta symeonis vna: porta ysa⸗
char vna:porta zabulon vna. Et ad pla
gam occidentalem quingentos ⁊ quat
tuor milia. Et porte tres. Porta gad
vna:porta aser vna.porta neptalim vna
Per circuitum decem ⁊ octo milia. Et
nomen ciuitatis ex illa die:dominꝰ ibi⸗
dem. Amen.

Explicit Ezechiel pphēta.

Prologus

Incipit plogus sancti Hiero⸗
nymi in Danielem pphetam.

Danielem prophetā iuxta
septuaginta interpretes
domini saluatoris eccle⸗
sie non legunt vtentes
theodotionis editione;
et hoc cur acciderit nescio. Siue enim
quia sermo chaldaicus est:et quibusdā
proprietatibus a nostro eloquio discre
pat:noluerunt septuaginta interptes
easdem lingue lineas in translatione
seruare:siue sub nomīe eorum ab alio
nescio quo non satis chaldeam linguā
sciēte creditus est liber:siue aliud quid
cause extiterit ignorans:hoc vnuz affir⸗
mare possum. qꝺ multum a veritate di⸗
scordet et recto iudicio repudiatus sit.
Sciendum quippe danielem maxime
et esdram hebraicis quidem litteris: sz
chaldeo sermone conscriptos:⁊ vnam
hieremie pericopen:iob quoq; cum ara
bica lingua plurimam habere societatē
Deniq; et ego adolescentul⁹ post quin
tiliani ⁊ tullij lectionez ac flores retho⸗
ricos cum me in lingue huiꝰ pistrinuz
reclusissez:⁊ multo sudore mlto; tem
pore vix cepissem anhelantia stridentia
q; verba resonare:et quasi per cryptam
ambulans: tarum desuper lumen aspi
cerem. impegi nouissime in danielem:
et tanto tedio affectꝰ suz vt desperatiōe
subita oēm labore veterem voluerim
contēnere. Dum adhortante me quoda
hebreo ⁊ illud mihi crebriꝰ sua lingua
ingerēte. labor improbus oia vincit: q
mihi videbar sciolus inꝰ eos cepi rur⸗
sus discipulꝰ esse chaldaicus. Et vt ve⸗
rum fatear vsq; ad p̄sentē diem magis
possum ꝭmonē chaldaicū legere ⁊ intel
ligere q; sonare. Hec idcirco refero vt
difficultatē vob⁹ danielꝭ ostenderez: qui
apud hebreos nec susanne hz historiaz.
nec hymnū triū puerorū. nec belis dra⸗
conisq; fabulas q̄s nos:qz in toto orbe
dispse sūt. veru añ posito easq; iugulā⸗
te subiecimꝰ ne videremī apud iperitos

ta ⁊ conſumet in mãu ei⁹. ⁊ ponet faciem
ſuã vt veniat ad tenendũ vniũſũ regnũ
ei⁹ ⁊ recta faciet cũ eo. Et filiã feminar
dabit ei vt euertat illũ: ⁊ nõ ſtabit nec
illi⁹ erit. Et conuertet faciẽ ſuã ad inſu
las: ⁊ capiet mltas ⁊ ceſſare faciat pnci-
pem opprobrij ſui. Et opprobriũ ei⁹ con
uertet in eũ. Et ꝓuertet faciẽ ſuã ad i-
periũ terre ſue: ⁊ impinguet ⁊ corruet:
⁊ nõ inuenietur. Et ſtabit i loco ei⁹ viliſſi
mus ⁊ indign⁹ decore regio: et in pauc
dieb⁹ ꝓteret nõ in furore nec i pplio. Et
ſtabit in loco eius deſpect⁹: ⁊ nõ tribuet
ei honor regi⁹. Et veniet clam ⁊ obtine
bit regnũ i fraudulẽtia. Et brachia pu-
gnãtis expugnbunt a facie ei⁹ ⁊ ꝓterent
Inſup ⁊ dux federis Et poſt amicitias
cũ eo faciet dolũ. et aſcendet et ſupabit
in modico pplo: et abundãtes ⁊ vbères
vrbes ingredietur. Et faciet q̃ nõ fecerũt
pres eius: et pres patr⁹ ei⁹. Rapinas et
predã ⁊ diuitias eor diſſipabit: et ꝓtra
firmiſſimas cogitatões inibit: et bꝰq̃
ad tempus. Et ꝓcitabit fortitudo eius
et cor ei⁹ aduerſuz regẽ auſtri in exerci-
tu magõ. Et rex auſtri puocabit ad bellũ
multis auxilijs ⁊ fortib⁹ nimis ⁊ nõ ſta
bunt. qr inibũt adũſus eũ conſilia. Et
comedẽtes panẽ cũ eo conterẽt illũ: ex
ercituſq̃ ei⁹ opprimet: ⁊ cadent interfecti
plurimi. Duor q̃z regũ cor erit vt ma-
le faciãt: et ad meſaz vnã mẽdaciũ loq̃n
tur et nõ ꝓficient: qr adhuc finis in ali
ud temp⁹. Et reuertet in trã ſuã cum
opib⁹ mltis. ⁊ cor eius adũſuz teſtamẽ
tum ſcti: et faciet et reũtet in trã ſuaz
Statuto tpe reũtet et veniet ad auſtr
⁊ nõ erit priori ſimile nouiſſimũ. Et ve
nient ſup eũ trieres et romani: et pcu-
tietur et reũtetur. et indignabit cõtra
teſtamẽtũ ſanctuarij: et faciet reuertet
q̃: et cogitabit adũſum eos qui derelin-
runt teſtamentũ ſcũarij. Et brachia ex
eo ſtabunt: ⁊ polluẽt ſanctuariũ fortitu
dinis: et auferent iuge ſacrificiuz: et da
bunt abominatõem in deſolationẽ. Et
impij in teſtam̃tuz ſimulabũt fraudu-
lenter. Populꝰ aũt ſciens deũ ſuuz ob
tinebit ⁊ faciet. Et docti in populo doce
bunt plurimos et ruent in gladio ⁊ in
flãma: et in captiuitate ⁊ in rapina die
rum. Cũq̃ corruerint ſubleuabunt au
xilio puulo: et applicabunt eis plurimi
fraudulenter. Et de eruditis ruent. vt
conflent et eligãtur et dealbent vſq̃ ad
tempus pfinitũ: quia adhuc aliud tem
pus erit Et faciet iuxta voluntatem ſu
am rex. Et eleuabitur et magnificabit
aduerſus omnẽ deum. Et aduerſus de
um deorũz loquet magnifica et diriget
donec compleat iracũdia. Perpetrata

quippe est ꝺefinitio. Et ꝺeū patꝛ suoꝛuꝫ
non reputabit: ⁊ erit in cōcupiscentijs
femiaꝝ. nec quenq; ꝺeoꝝ curabit: qꝛ ad
uersuꝫ vniūsa consurget. Deum autez
maoçim in loco suo honorabit: et ꝺeum
quē ignoꝛauerūt pꝛēs eius. colet auro
et argento: ⁊ lapide pcioso. rebusq; pre
ciosis. Et faciet vt muniat maoçim cū
ꝺeo alieo quē nō coḡuit ⁊ mltiplicabit
gliam: ⁊ ꝺabit eis ptātez in mltis ⁊ ter
ram diuidet gtuito. Et in tēpe pfinito
preliabit adūsus eū rex austri: ⁊ q̄i tem
pestas veniet ꝺ illuz rex aquilōis in cur
ribꝫ ⁊ in eqtibꝫ ⁊ i classe mag̃: ⁊ ingredi
etur terras: ⁊ cōteret ⁊ ptransiet Et in
troibit in terrā gliosam: ⁊ mlti coꝛruēt
He autez sole saluabunt de manu eius
edom ⁊ moab ⁊ principes filioꝝ āmon.
Et mittet manū suā in tras: ⁊ tra egy
pti nō effugiet. Et ꝺñabitur thesauroꝝ
auri ⁊ argēti ⁊ in oīb pꝛeciosis egypti
Per libyam q̄z ⁊ ethiopiā trāsibit: ⁊ fa
ma turbabit eū ab oꝛiente ⁊ ab aq̄lone
⁊ veniet in mltitudie mag̃ vt cōterat ⁊
inficiat plurimos. Et figet tabernacm
suum a pedno int duo maria sup mōtē
inclytum ⁊ sctm: ⁊ veniet vsq; ad sūmi
tatē eius ⁊ nemo auxiliabit ei. XII

In tempoꝛe aūt illo ꝯsurget mi
chael princeps magn⁹. q̄ stat p
filijs ꝓpli tui ⁊ veniet temp⁹ q̄
le nō fuit ab eo ex q̄ gentes esse ceperūt
vsq; ad temp⁹ illud. Et in tpe illo salua
bitur ꝓpls tu⁹. omis q̄ inuētus fuerit
scriptus i libꝛo. Et mlti de his q̄ ꝺormi
unt in terre pulueꝛe. euigilabunt: alij
in vitā eternā: alij in oppꝛobꝛiū vt vide
ant semp. Qui aūt ꝺocti fuerint fulge
bunt q̄si splēdoꝛ firmamēti: ⁊ q̄ ad iusti
ciam erudiūt mltos. q̄si stelle in pꝑpetu
as etnitates. Tu aūt ꝺaniel claude ser
mones ⁊ signa libꝝ vsq; ad temp⁹ statu
tum. Plurimi ptransibūt: ⁊ multiplex
erit scientia. Et vidi ego ꝺaniel ⁊ ecce
quasi ꝺuo alij stabāt vnus hinc sup ri
paz flumis: ⁊ ali⁹ inde ex altera ripa flu
minis: Et ꝺixi viro q̄ erat indut⁹ lineis
qui stabat sup aq̄s flumis. Usq; q̄ finis
hoꝝ mirabiliū? Et audini virū q̄ indut⁹
erat lineis qui stabat sup aq̄s fluminis
cum eleuasset ꝺexterā ⁊ sinistrā suaz in
celum et iurasset p viuentē in eternuz
quia in temp⁹ ⁊ tpa ⁊ ꝺimidiū tpis. Et
cū completa fuerit ꝺispsio manus pꝛ
sancti: ꝑplebunt vniūsa hec. Et ego au
diui ⁊ nō intellexi. Et ꝺixi: Dñe mi q̄ꝺ
erit post hec? Et ait: Vade ꝺaniel: qui a
clausi sunt signatiq; sm̄ones vsq; ad pfi
nitū tempus. Eligent ⁊ ꝺealbabunt et
q̄si ignis ꝓbabūt mlti. Et impie agent
impij neq; intelligēt oēs impij. Doꝛo
ꝺocti intelligēt: ⁊ a tpe cū ablatū fuerit
iuge sacrificiū ⁊ posita fuerit abꝺmiatio
in ꝺesolationē: ꝺies mille ꝺucenti no
nagita. Beatus q̄ expectat: ⁊ puenit vs
q; ad ꝺies mille trecentos trigintaqui
q;. Tu aūt ꝺaniel. vade ad pfinitū: ⁊ re
quiesces ⁊ stabis in soꝛte tua in fine ꝺi
erum. Hucusq; ꝺanielē in hebꝛaico vo
lumine legimus: ⁊ cetera que sequunt
vsq; ad finē libꝛi: de thꝛeꝺotionis editi
one translata sunt. XIII

Et erat vir hītans in babylone
et nomē eius Joachim: ⁊ acce
pit vxoꝛē nomīe susannā filiaz
helchie. pulcram nimis ⁊ timentē ꝺeuz
Parentes enī illius cū essent iusti eru
dierunt filiam suam sm̄ legem moysi.
Erat aūt ioachim ꝺiues valde: ⁊ erat ei
pomeriū vicinū ꝺomui sue: ⁊ ad ipsum
confluebāt iuꝺei: eo q̄ esset honoꝛabili
oꝛ omniū. Et cōstituti sunt ꝺuo seneꝝ
iudices in illo anno: de q̄b⁹ locut⁹ē ꝺñs
qꝛ egressa est iniq̄tas ꝺe babylone a se
nioꝛib⁹ iudicib⁹ q̄ videbant regere ꝓplz
Isti freq̄ntabant ꝺomū ioachim: ⁊ ve
niebant ad eos oēs qui habebāt iudi
cia. Cum aūt ꝓpls reuertissz p meridiē
ingrediebat susanna ⁊ ꝺeābulabat i po
merio viri sui. Et videbant eam seneꝝ
quotidie ingredientē ⁊ ꝺeābulantē: ⁊ ex
arserunt in ꝯcupiscentiā eius. Et euer
terunt sensum suū: ⁊ ꝺeclinauerūt ocu
los suos vt nō viderēt celū: neq; recoꝛ
darent iudicioꝝ iustoꝝ. Erant q̄ ambo
vlnerati amoꝛe ei⁹: nec indicauerūt sibi

vicissim dolorē suū. Erubescebant eniz
indicare sibi ꝯcupiscentiā suam volen-
tes concubere cū ea. Et obſuabant q̄ti
die solliciti⁹ videre eā. Dixitq̄ alter ad
alterum: eamus domū. qꝛ hora prandij
est. Et egressi recesserunt a se. Cūq̄ re-
uertissent: venerunt in vnū. ⁊ sci scitan
tes ab inuicē causam cōfessi sunt cōcu-
piscentiā suam. Et tūc in cōmune sta-
tuerunt temp⁹ qñ eaz possint inuenire
solam. Factū est aūt cum obſuarēt diē
aptuz. ingressa est aliqñ sicut heri ⁊ nu-
diustertius cū duabꝫ solis puellis: vo-
luitq̄ lauari in pomerio. Estus quippe
erat: ⁊ nō erat ibi quisq̄ p̄ter duos se-
nes absconditos: ⁊ contēplantes eam.
Dixit ḡ puellis. Afferte mihi oleum ⁊
smigmata: ⁊ ostia pomerij claudite vt la
uer. Et fecerūt sicut p̄cepat: clauseṙtq̄
ostia pomerij: ⁊ egressi sunt ꝑ posticum
vt afferrēt q̄ iusserat. Nesciebatq̄ senes
intus esse absconditos. Cuz aūt essent
egresse puelle: surrexerūt duo senes: et
accurrerūt ad eam ⁊ dixerūt Ecce ostia
pomerij clausa sunt: ⁊ nemo nos videt
et in ꝯcupiscentia tui sum⁹. Quāobrē
assenrire nob̄: ⁊ ꝯmiscere nobiscū. Qd̄
si nolueris dicem⁹ ꝯ te testimonium ꝙ
fuerit tecū iuuenis: ⁊ ob hāc cām emise
ris puellas a te. Ingemuit susanna et
ait: Angustie sunt mihi vndiq̄. Si enī
hoc egero mors mihi ē: si aūt nō egero
nō effugiā man⁹ vrās. Sz meli⁹ ē mihi
absq̄ ope incidere in man⁹ hominuz q̄
peccare ī ꝯspc̄u dñi. Et exclamauit voce
mag̃ susanna. exclamauer̄t aūt et senes
aduersus eaz. Et cucurrit vn⁹ ad ostia
pomerij: ⁊ aperuit. Cum ḡ audissent cla
morē famuli domus in pomerio: irrue
runt ꝑ posticū vt viderēt q̄d nam esset
Postq̄ aūt senes locuti sūt: erubuer̄t
serui vehement̄: qꝛ nūq̄ dict⁹ fuerat ser
mo huiuscemodi de susanna Et facta ē
dies crastina. Cunq̄ venisset ꝓpl'us ad
ioachim viꝝ ei⁹: venerūt ⁊ duo p̄sbiteri
pleni iniqua cogitatōe aduersus susan
nam vt interficerent eam. Et dixerūt
coram ꝓpl'o. Mittite ad susannā filiam
helchie vxorē ioachim. Et statim mise-
runt. Et venit cū ꝑntibus ⁊ filijs ⁊ vni
uersis cognat⁹ suis. Porro sus ānа erat
d̄licata nimis ⁊ pulcra specie. At iniqui
illi iusserunt vt discooperiret̄: erat eniz
cooperta. vt vl' sic satiarent̄ decore eius
Flebant igit̄ sui ⁊ om̄is qui nouerāt eā
Consurgentes autē duo p̄sbiteri ī me
dio populi: posuerūt manus suas super
caput eius. Que flens suspexit ad celū
Erat enī cor eius fiduciaz hñs in dño.
Et dixerūt p̄sbiteri: Cuz deābularem⁹
in pomerio soli: ingressa est hec cū dua-
bus puellis: ⁊ clausit ostia pomerij ⁊ di
misit a se puellas. Venitq̄ ad eā adole
scens qui erat absconditus: ⁊ cōcubuit
cum ea. Porro nos cū essem⁹ in angl'o
pomerij videntes iniq̄tatez: cucurrim⁹
ad eos ⁊ vidim⁹ eos parit̄ commisceri.
Et illum quidē nō quiuimus ꝯp̄hen-
dere: qꝛ fortior nob̄ erat: et aperto ostio
exiliuit. Hanc aūt cum apprehendisse-
mus interrogauim⁹ quis nā esset ado
lescens: ⁊ noluit indicare nob̄. Hui⁹ rei
testes sum⁹. Credidit eis ml'titudo q̄si
senibus ⁊ iudicibꝫ ꝓpl'i: ⁊ condēnauer̄t
eā ad mortē. Exclamauit aūt voce mag̃
susanna: ⁊ dixit: Deus eterne q̄ abscon
ditoꝝ es cognitor. qui nosti oīa anteq̄
fiant: tu scis qm̄ falsum testimoniū tu
lerunt ꝯ me: ⁊ ecce morior cū nihil hoꝝ
fecerim que isti maliciose cōposuerunt
aduersuz me. Exaudiuit autē dñs vocē
eius. Cunq̄ duceret̄ ad mortē: suscita-
uit dñs spirituz pueri iunioris: cuius
nomē daniel. ⁊ exclamauit voce magna
Mundus ego sum a sanguīe hui⁹. Et
conu'sus om̄is ꝓpl'us ad eū dixit Quis
est iste sermo quē tu locut⁹ es? Qui cuz
staret ī medio eoꝝ ait Sic fatui filij isrl'
nō iudicātes neq̄ qd̄ verꝝ ē cog̃scentes
condēnast̄ filiā isrl'? Ruertimī ad iudi
cium qꝛ falsuz testimoniū locuti sūt ad
uersus eā. Reu'sus est ḡ ꝓpl's cū festina
tione. Et dixer̄t ei senes: Veni ⁊ sede ī
medio nostꝝ: ⁊ indica nob̄: qꝛ tibi deus
dedit honorē senectut̄. Et dixit ad eos.
daniel. Separate il los ab inuicē ꝓcul

et diiudicalw eos. Cū ergo diuisi eēnt
alter ab altero·vocauit vnū de eis:⁊ di
xit ad eum. Inueterate dierū malorū
nunc venerūt peccata tua que operaba
ris prius·iudicās iudicia iniusta·inno/
centes oppimēs:⁊ dimittēs noxios di
cēte dño·innocentē ⁊ iustū nō interficies
Nunc ergo si vidisti eaz·dic qua sub ar
bore videris eos colloq̄ntes sibi. Qui
ait:Sub cyno. Dixit āt daniel: Recte
mentit⁹ es in caput tuū. Ecce enim an/
gelus dei accepta sententia ab eo scin/
det te mediū. Et amoto eo iussit venire
alium ⁊ dixit ei:Semen chanaan ⁊ nō
iuda species decepit te:et concupiscentia
subuertit cor tuum. Sic faciebatis filia
bus isrl:⁊ ille timentes loq̄bant̄ vobis
sed non filia iuda sustinuit iniq̄tatez ve
stram. Nunc ergo dic mihi sub q̄ arbore
comp̄henderis eos loq̄ntes sibi: Qui
ait sub primo. Dixit autē ei daniel:Rec/
cte mentitus es ⁊ tu in caput tuū. Ec/
net enī angelus dei gladiū habens vt se
cet te mediū: ⁊ interficiat vos. Exclama
uit itaq̄ omis cetus voce magna ⁊ bñ/
dixerunt deū qui saluat sperantes in se.
Et consurrexerūt aduersus duos p̄sbite
ros. Conuicerat enim eos daniel ex ore
suo falsum dixisse testimoniū. Feceūtq̄
eis sicut male egerant aduersus primum
vt facerent fm legez moysi·⁊ interfece
runt eos. Et saluat⁹ ē sanguis innoxi⁹
in die illa. Helchias aūt ⁊ vxor ei⁹ lau/
dauerūt deum p filia sua susanna cum
ioachim marito ei⁹ ⁊ cognatis omībus
quia nō est inuēta in ea res turpis Da
niel aūt factus est magn⁹ in ꝓspectu po/
puli a die illa ⁊ deinceps. Et rex astyages
appositus est ad pres suos et suscepit
cyrus perses regnū eius.

XIIII

Erat autē daniel cōuiua regis:
et honorat⁹ sup oēs amicos ei⁹
Erat q̄z idolum apud babylo/
nios nomīe bel:⁊ impendebant̄ in eo p
dies singulos simile artabe duodecim:
et oues q̄draginta:viniq̄ amphore sex.
Rex q̄z colebat eū: ⁊ ibat p singulos di
es adorare euz. Porro daniel adorabat
deum suum. Dixitq̄ ei rex: Quare non
adoras bel? Qui rndēs ait ei. Quia nō
colo idola manufacta sed viuentē deum
qui creauit celū ⁊ terrā:⁊ habet potesta/
tem omis carnis. Et dixit rex ad eum.
Non videt tibi esse bel viuēs deus? An
non vides quanta comedat ⁊ bibat q̄ti
die? Et ait daniel arridens. Ne erres
rex. Iste est enim intrinsec⁹ luteus ·fo
rinsecus ereus:neq̄ comedit aliq̄ndo.
Et iratus rex vocauit sacerdotes eius:
et ait eis:Nisi dixeritis mihi q̄s est qui
comedat impēsas has·moriemini. Si
autē oñderitis q̄m bel comedat hec:mo
rietur daniel·quia blasphemauit in bel
Et dixit daniel regi:Fiat iuxta verbū tuū
Erant aūt sacerdotes bel septuaginta·
exceptis vxoribꝫ et paruulis ⁊ filiis. Et
venit rex cū daniele in templū belis Et
dixerūt sacerdotes belis: Ecce nos egre/
diemur foras:⁊ tu rex pone escas ⁊ vinū
misce:⁊ claude ostiuz ⁊ signa anulo tuo
Et cum ingressus fueris mane nisi in/
ueneris omia comesta a bel· morte mo
riemur:vel daniel qui mētitus est adu
sum nos. Confidebāt autē q̄ fecerant
sub mensa absconditū introitū·⁊ p illū
ingrediebant̄ semp ⁊ deuorabāt ea. Fa/
ctuz est igit̄ postq̄ egressi sunt illi: ⁊ rex
posuit cibos añ bel: p̄cepit daniel pueris
suis ⁊ attulerūt cinerē ⁊ cribrauit p totū
templū coram rege: ⁊ egressi clauserunt
ostiū ⁊ signantes anulo regis·abierunt.
Sacerdotes aūt ingressi sunt nocte iu
xta consuetudinē suā ⁊ vxores ⁊ filij eorum
et comedert oia ⁊ biberūt. Surrexit āt
rex primo diluculo:⁊ daniel cuz eo. Et
ait rex. Salua ne sunt signacula daniel?
Qui rndit:Salua rex. Statimq̄ cum
aperuisset ostiū: intuit⁹ rex mēsam ex
clamauit voce magna: Magn⁹ es bel?
et nō est apud te dol⁹ quisq̄. Et risit da
niel ⁊ tenuit regē ne ingrederet intro.
et dixit:Ecce pauimētū: aīaduerte cui⁹
vestigia sunt hec. Et dixit rex: Video ve
stigia virorū ⁊ mulierū ⁊ infantiū. Et ira
tus est rex Tūc apprehendit rex sacerdo
tes ⁊ vxores ⁊ filias eorū:⁊ oñderunt ei

Prologus

abscondita ostiola p q̄ ingrediebañ et cōsumebāt q̄ erant sup mēsaz. Occidit ergo illos rex: ⁊ tradidit bel in ptātem danielī·qui subuertit eū ⁊ tēplū ei⁹. Et erat draco magn⁹ in loco illo: ⁊ colebāt eū babylonij. Et dixit rex danieli. Ecce nunc nō potes dicere: q2 iste nō sit deus viuēs·Adora g̃ deum Dixitq3 daniel regi. Dñm deū meū adoro: q2 ipe est deus viuens. Iste aūt nō est deus viuēs. Tu aūt rex da mihi ptātem ⁊ interficiā draconē absq3 gladio ⁊ fuste Et ait rex Do tibi. Tulit g̃ daniel picem ⁊ adipez ⁊ pilos: ⁊ coxit pariter: fecitq3 massas: et dedit in os draconis: ⁊ diruptus ē draco. Et dixit daniel. Ecce quē colebatis. Qđ cū audissent babylonij: indignati sunt vehemēt: ⁊ congregati aduersus regē dixerūt. Jude⁹ factus ē rex. Bel destruxit draconē interfecit: ⁊ sacerdotes occidit Et dixerūt cū venissent ad regē. Trade nob danielē: alioqn interficiemus te ⁊ domū tuā. Vidit g̃ rex q̄ irruerēt in eū vehemēt: ⁊ necessitate compulsus tradidit eis danielē. Qui missū eū in lacuz leonuz: ⁊ erat ibi dieb⁹ sex. Porro in lacu erant leones septez: ⁊ dabañ eis duo corpa q̄tidie ⁊ due oues ⁊ tūc non data sunt eis vt deuorarēt danielē. Erat autem abachuc pphēta in iudea ⁊ ipe coxerat pulmentū: ⁊ intriuerat panes in alueolo ⁊ ibat i campū vt ferret messoribus. Dixitq3 angelus dñi ad abachuc. Fer prandiū q̄ habes in babylonē daniel: qui est in lacu leonū. Et dixit abachuc. Dñe babylonē nō vidi: ⁊ lacū nescio. Et apprehendit eū angel⁹ dñi i vertice eius: ⁊ portauit eū capillo capitis sui posuitq3 eū in babylonē sup lacū in impetu spūs sui. Et clamauit abachuc dicens. Daniel serue dei: tolle prandiū q̄ misit tibi deus. Et ait daniel. Recordatus es mei de⁹: ⁊ nō dereliq̄sti diligētes te. Surgēs daniel comedit. Porro angelus dñi restituit abachuc confestim in loco suo. Venit g̃ rex die septimo vt lugeret danielē: ⁊ venit ad lacū ⁊ introspexit: ⁊ ecce daniel sedens i medio leonū Et exclamauit voce magna rex dicens: Magn⁹ es dñe de⁹ daniel. Et extraxit eū de lacu leonū. Porro illos q̄ ptitionis ei⁹ causa fuerāt·intromisit in lacuz et deuorati sunt in momēto coram eo.

Alij hñt hic clausulā subsequentem Tunc ait rex. Paueāt hitantes in vniuersa terra deū danielis: q2 ipe est saluator ⁊ liberator faciēs signa ⁊ mirabilia i celo ⁊ in terra·qui liberauit danielem de lacu leonum.

Explicit daniel pphēta Incipit prologus in librum duodecim pphetaruz

Non idem ordo est duodecim pphetaruz apud hebreos qui est apud nos. Cūm id q̄d ibi legitur: hic quoq3 dispositi sūt. Osee comaticus est: ⁊ q̄si p sentētias loquēs Joel plan⁹ in principijs·in fine obscurior: ⁊ vsq3 ad malachiā hñt singuli pprietates suas: quē esdram scribā legisq3 doctorē hebrei autumāt. Et q2 lōguz est nūc de oīb⁹ dicere: hoc tm̄ vos o paula ⁊ eustochiuz ammonitas scire volo vnū lib⁹ esse duodecim pphetar⁹: ⁊ osee synchronon esaie: malachiā vo aggei ⁊ zacharie fuisse tpibus. In q̄bus autez temp⁹ non pferē in titulo: sub illis eos regib⁹ pphētasse sub q̄bus ⁊ hi qui ante eos habent titulos prophetauerunt.

Item alius prologus.

Regule sunt hr sub quib⁹ significatōib⁹ nominū ad q̄s trib⁹ p pphetas sermo dñi dirigat. Quotiensc̄unq3 ad decem tribus tenditur pphetia: sub his nomīb⁹ designant id est effraim·samaria·israel·ioseph·iezrahel·bethel·bethauen·⁊ interdum iacob. Quando autē ad duas loquit tribus·sub his nominib⁹ sermo pfert·iuda·hierlm·beniamin·domus dauid: et interdum iacob. Aliquotiens israel ad totas duodecim tribus refertur.

Osee

Duplex est apud hebreos sententia de his q̄tuor versibꝰ q̄ in capite sunt p̄notati. Plerique enī dicunt q̄ ab esdra scriba in omnibꝰ ꝓphetis sic fuerit titulatū vt prescripto vniuscuiusq̄ nomīe ꝓphetia cuiꝰ sit seq̄ns noscat̄. Ip̄e est aūt̄ esdras q̄ vltimꝰ ꝓphetaꝝ malachie nomīe scribit̄. Alij v̄o dicūt q̄ ab ip̄is ꝓphetis per sp̄m̄sanctū vt cetera sunt ꝯscripta.

Incipit ꝓlogus in libꝝ Osee ꝓphete.

Temporibꝰ oçie et ioathe achaç ⁊ eçechie regum iuda ⁊ hieroboā filij iohe regis. Osee filius beeri ad ꝓphetiaꝫ dicendā: sp̄ūsancto repletꝰ est. De memorato itaq̄ numero regum: achaç rex iuda: ⁊ hieroboam rex israel dominum derelinquētes: vt historie reguꝫ ⁊ paralipomenō indicant: etiam israel idolatrie crimē imperio ac potestate sua admittere coegerūt Propter quod deus ad osee hec locutꝰ est dicens: Accipe tibi vxorem fornicariam siue fornicationū: et fac filios fornicationis. Fornicariam itaq̄ nō electōe corporis meretricē: sed gentilem deum ignorātez appellat: que dei creatoris sui amore contempto: simulacroꝝ se subiecit desiderijs. Sed cum dei precepto ꝓpheta in hac re paruisset conceptū ex ea filium ieçrahel p̄cepit nomīare deo pollicente post breue tempus sanguinem ieçrahel in domo iehu vindicare. Cuiꝰ ꝓmissionis hec causa est iehu ꝑ heliseū in regez inuncto ad defendēduꝫ sanguinem naboth: cuius ieçrahel queq̄ tunc temporis metropolis erat. quem ieçabel achab regis israel vxor interemerat sicut regū historia exponit. Is cuꝫ grauiter iuxta diuinū preceptuꝫ vindicandi sanguinis causa in omnē memorati domum deseuisset: hoc ꝑacto dn̄m dereliquisse inuenit̄: cuius pronepote hieroboam qui lectione comp̄hensus est: originis sue facta imitante. ac cōtra dei precepta ⁊ religionē cum ꝓp̄lo isrl̄ agente: sanguis naboth q̄ in loco certe ieçrahel fuerat profusus ī domo iehu ꝓcuratoris memorati hieroboe ꝑ peccato redundaturus significat̄. Hinc factū est vt ire dei in populo isrl̄ per denūciatōez prophete ꝓcessura diceret̄: domui autē iude misericordia lectiōe ꝯp̄hensa ob h̄ ꝓmissa est: quia eçechias rex iuda filius achaç sublatis idolis q̄ taꝫ pater eiꝰ q̄ꝫ ceteri reges consecrauerūt: templū dei purgasse et purificasse monstratur.

Explicit prologus. Incipit argumentum in eundem.

Osee crebro nominat effraim. samariam. ioseph. ieçrahel ⁊ vxorem fornicariā: ⁊ fornicationis filios: ⁊ adulterā cubiculo clausam mariti multo tempe sedere viduam: ⁊ sub veste lugubri viri ad se reditum p̄stolari.

Explicit argumentū. Incipit liber Osee prophete. Capitulum I

Verbum domini quod factum est ad osee filiū beeri in diebus oçie ioathan achaç eçechie regum iuda ⁊ in diebus hieroboam filij ioas regis israel. Principiuꝫ loquendi domino in osee Et dixit dominus ad osee: Vade sume tibi vxorem fornicationū: ⁊ fac tibi filios fornicationis: quia fornicans fornicabitur terra a domino. Et abijt ⁊ accepit gomer filiam debelaim: ⁊ concepit ⁊ peperit ei filiū. Et dixit dominus ad eū Voca nomē eius ieçrahel. Qm̄ adhuc modicū: ⁊ visitabo sanguinē ieçrahel super domū iehu: ⁊ quiescere faciā regnū domꝰ isrl̄. Et in illa die conterā arcū isrl̄ in valle ieçrahel. Et ꝯcepit adhuc ⁊ peperit filiā. et dixit ei. Voca nomē eiꝰ absq̄ misericordia. Quia nō addam vltra

miſereri domui iſrael: ſed obliuione obliuiſcar eor. Et domui iuda miſerebor: et ſaluabo eos in dño deo ſuo: et non ſaluabo eos in arcu et gladio et in bello et in equis et in equitib. Et ablactauit eaz que erat abſqz miſericordia. Et cõcepit et peperit filiũ: Et dixit ei. Voca nomẽ eius non ppl̃us meus. Quia vos non ppl̃s me⁹: et ego nõ ero veſter deus. Et erit numer⁹ filioꝝ iſrael quaſi arena maris que ſine menſura eſt: et nõ numerabit. Et erit in loco vbi dicet eis: nõ ppl̃s meus vos: dicet eis filij dei viuentis. Et congregabunt filij iuda et filij iſrl̃ pariter: et ponent ſibimet caput vnũ: et aſcendent de tra: qz magn⁹ dies ieẓrael. III

Dicite fratrib vr̃is ppl̃s me⁹: et ſorori vr̃e miſericordiã conſecuta. Judicate mr̃em vr̃am iudicate: qm̃ ipſa nõ vxor mea: et ego nõ vir eius. Auferat fornicatiões ſuas a facie ſua: et adulteria ſua de medio vbeꝝ ſuoꝝ ne forte exſpoliem eã nudã. et ſtatuã eam in die natiuitatis ſue: et ponã eam quaſi ſolitudinẽ: et ſtatuam eam velut terraz inuiã et interficiã eam ſiti: et filioꝝ illius nõ miſerebor: qm̃ filij fornicationũ ſũt qz fornicata eſt mat̃ eoꝝ. Confuſa eſt q̃ concepit eos: qz dixit. Vadam poſt amatores meos qui dãt panes mihi: et aq̃s meas: et lanam meã et linum meũ: oleũ meũ et potum meum Propter hoc ecce ego ſepiam viã tuã ſpinis: et ſepiã eam maceria. Et ſemitas ſuas nõ inueniet et ſeq̃tur amatores ſuos et nõ apprehendet eos: et q̃ret eos et nõ inueniet. Et dicet. Vadam et reuertar ad vir̃ meũ priorem. qz bñ mihi erat tũc magis q̃z nunc Et hec neſciui: qz ego dedi ei frumentũ et vinũ et oleũ: et argentũ mltiplicaui ei et aur̃: que fecer̃t baal. Idcirco conuertar et ſumã frumentũ meũ in tpe ſuo et vinum meũ in tpe ſuo: et liberabo lanam meã et linũ meũ q̃ opiebãt ignominaz eius. Et nũc reuelabo ſtulticiã ei⁹ in oculis amatoꝝ eius. et vir nõ eruet eam de manu mea. Et ceſſare faciã oẽ gaudiuz eius: ſolennitatẽ ei⁹: neomeniã ei⁹. ſabbatum eius: et oĩa feſta tpa ei⁹. Et corrumpam vineã eius et ficum eius: de q̃bus dixit Mercedes hec mee ſunt q̃s dederũt mihi amatores mei. Et ponã eaz in ſaltũ: et comedet eã beſtia agri. Et viſitabo ſup eã dies baalim q̃bus accendebat incẽſuz: et ornabat̃ in aure ſua et monili ſuo: et ibat p⁹ amatores ſuos: et mei obliuiſcebat̃ dicit dñs. Propt̃ hoc ecce ego lactabo eam et adducã eam in ſolitudinez. Et loquar ad cor ei⁹: et dabo ei vineas eius ex eodẽ loco: et vallẽ achor ad apiendã ſpem. Et canet ibi iuxta dies iuuẽtutis ſue: et iuxta dies aſcenſionis ſue de terra egypti. Et erit in die illo ait dñs: vocabit me vir me⁹: et nõ vocabit me vltra baalim. Et auferaz nomia baalim de ore eius: et non recordabitur vltra nominis eoꝝ. Et pcutiam eis fedus in die illa cum beſtia agri et cũ volucre celi et cum reptili terre. Et arcuz et gladiũ et bellũ conteram de terra: et dormire eos faciam fiducialr. Et ſponſabo te mihi in ſempiternũ: et ſpõſabo te mihi in iuſticia et iudicio et in miſcõia et miſerationib. Et ſponſabo te mihi in fide: et ſcies qz dñs: Et erit: in die illa exaudiaz dic dñs: et exaudiã celos: et illi exaudient terrã: et terra exaudiet triticum et vinũ et oleũ: et hec exaudiẽt ieẓrahel. Et ſeminabo eam mihi in terrã: et miſerebor eius q̃ fuit abſqz miſericordia. Et dicaz non populo meo ppl̃us meus es tu: et ipſe dicet deus me⁹ es tu. IIII

Et dixit dñs ad me: Adhuc vade et dilige mulierẽ dilectã amico et adulteram: ſicut diligit dominus filios iſrael: et ipſi reſpectant ad deos alienos et diligunt vinacia vuarum Et fodi eam mihi q̃ndecim argenteis: et chor hordei et dimidio chor hordei: et dixi ad eam. Dies multos expectabis me. Non fornicaberis: et nõ eris viro: ſed et ego exſpectabo te. Quia dies multos ſedebũt filij iſrl̃ ſine rege et ſine pr̃icipe et ſine ſacrificio et ſine altari et ſine ephot et ſine theraphin. Et poſt hec reuertent̃ filij iſrl̃: et q̃rent dñm deũ

suum ⁊ dauid regez suũ: et pauebũt ad
dñm ⁊ ad bonũ ei⁹ in nouissimo dierũ.
Audite ꝟbũ dñi filij isrl' IIII
qꝛ iudiciũ dño cũ hĩtatoribus
terre. Non est enĩ ꝟitas et nõ ẽ
misericordia: ⁊ nõ est scientia dei in t̃ra.
Maledictũ ⁊ mendaciũ ⁊ homicidiũ et
furtũ ⁊ adulteriũ inũdauer̃t: et sãguis
sanguinẽ tetigit. Propt' h̃ lugebit t̃ra.
et infirmabit̃ omĩs qui hĩtat in ea. In
bestia agri ⁊ in volucre celi: sed ⁊ pisces
mar⁹ ꝯgregabunt̃. Verũtñ vnusquisq̃
nõ iudicet ⁊ nõ arguat̃ vir. Popul⁹ enĩ
tuus sic̃ hi: qui ꝯdicũt sacerdoti. Et cor
rues hodie: ⁊ corruet etiã ꝓpheta tecuz.
Nocte tacere feci matrẽ tuaz. Cõticuit
ꝓpl'us me⁹: eo ꝙ nõ habuerit scientiaz
Quia tu sciaz repullisti: repellã te ne sa
cerdotio fũgar⁹ mihi. Et oblita es leg⁹
dei tui: obliuiscar filioꝝ tuorum et ego.
Scdm multidinẽ eoꝝ sic peccauerunt
mihi: gl'iam eoꝝ in ignominiã cõmuta
bo. Peccata ꝓpl'i mei comedẽt: ⁊ ad ini
quitatẽ eoꝝ subleuabũt anĩas eoꝝ. Et
erit: sicut ꝓpl's sic sacerdos. Et visitabo
sup eũ vias eius ⁊ cogitatões eius red
dam ei Et comedent et nõ saturabunt̃
Fornicati sunt ⁊ nõ cessauer̃t: qm̃ dñm
dereliq̃runt in nõ custodiẽdo. Fornica
tio ⁊ vinũ ⁊ ebrietas auferunt cor. Po
pulis me⁹ in ligno suo interrogauit: ⁊
bacul⁹ eius annũciauit ei. Spũs eniz
fornicationũ decepit eos: ⁊ fornicati sũt
a deo suo. Sup capita mõtiũ sacrifica
bant: ⁊ sup colles accẽdebãt thymiana
subt⁹ quercũ ⁊ ꝓpl'm ⁊ terebinthũ: qꝛ bo
na erat vmbra ei⁹. Ideo fornicabunt̃ fi
lie vr̃e ⁊ sponse vestre adultere erũt. Nõ
visitabo sup filias vrãs cũ fuerint forni
cate: ⁊ sup sponsas vrãs cũ adulteraue
rint: qm̃ ipsi cũ meretricib⁹ ꝯuersabãt̃:
et cũ effeminatis sacrificabãt. Et ꝓpl's
nõ intelligẽs vapulabit. Si fornicaris
tu isrl': nõ delinq̃t saltem iuda. Et noli
te ingredi in galgala: ⁊ ne ascenderit̃ in
bethauen: neq̃ iuraueritis: viuit dñs.
Qm̃ sicut vacca lasciuiẽs declĩauit isrl'
Nunc pascet eos dñs: q̃i agnũ in latitu
dine. Particeps idoloꝝ effraim dimit
te eum. Sepatum est ꝯuiuiuz eoꝝ: for
nicatõe fornicati sunt dilexerũt afferre
ignominiã ꝓtectores eius. Ligauit euz
spiritus in alis suis: ⁊ confundentur a
sacrificijs suis. V
Audite hoc sacerdotes: ⁊ atten
dite domus isrl': ⁊ domus reg⁹
auscultate: qꝛ vobis iudiciũ est. Qm̃ la
queus facti estis speculationi: ⁊ sic̃ rete
expansum subter thabor. ⁊ victimas de
clinastis ĩ ꝓfundũ. Et ego eruditor om
niũ eoꝝ Ego scio effraim: ⁊ isrl' nõ ẽ ab
scondit⁹ a me. Quia nũc fornicatus est
effraim: cõtaminat⁹ est isrl'. Non dabũt
cogitatões suas vt reuertant̃ ad deũ su
um: qꝛ spũs fornicationũ in medio eoꝝ
et dñm nõ cognouerũt. Et rñdebit ar
rogantia isrl' in facie eius: ⁊ isrl' ⁊ effraĩ
ruent in iniq̃tate sua. Ruet etiã iudas
cũ eis. In gregib⁹ suis ⁊ in arment⁹ su
is vadent ad q̃rendũ dñm ⁊ nõ inueni
ent. Ablatus ẽ ab eis. In dño ꝑuarica
ti sunt: qꝛ filios alienos genuer̃t. Nũc
deuorabit eos mẽsis cũ partibus suis.
Clangite buccina ĩ gabaa. tuba ĩ rama.
Ululate in bethauen: post tergum tuũ
beniamin. Effraim in desolatione erit.
In die correptõis in tribub⁹ isrl' oñdi
fidez. Facti sunt principes iuda q̃si assu
mentes terminũ. sup eos effundaz q̃si
aq̃m iram meã. Calumniã patiens est
effraim fractus iudicio: qm̃ cepit abire
post sordem. Et ego q̃si tinea effraim: ⁊
quasi putredo domui iuda. Et vidit ef
fraim languorẽ suũ. ⁊ iudas vinculum
suũ. Et abijt effraim ad assur. Et misit
ad regem vltorẽ. Et ipse non poterit sa
nare vos: nec soluere poterit a vob̃ vin
culuz. Qm̃ ego q̃si leena effraim: et q̃si
catul⁹ leonis domui iuda. Ego ego ca
piam ⁊ vadã: tollam ⁊ nõ est qui eruat.
Vadens reuertar ad locũ meuz donec
reficiatis: et queratis faciem meam.
In tribulatione sua VI
mane consurgent ad me Veni
te et reuertamur ad dominum
quia ipse cepit ⁊ sanabit nos ꝑcutiet ⁊

curabit nos. Viuificabit nos post duos
dies: i die tertia suscitabit nos: ⁊ viue-
mus i ꝯspectu eius: sciem⁹ seq̄murq; vt
cognoscam⁹ dn̄m. Quasi diluculū pre
paratus ē egressus ei⁹: ⁊ veniet q̄si imber
nob temporane⁹ ⁊ serotin⁹ terre. Quid
faciā tibi effraim: q̄d faciam tibi iuda?
Misericordia vestra q̄si nubes matutīa
⁊ q̄si ros manet transiēs. Propter hoc
dolaui in ꝓphetis: ⁊ occidi eos in verbis
oris mei: ⁊ iudicia tua q̄i lux egredient̄
Quia misc̄diam volui et nō sacrificiuz
et scientiā dei plus q̄z holocaustū. Ipsi
aūt sic̄ adam trāsgressi sunt pactū: ibi p̄
uaricati sunt ī me. Galaad ciuitas ope
rantiū idolū supplantata sanguīe: ⁊ q̄si
fauces viroꝝ latronū. Particeps sacer
dotū in via int̄ficientiū ꝑgentes de sy-
chem. qꝛ scelus opati sunt. In domo is
rael vidi horrendū. Ibi fornicatōes ef-
fraim contaminat⁹ est isrl̄. Sed ⁊ iuda
pone messem tibi: cum cōuertero capti
uitatē ꝓpl̄i mei.

VII

Cum sanare vellē israel: reuela-
ta est iniq̄tas effraim ⁊ malicia
samarie: qꝛ opati sūt mēdaciū.
Et fur ingressus ē spolians. latruncul⁹
foris. Et ne forte dicāt in cordib⁹ suis.
omnē maliciā eorum me recordatum.
Nūc circūdedert̄ eos adinuētiōes sue
corā facie mea facte sūt In malicia sua
letificauert̄ regē: ⁊ in mēdacijs suis pri
cipes. Om̄s adulterātes q̄si clibanus
succēsus a coquēte. Quieuit paululuz
ciuitas a cōmixtione fermēti donec fer
mentaret̄ totū. Dies reg̃ nostri. Cepe
runt principes furere a vino. Extendit
manū suā cū illusorib⁹: qꝛ applicauerūt
q̄si clibanū cor suū cū insidiaretur eis.
Tota nocte dormiuit coq̄ns eos: mane
ip̄e succēsus q̄si ignis flāme. Oēs cale-
facti sunt q̄si cliban⁹: ⁊ deuorauert̄ iudi
ces suos. Om̄s reges eoꝝ cecidert̄. nō
est q̄ clamet in eis ad me. Effraim ī po
pulis ip̄e ꝯmiscebat̄. Effraim fact⁹ est
subcinerici⁹ panis qui nō reuersat̄. Co
mederunt alieni robur ei⁹: ⁊ ipse nesci
uit. Sed ⁊ cani effusi sunt in eo: ⁊ ipse
ignorauit. Et humiliabit̄ sup̄bia israel
in facie ei⁹. Nec reuersi sūt ad dn̄m deū
suū: ⁊ nō quesiert̄ eū in oīb⁹ his. Et fa-
ctus ē effraim q̄si colūba seducta non
hn̄s cor. Egyptū īuocabāt: ad assyrios
abierūt. Et cuz ꝓfecti fuerint: expandā
sup̄ eos rete meū: ⁊ q̄si volucrez celi de-
trahā eos. Cedā eos s̄m auditionē ce-
tus eoꝝ. Ve eis: qm̄ recessert̄ a me. Va
stabunt̄: qꝛ p̄uaricati sunt in me. Ego
redemi eos et ipsi locuti sunt ꝯ me mē
dacia. Et nō clamauert̄ ad me in corde
suo: sz vlulabāt in cubilib⁹ suis. Sup̄
triticū et vinū ruminabūt ⁊ recesserūt
a me. Et ego erudiui eos: ⁊ confortaui
brachia eoꝝ: ⁊ in me cogitauerūt mali-
ciam. Reuersi sunt vt eēnt absq; iugo
facti sunt q̄i arcus dolosus. Cadent in
gladio principes eoꝝ. a furore līgue sue
Ista subsannatio eoꝝ in t̄ra egypti.

VIII

In gutture tuo sit tu-
ba quasi aquila super domum
dn̄i: pro eo ꝙ transgressi sunt
fedus meū: ⁊ legez meā preuaricati sūt
Me inuocabūt deus meus: et cogno-
uimus te isrl̄. Proiecit israel bonū: ini
mic⁹ ꝑseq̄tur eū. Ipsi regnauerūt ⁊ nō
ex me: principes extiterūt: ⁊ non cogno
uit. Auꝝ suum ⁊ argentū suū fecerūt si
bi idola vt interirent. Proiect⁹ ē vitu-
lus tu⁹ samaria. Irat⁹ est furor me⁹ in
eis. Vsq; quo nō poterunt emundari?
Quia ex israel ⁊ ip̄e ē. Artifex fecit illū
et nō est deus. Quoniā in aranearū te-
las erit vitulus samarie: qꝛ ventum se
minabūt ⁊ turpidinē metēt. Culmus
stans: nō est in eo germē. Non faciet fa
rinam. Qd̄ ⁊ si fecerit: alieni comedēt
eam. Deuoratus est isrl̄. Nunc fact⁹ est
in nationib⁹ q̄si vas immūduz: qꝛ ipsi
ascenderūt ad assur. Onager solitari⁹
sibi effraim. Munera dederūt amatori
bus suis: sed ⁊ cū mercede cōduxerunt
nationes. Nunc cōgregabo eos ⁊ quie-
scent paulisper ab onere regis ⁊ princi
pum. Quia ml̄tiplicauit effraim alta-
ria ad peccādū: facte sūt ei are in delictū
Scribam ei ml̄tiplices leges meas q̄

velut aliene computate sunt. Hostias offerent: immolabunt carnes et comedent: ⁊ dominus non suscipiet eas. Nūc recordabitur iniquitatis eorū: ⁊ visitabit peccata eoꝝ. Ipsi in egyptū cōuertētur. Et oblitus est israel factoris sui: et edificauit delubra: et iudas multiplicauit vrbes munitas. Et mittam ignez in ciuitates eius: et deuorabit edes illius.

IX

Noli letari israel. noli exultare sicut populi: qꝛ fornicatus es a deo tuo. Dilexisti mercedē sup omēs areas tritici. Area ⁊ torcular non pascet eos: ⁊ vinū mentiet eis. Nō habitabunt in terra dñi. Reuersus est effraim in egyptuz: ⁊ in assyrijs pollutū comedit. Non libabunt dño vinū: ⁊ nō placebunt ei. Sacrificia eoruz quasi panis lugentiū. Oēs qui comedēt eū contaminabunt: qꝛ panis eoꝝ aīe ipoꝝ: nō intrabit in domū dñi. Quid facietis in die solenni in die festiuitatis dñi? Ecce enī ꝓfecti sunt a vastitate. Egyptus cōgregabit eos: mēphis sepeliet eos. Desiderabile argentū eoꝝ vrtica hereditabit: lappa in tabernaculis eoꝝ. Venerūt dies visitationis: venerūt dies retributionis. Scitote isrl stultū. ꝓphetam insanū. virū spiritalez. Propter multitudinem iniquitatis tue: ⁊ multitudinez amentie. Speculator effraim cum deo meo ꝓpheta: laq̄us ruine factus est sup omnes vias eius. Insania in domo dei eius. Profunde peccauerūt sicut in diebus gabaa. Recordabit iniquitatis eoꝝ ⁊ visitabit peccata eoꝝ. Quasi vuas in deserto inueni israel: q̄si prima poma ficulnee in cacumine eius vidi pr̄es eoꝝ. Ipsi aūt intrauerūt ad beelphegor: ⁊ ab alienati sunt in confusione ⁊ facti sunt abominabiles sicut ea q̄ dilexerūt. Effraim q̄si auis auolauit. Gloria eoꝝ a ꝑtu: ⁊ ab vtero ⁊ a conceptu. Q ⁊ si enutrierint filios suos: absq̄z liberis eos faciam in hoībꝫ. Sed ⁊ ve eis: cum recessero ab eis. Effraim vt vidi tyrus erat: fundata in pulcritudine. Et effraim educet ad interfectorem filios suos. Da eis domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis: ⁊ vbera arentia. Omnes nequicie eoꝝ in galgal: quia ibi exosos habui eos. Propter maliciam adinuentionū eoruz: de domo mea eijciam eos. Non addam vt diligam eos. Omnes principes eorū recedentes. Percussus est effraim: radix eoruz exiccata est. Fructum nequaq̄z facient. Q ⁊ si genuerint interficiam amantissima vteri eorum. Abijciet eos dominus deus meus quia non audierunt eum: ⁊ erunt vagi in nationibus.

X

Vitis frondosa israel: fructus adequatus est ei. Scdm multitudinez fructus sui multiplicauit altaria: iuxta vbertatez terre sue exuberauit simulacris. Diuisuz est cor eorum: nūc interibunt. Ipse confringet simulacra eorum: depopulabitur aras eoꝝ. Quia nunc dicent non est rex nobis. Non enī timem⁹ dominū. Et rex quid faciet nobis? Loquimini verba visionis inutilis ⁊ ferietis fedus cum mendacio ⁊ germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. Vaccas bethauen coluerūt habitatores samarie. Quia luxit super eum populus eius: ⁊ editui eius super eum exultauerūt in gloria eius: qꝛ migrauit ab eo. Siquidem ⁊ ipse in assru delatus est munus regi vltori. Confusio effraim capiet: ⁊ confundetur isrl in volūtate sua. Trāsire fecit samaria regem suum quasi spumam super faciez aque. Et disperdent excelsa idoli peccatuz isrl. Lappa ⁊ tribulus ascēdet super aras eorū. Et dicent mōtibꝫ: operite nos: ⁊ collibꝫ: cadite sup nos. Ex diebꝫ gabaa peccauit israel. Ibi steterūt. Non comprehendet eos in gabaa preliū: sup filijs iniquitatis. Iuxta desiderium meū corripiam eos. Congregabunt super eos populi. cum corripient ꝓpter duas iniquitates suas. Effraim vitula docta diligere trituram: ⁊ ego transiui sup pulcritudinem colli eius. Ascendaz sup effraim Arabit iudas: confringet sibi sulcos iacob. Seminate vobis in iusticia: ⁊ me-

tite in ore misericordie·innouate vobis
nouale. Tempus aũt requirendi dñm:
qui venerit cum docebit vos iusticiã. A/
rastis impietatez:iniqtatẽ messuistis:co
medistis frugez mẽdacij. Quia ꝓfisus
es in vijs tuis:ꝛ in multitudie fortiuz
tuoꝝ:ꝓsurget tumltꝰ in ꝓplo tuo:ꝛ oẽs
munitiones tue vastabũtur sicut vasta
tus est salmana·a domo eiꝰ qui vindica
uit baal·in die plij mẽe sup filios allisa.
Sic fecit vobis bethel:a facie militie ne
quitiarum vestrarum. ℣XI
Sicut mane trãsit·ptrãsit rex is/
rael:qz puer isrl'ꝛ dilexi euz ꝛ ex
egypto vocaui filiũ meũ. Uoca
uerũt eos:sic abierũt a facie eoꝝ. Baalij
immolabãt:ꝛ simulacrꝭ sacrificabãt. Et
ego q̃si nutricius ephraim portabã eos
in brachijs meis:ꝛ nescierũt q curarez
eos. In funiculis adam trahã eos:in vi/
culis charitatis. Et ero eis q̃si exaltans
iugũ sup maxillas eoꝝ ꝛ declinaui ad eũ
vt vescerer. Nõ reuertet in terram egy
pti:ꝛ assur ipse rex eiꝰ q̃m noluerũt con/
uerti. Cepit gladius in ciuitatibꝫ eius:
et consumet electos eius:ꝛ comedet ca
pita eoꝝ. Et ꝓplus meꝰ pendebit ad redi/
tũ meuz. Jugũ aũt imponet eis simul:
qꝺ nõ auferet. Quo dabo te effraim·p/
tegam te isrl':Quo dabo te:Sicut ada
ma ponam te:vt sebvim. Conuersuz est
in me coꝛ meuz:pariter conturbata est
penitudo mea. Nõ faciã furorez ire mee
Non conũtar vt dispdam effraim:qm
deus ego ꝛ nõ homo. In medio tui scũs
ꝛ nõ ingrediar ciuitatẽ. Post dñm am/
bulabũt. Quasi leo rugiet:qz ipse rugi
et:ꝛ formidabunt filij maris. Et auola/
bũt q̃si auis ex egypto:et q̃si colũba de
terra assyrioꝝ:ꝛ collocabo eos in domibꝫ
suis dicit dñs. Circũdedit me effraim ĩ
negociatiõe:ꝛ in dolo domꝰ isrl'. Judas
aũt testis descẽdit cũ deo:ꝛ cũ sctis fidelibꝫ
Effraim pascit ventũ:ꝛ ℣XII
sequit estum. Tota die mẽdaci/
um ꝛ vastitatẽ multiplicat. Et
fedus cũ assyrijs iniit:ꝛ oleũ in egyptuz
ferebat. Judiciũ ꝺ dñi cũ iuda:ꝛ visita/
tio super iacob. Juxta vias eius ꝛ iuxta
adinuentiones eius reddet ei. In vte/
ro supplantauit fratrem suuz:ꝛ in forti/
tudine sua directus est cum angelo. Et
inualuit ad angelum:ꝛ confortatus est
Fleuit:ꝛ rogauit eum. In bethel inue/
nit eum:ꝛ ibi locutus est nobiscum. Et
dñs deus exercituũ:dñs memoriale eiꝰ
Et tu ad dñm deum tuuz conuerteris.
Misericordiã ꝛ iudiciuz custodi:ꝛ spera
in deo tuo semp. Chanaan in manu eiꝰ
statera dolosa:calumniam dilexit. Et di
xit effraim. Ueruntamẽ diues effectus
sum:inueni idolum mihi. Omẽs labo/
res mei non inuenient mihi iniquitaẽ
quã peccaui. Et ego dñs deus tuꝰ ex ter
ra egypti. Adhuc sedere te faciã in taber
naculis:sicut in diebꝫ festiuitatis. Et lo
cutꝰ sum sup ꝓphetas:ꝛ ego visionẽ mul
tiplicaui:ꝛ in manu ꝓphetarũ assimilatꝰ
sum. Si galaad idolũ:ꝺ frustra erãt in
galgal vbꝫ immolãtes. Nam ꝛ altaria
eoꝝ q̃si acerui sup sulcos agri. Fugit ia/
cob ĩ regionẽ syrie:ꝛ seruiuit isrl' in vxo/
rẽ:ꝛ in vxorẽ seruauit. In ꝓpheta aũt e/
duxit dñs israel de egypto:ꝛ in ꝓpheta ſ
uatus est. Ad iracũdiam me ꝓuocauit
effraĩ in amaritudibꝫ suis:ꝛ sanguis eiꝰ
sup eum veniet:ꝛ opprobrium eius re/
stituet ei dominus deus suus. ℣XIII
Loquẽte effraim·horror inuasit
israel:ꝛ deliquit in baal ꝛ mortu
us est. Et nũc addiderũt ad pec
candũ:fecerũtq; sibi ꝓflatile de argento
suo quasi similitudinem idolorum. Fa/
ctura artificũ totum est. Vobis ipsi dicũt
Immolate homĩes vitulos adorãtes:
Idcirco erunt q̃si nubes matutina:ꝛ si/
cut ros matutinꝰ ptериens. Sicut pul
uis turbine raptꝰ ex area:ꝛ sicut fumus
de fumario. Ego aũt dñs deꝰ tuꝰ ex tra
egypti:ꝛ deum absq; me nescies:ꝛ salua
tor nõ est preter me. Ego cognoui te in
deserto:in terra solitudis. Juxta pascua
sua adimpleti sunt:ꝛ saturati sunt. Et
eleuauerunt coꝛ suuz:ꝛ obliti sunt mei
Et ego ero eis q̃si leena:sic̃ pardus in
via assyrioꝝ. Occurraz eis q̃si vrsa raptꝭ

catulis ⁊ dirūpam interiora iecoris eoꝝ
Et cōsumā eos ibi quasi leo: bestia agri
scindet eos. Perditio tua israel; tantū
modo in me auxiliū tuū. Ubi est rex tu
us: Maxime nūc saluet te in oīb⁹ urbi
bus tuis. Et iudices tui de q̄b⁹ dixisti:
da mihi regē ⁊ principes. Dabo tibi regē
in furore meo: ⁊ auferā in indignatiōe
mea. Colligata est iniquitas effraim: ab
sconditum peccatū ei⁹. Dolores pturiē
tis uenient ei. Ipse filius non sapiens.
Nūc enim nō stabit in contritione filio
rū. De mānu mortis liberabo eos: de mor
te redimaꝫ eos: Ero mors tua o mors:
morsus tu⁹ ero inferne. Cōsolatio ab
scondita est ab oculis meis. q̄ ipse inter
fratres diuidet. Adducet uētem uentū
dñs de deserto ascendentē: ⁊ siccabit ue
nas ei⁹: ⁊ desolabit fontes ei⁹: ⁊ ipse diri
piet thesaurū oīs uasis desiderabilis.

Pereat samaria: quōm XIIII
p ad amaritudinē concitauit deū
suū. In gladio pereāt. Paruu
li eoꝝ elidant̄: ⁊ fetę eius scindant̄. Con
uertere isrl̄ ad dñm deū tuū: quōm corruisti
in iniquitate tua. Tollite uobiscū uerba
⁊ cōuertimini ad dñm: ⁊ dicite ei. Oēm
auferiniquitatē: ⁊ accipe bonum: ⁊ redde
mus uitulos labioꝝ nostroꝝ. Assur nō
saluabit nos. Non equū nō ascendem⁹
nec dicemus ultra: diꝝ nostri opera ma
nuum nostrarū: q̄ eius qui in te est mise
reberis pupilli. Sanabo contritiones
eorum: diligam eos spontanee: quia aū
sus est furor me⁹ ab eis. Ero q̄si ros. Et
isrl̄ germinabit sicut liliū: ⁊ erūpet radix
eius ut libani. Ibūt rami ei⁹: et erit q̄si
oliua gl̄ia ei⁹: ⁊ odor ei⁹ ut libani. Conuer
tent̄ sedētes in umbra ei⁹: uiuēt tritico
Et germinabunt q̄si uinea: memoriale
eius sic̄ uinū libani. Effraim q̄d mihi ul
tra idola: Ego exaudiā ⁊ dirigā eum: ego
ut abietē uirētē: ex me fruct⁹ tu⁹ inuēt⁹
est. Quis sapiēs ⁊ intelliget ista: intelli
gens ⁊ sciet hec: Quia recte uie domini
⁊ iusti ambulabunt in eis: preuaricato
res uero corruent in eis.

Explicit Osee proplxta.

Incipit prologus in Joxl pplxtaꝫ

Sanctus ioxl apud hebreos
post osee ponitur. Et sicut ibi
sub nomine effraim ad decem
tribus cōfertur uaticinium:
que uel samaria uel israel sepe memoraꝫ
tur: sic in hunc pplxetam omne qđ dicit̄
ad tribū iuda ⁊ ad hierlm ptinere crede
dum est: ⁊ nullam omnino israelis id ē
decē tribuū in hoc fieri mentionē. Tem
pora q̄z quib⁹ pplxtauit eadem uidemus
accipere que in osee legimus. in diebus
ozie. ioathan. ⁊ achaz. ⁊ ezechie regum iu
da. ⁊ in diebus hieroboā filij ioas regis is
rael. Porro fm̄ esse sermonem dñi ad
meritū eius referr̄ cui fit. non ad additio
nē eius qui fieri dr. ut alibi legim⁹: Do
min⁹ fcūs est mihi i salutē. Auditus. n.
in scripturis scis nō est iste qui ad aures
sonat: sz qui i corde pcipitur. iuxta illud
qđ dñs loquit̄. Qui hz aures audiendi
audiat. Quod aūt dr hebraice hiezimi.
grece enechziasti. latine sonat auribus pci
pite. pprie nō aure sed corde pcipitur.
Qui senes sunt ⁊ celestes audiūt spūa
liter: qui aūt habitāt in terra appellan
turq terreni. auribus percipiunt. Ubi
cūq autē hec duo uerba iuncta ponunt̄
nō ad simplicē tm̄ uerbi sonū: sed ad re
conditā q̄z dictor intelligentiā ptinere
intelligenduz est. In genesi lamech lo
quit̄ ad uxores suas ada ⁊ sella: Audite
uerba mea uxores lamech. auribus pcipi
te sermones meos. Quia uirum occidi
in uulnus meū: ⁊ iuuenem in liuorem
meum. Et esaias: Audite celi et auribus
percipe terra.

Item alius plogus in eundem:

In hoc pplxeta idcirco nec
reges nec tpa sunt pnota
ta q̄ eisdem tpibus ac regi
bus quibus osee pplxetauerat ⁊ ipse pplxetauit. Et tri
bus igitur generibus rhetor hec sumunt̄
principia: ⁊ tres sunt argumentorum pti
tes. ex quibus incipere solet oīs orator.

Iohel

Aut enim uocabiles·aut beniuolos aut attentos auditores debet efficere. Hic ergo prophęta a magnitudine cladis sue mens principiū eosq; qui audituri erāt volens ad pniaz prouocare·reddit attē/tos admirans futurum malum vt considerantes uenture cladis asperitatem: ocius arriperent penitētiam. Iohel int/pretatur incipiens·aut domini descēsus Fatuel uero aut latitudo aut ostiuz dei. Tropologice hoc est q; qui ostium dei et scientiam habuerit aptam·recte incipit prophętare.

Incipit argumentum in eundem.

Iohel filius fatuel describit terram duodecim tribuum· eruca·bruchо·locusta· rubigine uastante consumptam: et post reuersionez prioris populi effusuz iri spiritum sanctum super seruos dei et ancillas id est super centum viginti credentium nomina:et effusum iri in cenaculo sion:qui centū viginti ab vnoq;q; ad quindecim:paulatim et per incremēta surgentes·quindecim graduum numerum efficiunt·qui in psalterio mystice continentur.

Explicit argumentū Incipit Iohel prophęta Capitulum I

VErbum domini quod factum est ad iohel filium fatuel. Audite hęc senes:et auribꝰ percipite omnes habitatores terre·si factū est istud in diebus uestris:aut in diebꝰ patrum uestroz. Super hoc filijs uestris narrate:et filij uestri filijs suis:et filij eoz; generationi altere. Residuū eruce comedit locusta:et residuum locuste comedit bruchus et residuuz bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrij:flete et vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine:quoniam periit ab ore uestro. Gēs enī ascendet sup terrā meaz:fortis et innumerabilis. Dentes eius vt dentes leonis:et molares eius vt catuli leonis Posuit vineā meam in desertū:et ficuz meā decorticauit. Nudās spoliauit eam et proiecit:albi facti sunt rami eius. Plange q̄si ego accincta sacco:super virū pubertatis sue. Periit sacrificiuz et libatio de domo dñi:luxerunt sacerdotes ministri domini. Depopulata est regio:luxit humus:q̄m deuastatū est triticum. Cō fusum est vinum et elanguit oleuz. Cōfusi sunt agricole·vlulauerūt vinitores sup frumēto vino et hordeo:quia periit messis agri. Vinea confusa est:et ficꝰ elāguit. Malogranatum et palma et maluz et omnia ligna agri aruerūt:q; confusuz est gaudiū a filijs hoīm. Accigite vos et plāgite sacerdotes:vlulate ministri altaris Ingredimini:cubate in sacco ministri dei mei:q̄m interijt de domo dei uestri sacrificiū et libatio. Sanctificate ieiuniuz vocate cetū:congregate senes omēs habitatores terre in domū dei vri:et clamate ad dñm. A.a.a. diei:q; prope est dies dñi et q̄si uastitas a potēte ueniet. Nūquid nō coraī oculis vris alimēta perierūt:de domo dei uestri leticia et exultatio? Computruerūt iumēta in stercore suo. Demolita sunt horrea:dissipate sunt apothece: q̄m confusum est triticuz. Quid ingemuit animal:mugierunt greges armenti? Quia nō est pascua eis. Sed et greges pecoꝝ disperierūt. Ad te dñe clamabo:q; ignis comedit speciosa deserti:et flamma succendit omia ligna regionis. Sed et bestie agri quasi area sitiens imbrem:suspexerūt ad te:q̄m exiccati sunt' fontes aq̄ꝝ:et ignis deuorauit speciosa deserti.

CLanite tuba in sion:vlulate II in mōte scō meo. Conturbent oēs hītatores terre q; venit dies domini:q; prope est dies tenebraꝝ et caliginis:dies nubis et turbinis. Quasi mane expansum sup mōtes: ppls multus et fortis. Similis ei nō fuit a principio et post eū non erit vsq; in annos generationis et generatiōis. Ante faciē eiꝰ ignis vorās:et post eū exurens flamma:

Iohel

Quasi hortus voluptatis terra coram eo
et post eũ solitudo deserti: neqꝫ est qui ef-
fugiat eũ. Quasi aspectus equꝝ aspectus
eoꝝ: et ꝙsi equites sic current. Sicut soni
tus ꝙdrigarꝝ supꝫ capita montiũ exilient
sicut sonitus flãme ignis devorãtis sti-
pulã: velut ppl's fortis ꝓparat' ad ꝓliuz
A facie ei' cruciabunt ppli: oẽs vultus
redigẽt in ollã. Sicut fortes current: ꝙsi
viri bellatores ascendẽt murum. Viri in
viis suis gradient: et nõ declinabũt a se-
mitis suis. Unusquisqꝫ frem suũ nõ co
artabit: singuli in calle suo ambulabũt.
Sed et ꝓ fenestras cadẽt: et nõ demolien
tur. Urbem ingredient: in muro curret
Domos conscendẽt: ꝓ fenestras intra-
bunt ꝙsi fur. A facie eius cõtremuit ter
ra: moti sunt celi. Sol et luna obtene-
brati sunt: et stelle retraxerũt splendorez
suũ. Et dns dedit vocẽ suã ante faciem
exercit' sui: qr multa sunt nimis castra
eius: qr fortia et facientia verbũ eius. Ma
gnus enim dies dñi: et terribilis valde.
Et quis sustinebit eũ? Nũc g̃ dicit dns
Cõuertimini ad me in toto corde vro
in ieiunio et fletu et in planctu: et scindite
corda vra et non vestimẽta vra. Et con
vertimini ad dñm deũ vrm: qr benignus et
misericors est: patiẽs et multe misericor
die et ꝓstabilis supꝫ malicia. Quis scit si
cõvertat' et ig̃scat: et relinq̃t post se bened
ctionẽ? Sacrificium et libamẽ dño deo
nro. Canite tuba in sion: sanctificate ie-
iunium. vocate cetũ. congregate ppl'm. sci-
cate ecclesiã. coadunate senes. congrega
te puulos et sugentes vbera. Egrediat'
sponsus de cubili suo: et sponsa de thala-
mo suo. Inter vestibulũ et altare plora-
bunt sacerdotes ministri dñi et dicent:
Parce dñe parce ppl'o tuo et ne des here
ditatem tuam in opprobriũ. vt dominẽ
tur eis nationes. Quare dicũt in popu
lis vbi est deus eoꝝ? Zelatus est dns ter
rã suã: et pepercit ppl'o suo. Et rndit dns
et dixit ppl'o suo: Ecce ego mittaz vobis
frumentum et vinũ et oleum: et replebi-
mini in eis: et non dabo vos vltra oppro
brium in gentibꝫ. Et eum qui ab aqui-
lone est procul faciam a vobis: et expellã
eum in terram inuiam et desertaz. Faciẽ
eius ꝓtra mare orientale: et extremũ eius
vsqꝫ ad mare nouissimũ. Et ascendet fe
tor eius: et ascẽdet putredo ei'. qr supbe
egit. Noli timere terra: exulta et letare:
qm̃ magnificauit dns vt faceret. Noli-
te timere aialia regionis: qr germinaue
rũt speciosa deserti: quia lignum attulit
fructũ suum: ficus et vinea dederũt vir
tutez suã. Et filie sion exultate et letami
ni in dño deo vro: qr dedit vob doctorez
iusticie: et descendere faciet advos imbrẽ
matutinũ et serotinũ sicut in principio
Et implebunt' aree frumẽto: et redũda-
bunt torcularia vino et oleo. Et reddaz
vobis' annos q̃s comedit locusta bruch'
et rubigo et eruca: fortitudo mea magna
quam misi in vos. Et comedetis vescẽ-
tes et saturabimini: et laudabitis nomẽ
dñi dei vri qui fecit mirabilia vobiscuz
Et non confundet' ppl's meus in sempi
ternũ: et scietis qr in medio isrl' ego sum
Et ego dns deus vester: et non est ampli
us: et non ꝓfundet' populus meus in et-
num. Et erit: post hec effundam spiritũ
meũ supꝫ oẽm carnem: et ꝓphetabunt fi-
lij vestri et filie vre. Senes vri somnia
somniabũt: et iuuenes vri visiones vi-
debũt. Sed et supꝫ seruos meos et ancil-
las in diebꝫ illis effundã spiritũ meũ. et
dabo ꝓdigia in celo: et in terra sanguinez
et ignem et vaporẽ fumi. Sol ꝙuertetur
in tenebras: et luna in sanguinẽ: anteq̃
veniat dies dñi magnus et horribilis. Et
erit: oĩs q̃ inuocauerit nomẽ dñi salu'
erit: qr in mõte sion et in hierl'm erit sal
uatio sicut dixit dns: et in residuis quos
dominus vocauerit.

III

Quia ecce in diebꝫ illis et in tem
pore illo cum convertero captiui
tatem iuda et hierl'm: congrega-
omes gẽtes: et deducã eas in vallez iosa
phat et disceptabo cũ eis ibi supꝫ populo
meo et hereditate mea isrl' q̃s dispersũt
in nationibꝫ: et terrã meã diuiserũt: et su
per pl'm meũ miserũt sortẽ. Et posue-
rũt puerꝫ in pstibulo: et puellã vẽdiderũt

Prologus

pro vino vt biberẽt. Verũ quid mihi ⁊ vobis tyrus ⁊ sidon ⁊ oĩs termin⁹ palestinoꝝ? Nũquid vltionẽ vos reddetis mihi? Et si vlciscimini vos ꝯ me: citoꝛ velociter reddã vicissitudinem vob sup caput vr̃m. Argentũ. n. meũ ⁊ aurũ tulistis ⁊ desiderabilia mea ⁊ pulcerrima intulistis in delubra vr̃a. Et filios iuda ⁊ filios hierlm vendidistis filijs grecoꝝ: vt lõge faceretis eos de finib⁹ suis. Ecce ego suscitabo eos de loco in q̃ vendidistis eos: ⁊ quertaz retributionẽ vr̃am in caput vr̃m. Et vendã filios vr̃os et filias vr̃as in manib⁹ filioꝝ iuda: ⁊ venundabũt eos sabeis genti longinque: qꝛ dñs locutus est. Clamate hec in gẽtib⁹ scifi cate bellũ: suscitate robustos. Ascendãt accedant: oẽs viri bellatoꝛes. Concidite aratra vr̃a in gladios: ⁊ ligones vr̃os in lanceas. Infirmus dicat: qꝛ ego foꝛtis sum. Erumpite ⁊ venite oẽs gẽtes de circuitu: ⁊ congregamini. Ibi occũbere faciet dñs robustos tuos. Cõsurgãt ⁊ ascendant gentes in vallẽ iosaphat: qꝛ ibi sedebo vt iudicẽ omẽs gentes in circuitu Mittite falces qm̃ maturauit messis. Venite ⁊ descendite: qꝛ plenũ est toꝛcular. Eruberãt toꝛcularia: qꝛ multiplicata est malicia eoꝝ. Populi ppli in valle concisionis: qꝛ iuxta est dies dñi in valle concisionis. Sol ⁊ luna obtenebrati sunt: ⁊ stelle retraxerũt splẽdoꝛẽ suum. Et dñs de sion rugiet ⁊ de hierlm dabit vocem suam. Et mouebunt celi ⁊ terra ⁊ dñs spes ppli sui: ⁊ foꝛtitudo filioꝝ isrl Et scietis qꝛ ego dñs deus vester: habitãs in sion in mõte scõ meo. Et erit hierusalẽ sancta: ⁊ alieni non trãsibunt per eam amplius. Et erit: in die illa stillabunt mõtes dulcedinẽ ⁊ colles fluẽt lacte. Et per omnes riuos iuda ibunt aq̃ ⁊ fõs de domo domini egredietur: ⁊ irrigabit toꝛrentem spinarũ. Egyptus, in desolatione erit ⁊ idumea in desertum pditionis: p eo q̃ iniq̃ egerint in filios iuda: ⁊ effuderit sanguinẽ innocẽtẽ in terra sua. Et iudea ĩ eternũ hitabit ⁊ hierlm in gnationẽ ⁊ gnatiõez. Et mũdabo sanguinem eoꝝ quos non mũdauerã ⁊ dominus cõmoꝛabitur in sion.

Explicit Joel ppheta Incipit prologus in Amos pphetam.

Ozias rex cum religionem sollicite emularetur: nimio religionis amoꝛe pꝛouocatus: circa pꝛeceptum legis moysi arrepto thuribulo vt in hiſtoꝛia libꝛi secundi paralipomenon ostenditur: sacerdotale officiuz pꝛesumere conat⁹ ẽ. Ob eam rem terremotum in templo dei exoꝛtum constat: cuius etiam zacharias pꝛophꝛeta meminit. Ante hunc itaq̃ tremotũ amos pphꝛeta tpib⁹ pdicti regis et tpib⁹ hieroluã filij ioas regis isrl: ĩ eas gẽtes que electiõe cõpꝛehense sunt irã dei ob eas causas q̃s memoꝛauit affuturã denũciat. Et qꝛ idem pphꝛeta in sequẽtibus ait: Super tribꝰ impietatib⁹ ⁊ super q̃ttuoꝛ nõ quertam eum: tertio peccatoꝝ indulgẽtiam deum dare posse signifi cat: quẽ q̃rto eadem peccata admittentibus: nec pniam nec indulgentiã datuꝝ annũciat. Nã per ignis similitudinem: quem in pdictas gentes immittenduz pꝛedixit: grauẽ atq̃ irreuocabilez dei irã ad euersionem earundem ciuitatum pcessuram voluit demonstrare.

Item alius prologus.

Thos pꝛophꝛeta pastoꝛ et rusticus ⁊ vulneꝝ moꝛa distringẽs · paucis verbis explicari nõ potest. Quis enim digne exprimat tria ⁊ q̃ttuoꝛ scelera damasci · gaze · tyri. idumee filioꝝ ammon: et moab: et septimo octauoq̃ gradu iude et israel? Hic loquitur ad vaccas pingues que sunt in monte samarie et ruituram domum maioꝛez minoꝛemq̃ testatur. Ipse cernit victoꝛem locuste: et stantez dominũ super murum litum vel adamantium ⁊ vncinum pomoꝝ attrahentez · supplicia peccatoꝛibus ⁊ famez in terra · nõ

famem panis: neq; sitim aque. sed audi diendi verbum dñi: non dixit verba sed verbum. Amos vero interp̄tatur onustus. Hic amos speciali gratia plenus. ꝓphetauit inter ceteros ꝓphetas. Nō eī solus ipse erat ꝓphetes. sed etiā alij. Et quippe non poterat ꝓphetes esse. nisi pastor ante fuisset. Qui etiā tuba sua clangit per singulos dies erudiens ⁊ docēs in ecclesia. In veritate enī vox oīm ꝓphetaꝝ tanq̄ tuba spūalis est predicans in ecclesia. ſm q̄ scriptū est: Ascēde in mōtem excelsum tu qui euāgeliças sion: ex alta vocem tuam qui predicas hierl'm.

Item alius prologus:

Hic amos ꝓpheta ⁊ pastor. nō fuit pater esaie ꝓphete. quāq̄ ⁊ ille ꝓpheta extiterit. Naz alijs litteris ille. alijs iste apud hebreos scribit̄ q̄ differētia litteraꝝ apud latinos nō habetur: ⁊ ille fortis vl' robustus: hic vero auulsus interp̄tat̄. qr loquit̄ ꝯtra decem trib. q̄ ꝑ idolatriā a cultu dei ⁊ a regno dauid erant auulse. Fuit autez cognatio eius ex oppido thecue quod sex miliarib. distat a bethleez curam gerēs pecoꝝ in latitudine camporū qui sunt ꝓximi oppido thecue in quibus humi arido atq; arenoso nihil omnino frugū gignit̄. sed vberrimis pascuis abundāt. ⁊ ideo cūcta sunt plena pastorib.: ⁊ sterilitas terre cōpensat̄ pecoꝝ multitudine. Ex hoc numero pastoꝝ fuit amos impitus ſmone: sed plenus scientia. Prophetauit autem eisdez tp̄ib. quibus iohel. naum. ionas. osee. esaias. Sz aliq̄ntulū exorsus ē ꝓphetare añq̄ esaias. Maxīe autē ꝯ decē trib. locut' ē pauca de duab. interserēs. Hunc ablatum de numero pastoruz misit domin' vt in samaria prophetaret. quem amasias sacerdos frequenter plagis afflixit. tandem filius eius ocias vecte per tempora transfixit. Post hec semiuiuus in terrā suā euect' p' aliq̄d dies dolore vulner' expirauit: sepultusq; ē cū p̄tib. suis

Explicit ꝓlogus. Incipit Amos ꝓpheta. Capl'm I

Verba Amos qui fuit in pastoralib. thecue: que vidit super israel in diebus oçie regis iuda et in diebus hieroboam filij ioas regis israel ante duos annos terremot'. Et dixit: Dominus de sion rugiet ⁊ de hierusalem dabit vocem suam. Et luxerūt speciosa pastorum: ⁊ exiccatus est vertex carmeli. Hec dicit dominus super trib. sceleribus damasci ⁊ super quattuor nō conuertam eum. eo q̄ triturauerunt in plaustris ferreis galaad. Et mittaz ignē in domuz açahel: ⁊ deuorabit domos benadab. Et conteram vectem damasci: ⁊ disperdam habitatorem de campo idoli et tenentem sceptrum de domo voluptatis ⁊ trāsferetur populus syrie cyrenē dicit domin'. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus gaçe ⁊ super quattuor non conuertam euz: eo q̄ transtulerit captiuitatem perfectam vt concluderet eā ī idumea. Et mittā ignē in murum gaçe: ⁊ deuorabit edes eius: ⁊ disp̄dam habitatorem de açoto ⁊ tenentem sceptrum de ascalone: ⁊ conuertam manum meam super acharon: et peribunt reliqui philistinorum dicit dominus. Hec dicit dominus: Super tribus sceleribus tyri ⁊ super quattuor non conuertam eum: eo q̄ concluserint captiuitatem perfectam in idumea. ⁊ non sint recordati federis fratrum. Et mittam ignem in murum tyri ⁊ deuorabit edes eius. Hec dicit dominus: Super trib. sceleribus edom ⁊ super quattuor non conuertam eum: eo q̄ persecutus sit in gladio fratrem suum: ⁊ violauerit misericordiam eius: ⁊ tenuerit vltra furorem suum: ⁊ indignationem suam seruauerit vsq; in finem. Mittam ignem in theman: ⁊ deuorabit edes bosre. Hec dicit domin': Sup̄ trib. sceleribus filioꝝ ammō ⁊ sup̄ q̄ttuor nō ꝯuertā eū: eo q̄

dissecuerit prægnātes galaad ad dilatā-
dum terminū suū. Et succendā ignez in
muro rabbath et deuorabit edes eius: in
ululatu i die belli: i turbie in die cō-
motiōis. Et ibit melchon i captiuitatez
ipe et pncipes eius simul. dicit dns. VII
Hec dicit dns: Sup trib scele-
rib moab i sup q̄ttuor nō con-
uertā eū: eo q incēderit ossa re-
gis idumee vsq ad cinerez. Et mittam
ignē in moab: i deuorabit edes carioth
i morietr i sonitu moab in clāgore tube:
i dispdā iudicē de medio eius: i oēs pnci
pes eius interficiā cū eo dicit dns. Hec di
cit dns: Sup trib sceleribz iuda i sup
q̄ttuor nō conuertā eū: eo q abiecerit legē
dñi: i mādata eius nō custodierit. De-
ceperūt enī eos idola sua: post q abierāt
patres eoz. Et mittā ignē in iudā i deuo
rabit edes hierlim. Hec dicit dns: Su
per trib sceleribz isrl i sup q̄ttuor nō cō
uertā eum: p eo q vendiderit p argēto
iustū i paupem p calciamētis. Qui cō-
terūt sup puluerē terre capita pauperū
i viam humiliū declinant. Et filius ac
pater eius ierūt ad puellā vt violarent
nomen scīm meū: i sup vestimentis pi-
gneratis accubuerūt iuxta oē altare: et
vinū damnatoz bibebāt in domo dei sui.
Ego aūt exterminaui āmorreū a facie eoz
cui altitudo cedroz altitudo eius: i fortis
ipe q̄si quercus. Et detriui fructū eius de-
sup: i radices eius subter. Ego sum qui
ascendere vos feci de terra egypti: i edu
xi vos in desertū quadraginta annis. vt
possideretis terrā ammorrei: i suscitaui
de filiis vestris in pphetas: i de iuuenib
vris nazareos. Nunquid nō ita est filij
israel dicit dns: Et ppinabatis nazare-
is vinū i pphetis mādabatis dicentes:
ne pphetetis. Ecce ego stridebo subtus vos
sic stridet plaustruz onustū feno. Et pe
ribit fuga a veloce: i fortis non obtine-
bit virtutē suā: i robustus nō saluabit
aiam suā. Et tenens arcū non stabit: et
velox pedib suis non saluabit: i ascēsor
equi non saluabit animam suam: i ro-
bustus corde inter fortes nudus fugiet
in illa die dicit dominus. VIII
Audite verbum q̄ locutus est
dns sup vos filij israel: sup om-
nem cognationē quaz eduxi de
terra egypti dicēs: Tantūmodo vos co
gnoui ex omīb cognationib terre. Id-
circo visitabo sup vos omēs iniquitates
vras. Nūquid ambulabūt duo pariter
nisi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo
in saltu: nisi pabuerit pdam? dabit catu
lus leonis vocē de cubili suo: nisi aliqd
apprehenderit? Nūquid cadet auis in la
queū terre absq aucupe? Nūquid ause-
ret laqueus de terra: antecq quid ceperit
Si clanget tuba in ciuitate i pplus non
expauescet? Si erit malum in ciuitate:
q̄ dns nō fecerit? Quia nō faciet dns
deus verbū: nisi reuelauerit secretū suū
ad seruos suos pphetas. Leo rugiet: qs
nō timebit? Dns dr locutus est qs nō
pphetabit? Auditū facite in edib azoti:
i in edib terre egypti: i dicite. Congre-
gamini sup mōtes samarie: i videte in-
famias multas in medio eius: i calūniam
patiētes in penetralib eius. Et nescie-
rūt facere rectū dicit dns: thesauriçātes
iniquitatē i rapinas in edib suis. Pro
pterea hec dicit dns dr. Tribulabit et
circūietur terra: i detrahet de te fortitu-
do tua: i diripient edes tue. Hec dicit
dns: Quō si eruat pastor de ore leonis
duo crura aut extremū auricule: sic eru
ent filij israel qui habitant in samaria i pla
ga lectuli i in damasci grabato. Audite
i cōtestamini in domo iacob. dicit dns
deus exercituū: q in die cū visitare cepe
ro puaricationes isrl: sup eū visitabo: et
super altaria bethel: i amputabunt cor-
nua altaris i cadēt in terrā. Et percutiaz
domū hyemalē cū domo estiua: i pibūt
domus eburnee: i dissipabuntur edes
multe. dicit dominus. VIIII
Audite vbuz hoc vacce pingues q̄
estis in mōte samarie q̄ calūniā
facitis egenis: i confringitis pau
peres. Que dicitis dnis vris: afferte et
bibemus. Iurauit dns dr in sancto suo
q: ecce dies venient super vos: i leuabūt

vos in contis:⁊ reliquias vras in ollis feruentib⁹.Et ꝑaperturas exibitis altera ꝑtra altera:⁊ ꝓiciemini in armon dicit dñs.Venite ad bethel ⁊ impie agite: ad galgalā:⁊ multiplicate ꝓuaricationē Et offerte mane victimas vras:tribus dieb⁹ decimas vras.Et sacrificate de fermētato laudē:⁊ vocate volūtarias oblationes ⁊ annūciate.Hec enī voluistis filij isrl dicit dñs de⁹.Vñ ⁊ ego dedi vob stuporē dentiū ī cūctis vrbib⁹ vris⁹⁊ indigentiā panū in oīb⁹ locis vris :⁊ non estis reuersi ad me dicit dñs.Ego q̄s ꝓhibui a vobis imbrē cū adhuc tres mēses superessent vsq; ad messez:⁊ plui super vnā ciuitatē:⁊ sup alterā ciuitatem non plui.Pars vna cōpluta est:⁊ pars sup quam non plui aruit.Et venerunt due⁊ tres ciuitates ad vnā ciuitatez vt biberēt aquā:⁊ non sunt satiate:⁊ nō redistis ad me dicit dñs.Percussi vos in vento vrente:⁊ in aurudine multitudinē hortoꝝ vestroꝝ⁊ vineaꝝ vraꝝ⁊ oliueta vra:⁊ ficeta vra comedit eruca:⁊ non redistis ad me dicit dñs.Misi ī vos mortem in via egypti:ꝓcussi in gladio iuuenes vros⁹ vsq; ad captiuitatē equoꝝ vrorū⁊ ascendere feci putredinē castroruz vroꝝ in nares vras:⁊ nō redistis ad me dicit dñs.Subuerti vos sicut subuertit dñs sodomā ⁊ gomorrā⁊ et facti estz q̄si torris raptus ab incēdio⁊ nō redistz ad me dicit dñs.Quapropter hec faciā tibi isrl.Postq̄z aūt hec fecero tibi:ꝑpare in occursuz dei tui isrl.Quia ecce formās mōtes ⁊ creans ventū⁊ annūcians homini eloquiū suū:faciens matutinaz nebulam ⁊ gradiens sup excelsa terre: dñs deus exercituū nomen eius.

V

Audite verbum istud:qđ ego levuo sup vos planctuz.Domus isrl cecidit:⁊ nō adȝciet vt resurgat.Virgo isrl ꝓiecta est in terrā suam non est qui suscitet eaz.Quia hec dicit dñs deus:Urbs de q̄ egrediebant mille:relinquent in ea centū:⁊ de q̄ egrēdiebant centū relinquent in ea decē in domo isrl:qđ dicit dñs de⁹ domui israel:

Querite me ⁊ viuetis:⁊ nolite quere re bethel.In galgalam nolite intrare:⁊ in bersabee nō tranſibitis:qz galgala captiua ducet⁹ ⁊ bethel erit inutilis.Querite dñm et viuite⁊ ne forte cōburat vt ignis domus ioseph:⁊ deuorabit ⁊ non erit qui extinguat bethel.Qui ꝙuertitis in absinthiū iudiciū:⁊ iusticiā ī terra relinquitis:faciētem arcturuz ⁊ orionem ⁊ ꝙuertentē in mane tenebras:⁊ diez in noctē mutantē.Qui vocat aq̄s maris ⁊ effundit eas sup faciē terre: dñs nomē est eius.Qui subridet vastitatē sup robustū:⁊ depopulationē sup potentez affert.Odio habuerūt corripientem in porta:⁊ loquentē ꝓfecte abominati sunt Idcirco ꝓ eo q̄ diripiebatis paupem⁊ prędā electā tollebatis: ab eo: domos q̄ dro lapide edificabitis:⁊ nō habitabitz in eis.Vineas plātabitis amātissimas ⁊ non bibetis vinum earum :quia cognoui multa scelera vestra :⁊ fortia peccata vestra.Hostes iusti accipientes munus:et paupes deprimentes in porta Ideo prudens sin tpe illo tacebit:qz tps malū est.Querite bonū ⁊ non malū vt viuatis:⁊ erit dñs deus exercituū vobiscū sicut dixistis.Odite malū ⁊ diligite bonū:⁊ ꝓstituite in porta iudiciū:si forte misereat⁹ dñs de⁹ exercituū reliquijs ioseph.Propterea hec dicit dñs deus exercituū dñator.In oīb⁹ plateis planctꝰ ⁊ in cūctis q̄ foris sunt dicet⁹ ve ve.Et vocabūt agricolā ad luctū:⁊ ad plāctuz eos q̄ sciūt plāgere.Et in oīb⁹ vijs erit plāctus:qz ptranſibo in medio tui dicit dñs.Ve desiderantib⁹ diē dñi.Ad quid eā vob⁹?Dies dñi ista tenebre ⁊ nō lux. Quō si fugiat vir a facie leonis ⁊ occurrat ei vrsus:⁊ ingrediat⁹ domū ⁊ innitat⁹ mānu sua sup parietē:⁊ mordeat eū coluber.Nūquid nō tenebre dies dñi:⁊ non lux ⁊ caligo ⁊ nō splēdor in ea?Odi ⁊ ꝓieci festiuitates vras:⁊ nō capiā odorez cetuū vroꝝ.Q; si obtuleritis mihi holocaustomata ⁊ munera vestra⁊ non suscipiam:⁊ vota pinguiū vestroꝝ non respiciā.Aufer a me tumultū carminū tuo;

rū ⁊ cātica lyre tue nō audiā. Et reuela-
bit̄ q̄si aqua iudiciū: ⁊ iusticia q̄si torrēs
fortis. Nūquid hostias ⁊ sacrificiū obtu
listis mihi in deserto q̄draginta annis do
mus isrl̄? Et portastis tabnaculuz mo-
loch deo vr̄o ⁊ imaginē idoloꝝ vr̄oꝝ. si-
dus dei vr̄i rēpha: figuras q̄s fecist̄ vob̄
adorare eas. Et migrare vos faciā trās
damascū dixit dn̄s: deꝰ exercituū nomē
VE vob̄ qui opulēti est̄ VI eiꝰ
in siō ⁊ ꝯfiditis ī mōte samarie:
optimates capita ꝓplorꝝ: ingre
diētes pōpatice domū isrl̄. Trāsite in ca
lāne ⁊ videte: ⁊ ite inde ī emath magnā
⁊ descēdite in geth palestinoꝝ ⁊ ad opti-
ma q̄z regna hoꝝ: si latior terminus eoꝝ
termino vr̄o est. Qui sepati estis in diē
malū: ⁊ appropinq̄tis solio iniquitatis.
Qui dormitis in lectis eburneis: ⁊ lasci
uitis in stratis vestris. Qui comeditis
agnū de grege: ⁊ vitulos de medio armē
ti: qui canitis ad vocē psalterij. Sicut
dauid putauerūt se hr̄e vasa cantici: bi
bentes vinū in phalis: ⁊ optimo vnguē
to delibuti: ⁊ nihil patiebant̄ sup cōtri-
tione ioseph. Quapropter nūc migr̄būt
in capite trāsmigrātiuz: ⁊ auferet̄ factio
lasciuiētiū. Jurauit dn̄s deꝰ in aīa sua:
dicit dn̄s deꝰ exercituū. Detestor ego su
pbiā iacob: ⁊ domos eiꝰ odi: ⁊ tradā ciui
tatē cū hītatoribꝫ suis. Q̄ si reliq̄ fuerīt
decē viri in domo vna: et ipsi morient̄.
Et tollet eū ꝓpinquus suus ⁊ cōburet
eū vt efferat ossa de domo ⁊ dicet ei q̄ in
penetralibꝫ domus est: Nūquid adhuc ē
penes te? Et rn̄debit. Finis est. Et dicet
ei. Tace: ⁊ nō recorder̄ nōis dn̄i. Quia
ecce dn̄s mādauit: ⁊ pcutiet domuz ma-
iorē ruinis: ⁊ domū minorē scissionibus
Nunquid currere queūt in petris equi
aut arari pōt in bubalis? Qm̄ ꝯuertist̄
in amaritudinē iudiciū: ⁊ fructuz iusti-
cie in absinthiū qui letamini in nihili.
qui dicitis: Nūquid nō in fortitudīe no
stra assumpsimꝰ nob̄ cornua? Ecce eniz
suscitabo sup vos domꝰ isrl̄. dicit dn̄s de
us exercituū gētez: ⁊ conteret vos ab in
troitu emath vsq̄z ad torērtē deserti VII

HEc ostendit mihi dn̄s deus. Et
ecce fictor locuste in principio
germinātiū serotini imbris: et
ecce serotinus post tōsionē regis. Et fa-
ctū est cū ꝯsumassz comedere herbā ter-
re. dixi: Dn̄e deus ꝓpitius esto obsecro.
Quis suscitabit iacob q̄z paruulus est?
Misertus est dn̄s sup h̄. Non erit dixit
dn̄s. Hec ostendit mihi dn̄s deus. Et
ecce vocabit iudiciū ad ignem dn̄s deꝰ
⁊ deuorabit abyssum multā ⁊ comedet
simul ptē: Et dixi. Dn̄e deꝰ quiesce ob-
secro. Quis suscitabit iacob q̄z puulus
est? Misertus est dn̄s sup hoc. Sed et
istud nō erit dixit dn̄s deus. Hec on̄dit
mihi dn̄s deus. Et ecce dn̄s stans sup
murū litum ⁊ in manu eiꝰ trulla cemē-
tarij. Et dixit dn̄s ad me. Quid tu vi-
des amos? Et dixi: Trullā cementarij.
Et dixit dn̄s. Ecce ego ponā trullam in
medio ꝓpl̄i mei israel. Nō adijciā vltra
supinducere eū ⁊ demolient̄ excelsa ido
li: ⁊ sanctificationes isrl̄ desolabunt̄: et
consurgam sup domuz hieroboā in gla-
dio. Et misit amasias sacerdos bethel
ad hieroboā regem israel. dicens: Rebel
lauit cōtra te amos in medio domꝰ isrl̄.
Nō poterit terra sustinere vniuersos ser-
mones eiꝰ. Hec enī dicit amos. In gla
dio morient̄ hieroboam: ⁊ israel captiuꝰ
migrabit de terra sua. Et dixit amasias
ad amos: Qui vides. gradere: fuge in
terram iuda: ⁊ comede ibi panem ⁊ pro
phetabis ibi ⁊ in bethel non adijcies vl-
tra vt ꝓphetes: q̄z sanctificatio regis est
⁊ domus regni est. Responditq̄z amos:
⁊ dixit ad amasiam. Non suz prophēta:
⁊ non suz filius prophete: sed armētariꝰ
ego sum vellicans sycomoros. Et tulit
me dominus deus cum sequerer gregē
et dixit dominus ad me. Vade prophe-
ta ad populum meum israel: Et nūc au
di verbum domini. Tu dicis non pro-
phetabis super israel et nō stillabis sup
domū idoli. Propter h̄ hec dic̄ dominꝰ
Vxor tua in ciuitate fornicabitur: ⁊ filij
tui ⁊ filie tue in gladio cadent: ⁊ humꝰ
tua funiculo metiet̄. Et tu in terra pol-

luta morieris: et israel captiuus migrabit de terra sua.

VIII

Hec ondit mihi dñs deus. Et ecce vncinus pomorum. Et dixit. Quid tu vides amos? Et dixi. Uncinum pomor. Et dixit dñs ad me. Uenit finis sup populū meū israel. Nō adijciā vltra vt pertrāseam eum. Et stridebūt cardines tēpli in die illa dicit dominus de. Multi morient. in omni loco ptiçiet silentiū. Audite hō qui conteritis pauperem: et deficere facitis egenos terre dicētes. Quādo trāsibit messis et vendabim merces: et sabbatū et aperiemus frumētum: vt imminuam mensurā et augeamus siclū: et supponam stateras dolosas vt possideam in argento egenos: et pauperes pro calciamentis: et quisquilias frumenti vendamus? Iurauit dñs in superbiā iacob: si oblit fuero vsq ad finē oia opa eor. Nūquid super isto non cōmouebit terra: et lugebit omis habitator eius? Et ascēdet q̄si fluuius vniuersus et ejciet et defluet q̄si riu egypti. Et erit in die illa dicit dñs: occidet sol meridie et tenebrescere faciā terrā in die luminis. Et conuertam festiuitates vras in luctū: et oia cātica vra in plāctū Et inducā sup oē dorsum vīm saccū: et sup omne caput caluitiū. Et ponā eam q̄si luctū vnigeniti: et nouissima ei qua si diem amarū. Et ecce dies veniūt dic dñs et emittā famē in terrā: nō famē panis neq sitim aque: sed audiendi verbū dñi. Et cōmouebunt a mari vsq ad mare: et ab aquilone vsq ad orientē circuibunt querētes verbū dñi et nō inuenient In die illa deficient virgines pulcre et adolescentes in siti: qui iurant in delicto samarie et dicūt. Viuit deus tuus dan: et vivit via bersabee. Et cadēt et nō resurgēt

Vidi dñm stantē IX super altare. Et dixit. Percute cardinē et cōmoueant superliminaria. Auaricia enim in capite oīm et nouissimū eor i gladio interficiā. Nō erit fuga eis: et qui fugerit ex eis: nō saluabitur. Si descenderint vsq ad infernum inde manus mea educet eos: et si ascenderint vsq in celū inde detrahā eos. Et si absconditi fuerint in vertice carmeli inde scrutans auferam eos et si celauerint se ab oculis meis in profundo maris: ibi mādabo serpenti et mordebit eos Et si abierint in captiuitatē corā inimicis suis: ibi mandabo gladio et occidet eos. Et ponā oculos meos sup eos i malū et nō in bonū. Et dñs deus exercituum qui tangit terram et tabescit: et lugebūt omēs habitantes in ea. Et ascendet sicut riuus omis: et defluet sicut fluuius egypti. Qui edificat in celo ascensionē suam et fasciculū suū sup terrā fūdauit. Qui vocat aqs maris: et effundit eas sup faciem terre. Dñs nomen eius. Nunquid non vt filij ethiopum vos estis mihi filij israel ait dominus? Nunquid nō israel ascendere feci de terra egypti: et palestinos de cappadocia: et syrios de cyrene? Ecce oculi domini dei sup regnū peccās et conteram illud a facie terre. Veruntñ conterēs nō deterā domū iacob dicit dominus. Ecce enī mādabo ego: et cōcutiā in oīb gentib domū israel sicut concutit triticū in cribro: et nō cadet lapillus sup terrā. In gladio morient oēs peccatores ppli mei: qui dicūt non appropinqbit et nō veniet sup nos malū. In die illa suscitabo tabnaculū dauid q̄d cecidit et reedificabo aperturas muror eius: et ea q̄ corruerāt instaurabo. Et reedificabo eū sic in diebus antiquis: vt possideāt reliquias idumee et oēs nationes. eo q̄ inuocatū sit nomē meū sup eos dicit dñs faciens hec. Ecce dies veniēt dic dñs et cōprehēdet arator messorem: et calcator vue mittētem semē. Et stillabūt mōtes dulcedinē: et oēs colles culti erūt. Et conuertam captiuitatē ppli mei israel: et edificabūt ciuitates desertas: et inhabitabūt: et plātabūt vineas: et bibent vinum earum: et facient hortos et comedent fructus eor. Et plātabo eos sup humū suam: et nō euellam eos vltra de terra sua quam dedi eis: dicit dominus deus tuus.

Explicit Amos propheta.

Abdias

Incipit plogus in Abdiam pphetam.

Iacob patriarcha habuit fratrem esau·qui ob rubo rem corporis sui·edom hebrea lingua appellatus est qđ latine sanguine? dicit. Is memoratum fratrem suum·qui israel nomen acceperat graui odio commotus interimere conatus est. Qua de causa omnes qui populum israel id est filios patriarche iacob predicti esau odium imitati persecuti sunt·esau ⁊ edom appellati sunt. Et quia populus israel de captiuitate chaldeorum p cyrū regē persarum nutu dei reuocatus in hierusalem ab alio regno grauiter afflictus atq; oppressus est·ideo hoc regnum qđ more esau predictum populū psecutuz est:per denunciationez abdie prophete increpatur:quod non dei indignatione sed sua virtute populum superatuz gloriabat. De quo regno olim·p dauid in ps centesimo trigesimosexto dictuz est: Memorare domine filioꝝ edom in die hierusalem. Nam reliqua lectione compehēsa·futurū in gentes iudicium·ob causas lectione comprehensas:regnum q; dei in populo israel significat. Hebrei hunc dicunt esse·qui sub rege samarie achab:⁊ impissima iecabel pauit centū pphetas in specubus·qui non curuauerunt genu ante baal:⁊ de septem milibꝫ erat quos helias arguit ignorasse. Hic sepulcrum quoq; eius vsq; hodie cuz mā seolo helisei pphete:⁊ baptiste iohannis in sebaste veneration habetur·que olim samaria dicebatur. Hāc herodes rex antipatris filius in honore augusti cesaris greco nomīe vocauit augustā. Hic igit qui centū pphetas pauerat·accepit gratiam pphetalez ⁊ de duce exercitus fuit dux ecclesie. Tunc in samaria paruum gregem pauerat·nunc in toto orbe christi pascit ecclesias. Et sicut stephanus coronam meruit passionis·sic hic de seruitutis dei cum paulo apostolo nomīe gloriatur·quia abdias·seruus domini in nostro sonat eloquio.

Explicit plogus Incipit argumentuz.

Abdias qui interpretatur seruus dñi psonat ꝯtra edom: sanguineū terrenūq; fratrez fratris quoq; iacob semper emulum hasta percutit spiritali.

Explicit argumentum Incipit Abdias pphēta Capitulum I

Visio Abdie

Hec dicit dñs deus ad edom:Auditum audiuimus a domino:⁊ legatum ad gentes misit. Surgite:⁊ consurgamus aduersus eū in prelium:Ecce paruuluz dedi te in gētibus. Contēptibilis tu es valde. Superbia cordis tui extulit te habitātem i scissuris petrax:exaltantem solium tuū. Qui dicis in corde tuo:Quis detrahet me in terram?. Si exaltatus fueris vt aquila:⁊ si inter sidera posueris nidum tuum:inde detraham te dicit dñs. Si fures introissent ad te si latrones p noctem:quō conticuisses? Nonne furati essent sufficientia sibi?. Si vindemiatores introissent ad te:nunquid saltez racemum reliquissent tibi? Quō scrutati sunt esau? Inuestigauerunt abscondita eius? Usq; ad terminum emisērūt te:omnes viri federis tui illuserunt tibi. Inualuerunt aduersum te viri pacis tue. Qui comedunt tecum:ponent insidias subter te. Non est prudentia in eo. Nunquid non in die illa dicit dominus perdam sapientes de idumea·et prudentiam de monte esau? Et timebunt fortes tui a meridie: vt intereat vir de monte esau. Propter interfectionem et propter iniquitatem in fratrem tuum iacob:operiet te confusio:⁊ pibis in eternū. In die cū stares aduersus eū quando capiebant alieni exercitum eius ⁊ extranei ingrediebant portas eius ⁊ sup

hierl'm mittebãt sorte: tu qz eras quasi vnus ex eis. Et nõ despicies in die fratris tui: in die pegrinatiõis ei⁹. Et non letaberis sup filios iuda in die pditiõis eor: t nõ magnificab os tuum in die angustie. Necz ingredieris portã pp'li mei in die ruine eor: necz dspicies t tu i malis ei⁹ i die vastitat⁹ illi⁹. Et nõ emitter⁹ adus exercitũ ei⁹ in die vastitatis illi⁹ necz stabis in eritib⁹ vt interficias eos qui fugerit. Et nõ pcludes relicqs eius in die tribulationis: qm iurta est dies dñi sup oes gẽtes. Sicut feciſti · fiet tibi: retributionẽ tuã cuertã in caput tuum. Quõ enĩ bibisti sup mõtez scm̃ meum · bibent oes gẽtes iugiter: t bibent t absorbebũt: t erũt qsi nõ sint. Et in mõte sion erit saluatio t erit scus. Et possedebũt domus iacob eos qui se possederant. Et erit dom⁹ ignis: t dom⁹ ioseph flamma t domus esau stipula. Et succẽdent in eis t deuorabũt eos: t nõ erunt reliquie dom⁹ esau. qr dñs locut⁹ est. Et hereditabũt hi qui ad austrũ sunt montem esau: t qui in cãpestrib⁹ philistijm: t possidebũt regionẽ effraim t regionez samarie. Et beniamin possidebit galaad t trãsmigratio exercitus huius filiorũ isrl'omnia loca chananeor vsqz ad sarepta: t transmigratio hierl'm q̃ in bospboro est possidebit ciuitates austri. Et ascẽdent saluatores in montẽ sion iudicare montem esau: t erit dño regnum.

Explicit Abdias pphta Incipit prologus in Jonam porphetam.

Jonam sanctum hebrei affirmãt filiuz fuisse mulieris vidue sareptane: quem helias pphta mortuum suscitauit: matre postea dicente ad eum nunc cognoui quia vir dei es tu: t verbum dei in ore tuo veritas est. Ob hanc etiam causam ipsum pueruz sic vocauit amathi. Amathi enim in nostra lingua veritatem sonat. Et ex eo qd verum helias locutus ẽ ille qui suscitat⁹ est filius esse dr vitatis

Ideo de veritate columba nascitur: qr ionas columbam sonat. In condemnationem autem israel ionas ad gentem mittit̃ · qd niniue agente penitentiam illi in malicia perseuerant. Temporibus quippe hieroboam regis israel qui deo derelicto: cum populo suo in samaria idolis sacrificabat: ionaz pphetam fuisse: quartus liber regũ indicat. Is cũ pphetia illuminante peccatores ciuitatis niniue dei misericordiã cõsecuturos videret: ne falsa pdicare videret̃ · ad denuncidandum interitum eiusdez ciuitatis ire volebat. Nam sicut deus ad abraam de impietate sodomor t gomorreor locutus est: clamor sodomor t gomorreor peruenit ad me. Ita t de niniue dicitur eo qd ascenderit clamor malicie eius ad deum. Et quia sentẽtia dei de sodomis facta · minime reuocata est: ita et ionas aduersum niniuen prolatam sententiam reuocari nolebat · diuine dispensationis ignarus qui salutem hominum ad se conuertentium magis vult qz interitum. Hoc illi acciderat quod t sancto helisco: qui filiũ sunamitidis mulieris mortuũ igrauit. Ideo a despectu dei fugere se ionas putabat humanũ aliqd passus · dicẽte dauid: Quo ibo a spũ tuo t a facie tua quo fugiam?

Explicit plogus Incipit argumentũ.

Jonas columba pulcerrima naufragio suo passionem domini prefigurans mundum ad penitentiaz reuocat: t sub nomine niniue salutem gentibus denunciat.

Explicit argumentum. Incipit Jonas prophta Capituluz I

Et factum est verbũ domini ad ionaz filiũ amathi dicẽs: Surge t vade in niniuẽ ciuitatez

grandem ⁊ predica in ea qꝝ ascēdit mali
cia eius coꝝ me. Et surrexit ionas vt fu
geret in tharsis a facie dñi. Et descēdit
ioppen: ⁊ inuenit nauē euntem in thar⁊
sis. Et dedit naulū eius ⁊ descēdit in eaz
vt iret cuz eis in tharsis a facie dñi. Do
minus aūt misit ventū magnū in mare
⁊ facta est tēpestas magna in mari: et na
uis periclitabaꝫ conteri. Et timuerunt
naute: ⁊ clamauerūt viri ad deū suuz: et
miserūt vasa q̄ erāt in naui in mare· vt
alleuiareꝫ ab eis. Et ionas descendit ad
interioꝛa nauis: ⁊ dormiebat sopoꝛe gra⁊
ui. Et accessit ad eū gubernatoꝛ ⁊ dixit
ei: Quid tu sopoꝛe deꝑimeris? Surge
inuoca deū tuum: si forte recogitet de⁊
nobis ⁊ nō pereamus. Et dixit vir ad
collegam suuz: Venite ⁊ mittamus soꝛ
tes: ⁊ sciam⁹ q̄re ꝺ malum sit nobis. Et
miserūt sortes: ⁊ cecidit soꝛs sup ionaz
Et dixerūt ad eū: Indica nobis· cuius
causa malū istud sit nob: qd̄ est op⁹ tuū
q̄ terra tua: ⁊ q̄ vadis· vel ex q̄ ꝑpl̄o es tu
Et dixit ad eos. Hebꝛe⁹ ego sum: ⁊ dñz
deū celi ego timeo· qui fecit mare ⁊ ari⁊
dam. Et timuerūt viri timoꝛe magno:
⁊ dixerūt ad eū. Quid ꝺ feciſti? Cogno
uerūt enī viri qꝝ a facie dñi fugeret: qꝛ
indicauerat eis ionas. Et dixerūt ad eū
Quid faciem⁹ tibi: ⁊ cessabit mare a no
bis? Quia mare ibat et intumescebat.
Et dixit ad eos: Tollite me ⁊ mittite in
mare ⁊ cessabit mare a vobis. Scio enī
ego· qm̄ ꝓpter me tempestas hec grādis
venit sup vos. Et remigabāt viri vt re⁊
uerterenꝫ ad aridā ⁊ nō valebant qꝛ ma
re ibat ⁊ intumescebat sup eos. Et cla⁊
mauerūt ad dñm: ⁊ dixerūt: Quesum⁹
dñe ne pea⁹ in aīa viri istius: ⁊ ne des
sup nos sanguinē innocētez: qꝛ tu dñe
sicut voluisti feciſti. Et tulerūt ionaz et
miserūt in mare: ⁊ stetit mare a feruoꝛe
suo. Et timuerūt viri timoꝛe magno
dñm: ⁊ immolauerūt hostias dño: ⁊ vo⁊
uerunt vota. II

Et ꝑparauit dñs piscez grandem
vt deglutiret ionam. Et erat io
nas in ventre piscis triꝫ diebus ⁊ triꝫ
noctibus. Et oꝛauit ionas ad dominuz
deum suū de ventre piscis. Et dixit: Cla
maui de tribulatione mea ad dñm: ⁊ ex
audiuit me. De ventre inferi clamaui:
⁊ exaudisti vocem meam. Et ꝓiecisti me
in ꝓfundum in coꝛde maris: ⁊ flumē cir
cumdedit me: Omēs gurgites tui ⁊ flu
ctus tui super me transierūt. Et ego di
xi: Abiectus sum a conspectu oculoꝛuz
tuoꝝ. Veruntamē rursus videbo tem⁊
plū sanctum tuuz. Circūdederunt me
aque vsq̄ ad animaz: abyssus vallauit
me· pelagus operuit caput meū. Ad ex⁊
trema montiū descendi: terre vectes cō
cluserunt me in eternum: ⁊ subleuabis
de coꝛruptione vitaz meā dñe deus me
us. Cū angustiareꝫ in me aīa mea dñi
recoꝛdat⁹ sum: vt veniat ad te oō mea
ad templū sanctū tuum. Qui custodi⁊
unt vanitates: frustra mīam suā dereli⁊
quūt. Ego aūt in voce laudis immola⁊
bo tibi: q̄cunq̄ vouī reddā ꝓ salute mea
domino. Et dixit dominus pisci: Et euo
muit ionam in aridam III

Et factū est verbū dñi ad ionam
secundo dicēs: Surge et vade
in niniuen ciuitatē magnā: ⁊ ꝓ⁊
dica in ea ꝓdicationē quam ego loquoꝛ
ad te. Et surrexit ionas ⁊ abiit in niniuē
iuxta verbū dñi. Et niniue erat ciuitas
magna itinere trium dierum. Et cepit
ionas introire ciuitatē itinere diei vni
us: ⁊ clamauit ⁊ dixit: Adhuc quadragi⁊
ta dies: ⁊ niniue subuertetur. Et credi⁊
derūt viri niniuite in domino: ⁊ predica
uerūt ieiuniū: ⁊ vestiti sunt saccis a ma
ioꝛe vsq̄ ad minoꝛem. Et peruenit ver⁊
bum ad regem niniue. Et surrexit de so
lio suo: ⁊ abiecit vestimētum suū a se: et
indutus est sacco: ⁊ sedit in cinere: ⁊ cla⁊
mauit ⁊ dixit in niniue ex oꝛe regis ⁊ ꝓn
cipum eius dicens. Homines ⁊ iumē⁊
ta ⁊ boues et pecoꝛa non gustent quicq̄
nec pascantur: ⁊ aquam non bibant: et
opiantur saccis homines: ⁊ iumēta cla⁊
ment ad dñm in foꝛtitudine: ⁊ cōuerta
tur vir a via sua mala ⁊ ab iniq̄tate q̄ est
in manib⁹ eoꝝ. Quis scit si ꝙuertatur ⁊

ignoſcat de?: ꝛ reuertat a furore ire ſue: ꝛ nō pibim?. Et vidit deus opa eoꝝ qꝛ cōuerſi ſunt de via ſua mala: et miſert? eſt ſuper maliciam quaꝫ locutus fuerat vt faceret eis: ꝛ non fecit. IIII

Et afflictus eſt ionas afflictione magna: ꝛ iratus eſt ꝛ oꝛauit ad dñm: ꝛ dixit: Obſecro dñe: nunquid nō ꝫ eſt vbū meū cum adhuc eēm in terra mea? Propter ꝫ poccupaui vt fugerē in tharſis. Scio enī qꝛ tu deus clemēs ꝛ miſericors es: patiēs ꝛ multe miſerationis ꝛ ignoſcēs ſup maliciam. Et nūc dñe tolle q̄ſo aīam meā a me: qꝛ melioꝛ eſt mihi moꝛs q̄ꝫ vita. Et dixit dñs. Putaſne bñ iraſceris tu? Et egreſſus eſt ionas de ciuitate: ꝛ ſedit ꝟ oriēte ciuitatis: ꝛ fecit ſibimet vmbꝛaculū ibi: ꝛ ſedebat ſubt illō ī vmbꝛa donec videret q̄d accideret ciuitati. Et ꝑparauit dominꝰ de? ederā: ꝛ aſcēdit ſup caput ione vt eſſet vmbꝛa ſup caput ei?: ꝛ ꝓtegeret eū. Laborauerat enī. Et letat? ē ionas ſuper edera leticia magna. Et paraſt deus vermē aſcēſu diluculi ī craſtinū: ꝛ pcuſſit ederā ꝛ exaruit. Et cū ortus fuiſſet ſol ꝑcepit dñs vento calido ꝛ venti ꝛ pcuſſit ſol ſup caput ione: ꝛ eſtuabat. Et petiuit aīe ſue vt moꝛeret. Et dixit: Melius eſt mihi moꝛi q̄ꝫ viuere. Et dixit dñs ad ionam: Putaſne bene iraſceris tu ſuper ederam? Et dixit: Bene iraſcoꝛ ego vſq̄ꝫ ad moꝛtē. Et dixit dñs. Tu doles ſup ederam in qua nō laboraſti neq̄ꝫ feciſti vt creſceret. q̄ ſub vna nocte nata eſt ꝛ ſub vna nocte periit: ꝛ ego nō parcam niniue ciuitati magne. ī qua ſunt plus q̄ꝫ centū viginti milia hoīm. qui neſciūt quid ſit inter dexteram ꝛ ſiniſtram ſuaꝫ et iumenta multa?

Explicit Jonas ꝓphēta Incipit prologus in Micheam ꝓphētam.

Tēporibꝫ ioathe et achaz et ezechie regum iuda. micheaꝫ prophetam ad hanc ꝓphetiaꝫ ſpiritu ſancto repletuꝫ fuiſſe lectio ipſa demoſtrat. Sed de ſupdicto numero regum ioathan ꝛ ezechiaꝫ deo ob religionē placuiſſe: hiſtoꝛia libꝝ q̄rti regum: ꝛ ſecundi paralipomenon indicat. Achaz vero relicto deo: idola ſamarie quibus etiam filios ſuos in ſacrificium igni cōcremandos obtulerat coluiſſe conſtat. Quāobꝛem deus ſamariaꝫ que reges iſrael ꝛ iuda memoꝛatoꝝ ſimulacroꝝ ſuꝑſtitione fefellerat increpans indignationem ſuam in eam proceſſuram commitatus eſt. Populo etiam iſrael pꝛeuaricatoꝛi et pꝛincipibꝰ eius qui eundem ꝑp̄m fallaci ſuaſione ad colēda idola impulerāt. verbis inſequentibꝰ captiuitatem ꝛ interituꝫ affuturum denunciauit.

Explicit prologus Incipit argumētuꝫ

Michas de moraſthi coloꝝ res chriſti vaſtationeꝫ annunciat filie latronis: et obſidionem ponit contra eam: quia maxillam percuſſerit iudicis iſrael.

Explicit argumentum Incipit Michas ꝓphēta. Capitulum. I

Verbū dñi ni quod factum eſt ad micheam moraſthitem in diebus ioathan achaz ꝛ ezechie regum iuda. quod vidit ſuper ſamariam ꝛ hieruſalem. Audite populi omnes: et attendat terra et plenitudo eius: et ſit dominus deus vobis in teſtem: dominus de templo ſancto ſuo. Quia ecce dominus egredietur de loco ſuo: ꝛ aſcendet et calcabit ſuper excelſa terre. Et conſumentur montes ſubtus eum: et valles ſcindentur ſicut cera a facie ignis: ſicut aque que decurrunt in preceps. In ſcelere iacob omne iſtud et in peccatis domus iſrael. Quod ſcelus iacob? Nōne

samaria? Et que excelsa iude. Nonne hierusalē? Et ponā samariā q̄si aceruuz lapidū in agro cū plantat̄ vinea: ⁊ detraham in vallē lapides eius. Et fundamēta eius reuelabo: ⁊ oīa sculptilia ei⁹ ꝯcident̄. Et oēs mercedes ei⁹ cōburentur igni: ⁊ oīa idola ei⁹ ponā in ꝑditionē: qꝛ de mercedibꝫ meretricis ꝯgregata sunt ⁊ vsq̄ ad mercedē meretricis reūtentur. Sup̄ hoc plangā ⁊ vlulabo: vadā spoliat⁹ ⁊ nudus. Faciā planctum velut draconum: ⁊ luctū q̄si strutionuz qꝛ desp̄ata ē plaga eius: qꝛ venit vsq̄ ad iudā: tetigit portam populi mei vsq̄ ad hierl'm. In geth nolite ānūciare. lachrymis ne ploretis. In domo pulueris puluere vos conspergite: ⁊ transite vobis habitatio pulcra: ꝯfusa ig̊minia. Nō ē egressa q̄ hītat ī exitu. Plāctū dom⁹ vicina accipiet ex vob̄ q̄stetit sibimet qꝛ īfirmata ē in bonuz que habitat in amaritudibꝫ. Quia descēdit malū a dn̄o in portā hierl'm: tumultus q̄drige stuporis habitāti lachis. Principiū peccati est filie sion: qꝛ in te inuenta sunt scelera isrl'. Propterea dabit emissarios sup̄ hereditatez geth: domos mendacij in deceptionē regibꝫ isrl'. Adhuc heredē adducā tibi q̄ habitas in maresa. vsq̄ odollam veniet gl'ia israel. Decaluare ⁊ tondere sup̄ filios delitiaruz tuaꝝ: dilata caluitiū tuū sicut aquila qm̄ captiui ducti sunt ex te. II

Ve qui cogitatis inutile: ⁊ operamini malū in cubilibꝫ vr̄is. In luce matutina faciūt illud: qm̄ contra dn̄m est manus eoꝝ. Et concupierunt agros ⁊ violēter tulerunt ⁊ rapuerūt domos: ⁊ calūniabant̄ viꝝ ⁊ domū ei⁹: virū ⁊ hereditatē ei⁹. Idcirco hoc dicit dn̄s. Ecce ego cogito sup̄ familiaz istā malū vnde nō auferetis colla vr̄a: ⁊ nō ambulabit̄ sup̄bi: qm̄ tp̄s pessimū est. In die illa sumet̄ sup̄ vos p̄abola: ⁊ cantabitur canticum cum suauitate dicentiū: De populatione vastati sumus: Pars populi mei cōmutata est. Quomodo recedis a me cū reuertat̄ qui regiōes nr̄as diuidat? Propter hoc nō erit tibi mittēs funiculū sortis in cetu dn̄i o isrl'. Ne loq̄mini loq̄ntes. Nō stillabit sup̄ istos nō cōprehēdet ꝯfusio dicit domus iacob. Nūquid abbreuiat⁹ ē sp̄us dn̄i: aut tales sunt cogitatiōes ei⁹? Nōne v̄ba mea bona sunt cū eo q̄ recte g̊ditur? Et ecōtrario pp̄l's me⁹ in adūsariū cōsurrexit. Desup̄ tunicā palliū sustulistis ⁊ eos qui trāsiebāt simpliciter ꝯuertistis in bellū. Mulieres pp̄l'i mei eiecist̄ de domo deciliaꝝ suaꝝ: a paruulis earuz tulistis laudem meā in perpetuū. Surgite ⁊ ite: quia non habetis hic requiez. Propter immundiciā eius corrumpet̄ putredine pessima. Utinā non essez vir habens sp̄m: ⁊ mendaciū potius loquerer. Stillabo tibi in vinū ⁊ in ebrietatē ⁊ erit super quez stillat̄ pp̄l's iste. Cōgregatione ꝯgregabo iacob totū te: in vnuz cōducā reliquias isrl'. Pariter ponā illū q̄si gregē in ouili: q̄si pec⁹ in medio caulaꝝ. Tumultuabunt̄ a multitudine hominuz. Ascendet enī pandens iter ante eos. Diuidet ⁊ transibunt portā: ⁊ egredientur p̄ eaz. Et transibit rex eoꝝ corā eis: ⁊ dn̄s in capite eorum. III

At dixi: Audite p̄ncipes iacob: et duces domus israel. Nunquid non vestrum est scire iudicium qui odio habetis bonum ⁊ diligitis malum? qui violēter tollitis pelles eoꝝ desup̄ eis: ⁊ carnem eoꝝ desup̄ ossibꝫ eorū? Qui comederunt carnez pp̄l'i mei: ⁊ pellem eoꝝ desup̄ excoriauerunt: ⁊ ossa eorum confregerunt. ⁊ conciderūt sicut ī lebete ⁊ q̄si carnē in medio olle. Tūc clamabūt ad dn̄m ⁊ nō exaudiet eos: ⁊ abscondet faciem suam ab eis in tp̄e illo: sicut neq̄ter egerūt in adinuētionibꝫ suis. Hec dic̄ dn̄s. sup̄ ꝓphetas q̄ seducūt pp̄l'm meum: qui mordent dentibꝫ suis ⁊ predicāt pacem. Et si quis nō dederit in ore eoꝝ quippiam. sanctificant sup̄ eū prelium. Propterea nox vobis pro visione erit: ⁊ tenebre vobis ꝓ diuinatione. Et occūbet sol sup̄ ꝓphetas: ⁊ obtenebrabit̄ super eos dies. Et confundētur qui vident visiones: ⁊ cōfundent̄ diui

ni. Et opient oēs vultus suos: qz nō est
risum dei. Verūtamē ego replet⁹ sum
fortitudine spūs dñi iudicio et virtute:
vt annūciem iacob scelus suuz: z israel
peccatum suum. Audite hoc pncipes do
mus iacob: z iudices dom⁹ isrl: qui abo
minamini iudiciū z oīa recta puertitis
Qui edificatis sion in sanguinibo z hie
rusalē in iniqtate. Pncipes ei⁹ in mune
ribo iudicabāt: z sacerdotes ei⁹ in merce
de docebāt. Et pphete eius in pecunia di
uinabāt. z sup dñm requiescebāt dicen
tes. Nūquid nō dñs in medio nr̄m: Nō
veniēt sup nos mala. Propter hoc: catu
sa vestri sion q̄si ager arabitur: z hieruſa
lem q̄si aceruus lapidū erit: z mōs tēpli
in excelsa siluarum. IIII

Et erit in nouissimo dierū: erit
mōs domus dñi pparatus in ver
tice montiū: z sublimis sup col
les. Et fluent ad eum ppli z pperabunt
gentes multe z dicent: Venite ascenda
mus ad mōtez dñi: z ad domū dei iacob
Et docebit nos de vijs suis: z ibim⁹ in se
mitis eius. Quia de sion egrediet lex: z
verbū dñi de hierlm. Et iudicabit inter
pplos multos: z corripiet gentes fortes
vsqz in longinquū. Et concident gladi
os suos in vomeres: z hastas suas in fa
gones. Nō sumet gens aduersum gen
tem gladiū: z nō discent vltra belligera
re. Et sedebit vir subtus vineā suam: z
subtus ficū suam: z nō erit qui deterre
at: qz os dñi exercituū locutū est. Quia
oēs ppli ambulabūt vnusquisqz in noīe
dei sui. nos aūt ambulabim⁹ in noīe dei
nostri in eternuz. z vltra. In die illa di
cit dominus congregabo claudicantem
z eam quam eieceram colligam: z quaz
afflixerā consolabor. Et ponā claudican
tem in reliquias: z eaz que laborauerat
in gentem robustā. Et regnabit dñs sup
eos in monte sion: ex hoc nūc z vsqz in et
num. Et tu turris gregis nebulosa fi
lia sion vsqz ad te veniet: et veniet pote
stas prima regnū filie hierlm. Nūc qre
meroze pertraxeris? Nūquid rex nō est ti
bi. aut consiliarius tu⁹ periit. qz cōprehen
dit te dolor sicut pturiētez? Dole z sata
ge filia sion q̄si pturiēs. qz nūc egredieris
de ciuitate: z habitabis in regiōe: z venies
vsqz ad babylonē. Ibi liberaberis: ibi re
dimet te dñs de manu inimicoz tuoz. Et
nūc congregate sunt sup te gētes multe:
q̄ dicūt lapidet: z aspiciat in sion oculus
nr̄. Ipi aūt nō cognouerūt cogitatiōes
dñi: z non intellexerūt consiliū eius: qz
congregauit eos q̄si fenuzaree. Surge
z tritura filia sion: qz cornu tuū ponā fer
reum: z vngulas tuas ponā ereas. Et cō
minues populos multos: et interficies
domino rapinas eoz: z fortitudinē eoz
dño vniuerse terre. V

Nunc vastaberis filia latronis:
t Obsidionē posuerunt sup nos
in vga percutiēt maxillā iudicz
isrl. Et tu bethleez effrata paruulus es
in milibo iuda. Ex te mihi egredietur q̄ sit
dñator in israel: z egressus est ab initio
a diebo eternitatis. Propter hō dabit e
os vsqz ad tps in q̄ pturiens pariet. Et
reliquie fratrū eius conuertent ad filios
isrl. Et stabit z pascet in fortitudīe dñi
in sublimitate nominis dñi dei sui. Et cō
uertent qz nūc magnificabit vsqz ad ter
minos terre. Et erit iste pax assyrijs cuz
venerit i terrā nr̄am: z qñ calcauerit in
domibo nr̄is. Et suscitabim⁹ sup eum se
ptē pastores: z octo pmates hoīes. Et pa
scēt terrā assur i gladio: z terrā nēroth i
lanceis eius. Et liberabit ab assur cū ve
nerit in terrā nr̄am: z cum calcauerit i fi
nibo nr̄is. Et erunt reliquie iacob in me
dio ppl̄oz multoz q̄si ros a dño: z quasi
stille sup herbā q̄ nō expectat virū: z non
præstolat filios hoīm. Et erunt reliquie
iacob in gentibo in medio ppl̄oz mltoz
q̄si leo in iumentis siluaz z q̄si catulus
leonis in gregibo pecoz. Qui cum tran
sierit z cōculcauerit z ceperit: non ē qui
eruat. Et exaltabit manus tua super ho
stes tuos: z omēs inimici tui interibūt
Et erit in die illa dicit dominus: auferā
equos tuos de medio tui: z disperdam
q̄drigas tuas. Et perdaz ciuitates terre
tue: z destruam omnes munitiones tu

as. Et auferam maleficia de manu tua
& diuinationes non erũt in te. Et perire
faciã sculptilia tua: & statuas tuas de me
dio tui. Et nõ adorabis vltra opa ma/
nuũ tuaꝝ & euellã lucos tuos de medio
tui. Et ꝑterã ciuitates tuas: & faciaz in
furore & indignatione vltionem in oib⁹
gentib⁹ que nõ audierũt.

VI

Audite que dñs loquit: Sur/
ge cõtẽde iudicio aduersuz mõ
tes: & audiãt colles vocẽ tuã. Au
diẽt mõtes iudiciũ dñi & fortia fũdamẽ
ta terre: qz iudiciũ dñi cũ ꝓpl'o suo: & cum
israel diiudicabitur. Populе meus
q̃d feci tibi. aut quid molestus fui tibi?
Responde mihi. Quia eduxi te de terra
egypti: & de domo seruientiũ liberaui te
& misi ante faciẽ tuã moysen & aaron et
mariam. Populе meus memento que
so q̃d cogitauerit ꝓtra te balach rex mo/
ab: & q̃d rñderit ei baalam filius beor de
sethim vsq; ad galgalam: vt cognosce/
res iusticias dñi. Quid dignũ offeram
dño? Curualv genu deo excelso? Hun/
quid offerã ei holocaustomata & vitulos
anniculos? Hunquid placari potest do/
minus in milib⁹ arietuz: an in multis
milib⁹ hircoꝝ pinguium? Hunquid da
bo primogenitũ meũ ꝓ scelere meo:
fructũ ventris mei ꝓ peccato anĩe mee?
Indicalv tibi o hõ quid sit bonuz: & q̃d
dñs requirat a te. Utiq; facere iudiciuz
& diligere misericordiã: & sollicituz am/
bulare cũ deo tuo. Uox dñi ad ciuitatez
clamat: & salus erit timẽtib⁹ nomẽ eius
Audite trib⁹. Et quis approbabit illud?
Adhuc ignis ī domo impi: thesauri ini/
quitatis: & mẽsura minor ire plena. Hũ
quid iustificabo stateram impiam: & sac/
celli ponderа dolosa? In quib⁹ diuites
eius repleti sunt iniquitate: & habitan/
tes in ea loquebantur mendaciuz: & lin/
gua eoꝝ fraudulenta in ore eorum. Et
ego ergo cepi ꝓcutere te perditione. sup
peccatis tuis. Tu comedes & nõ satura/
beris & humiliatio tua in medio tui. Et
apprehendes & non saluabis: & quos sal
uaueris. in gladium dabo. Tu semina/
bis. & non metes: tu calcabis oliuam et
non vngeris oleo: & mustum & non bi/
bes vinum. Et custodisti precepta amri
& omne opus domus achab: & ambula/
sti in voluptatib⁹ eorum. vt darez te in
ꝑditionẽ: & habitãtes in ea in sibilum. &
opprobrium populi mei portabis.

VII

Uẽ mihi: quia factus sum sicut
qui colligit ī autũno racemos
vindemie. Non est botrus ad co/
medendũ: precoq̃s ficus desiderauit aĩa
mea. Perijt sanctus de terra: & rectus ī
hominib⁹ non est. Omnes in sanguine
insidiant: vir fratrem suum ad mortez
venat. Malum manuũ suaꝝ dicunt bo/
num. Princeps postulat: & iudex in red
dendo est. Et magnus locutus est desi/
deriũ aĩe sue: & cõturbauerũt eam. Qui
optim⁹ in eis est quasi paliur⁹. & qui re/
ctus q̃si spina de sepe. Dies speculatio/
nis tue. visitatio tua venit. Hũc erit va
stitas eoꝝ. Nolite credere amico: & noli
te confidere in duce. Ab ea q̃ dormit in si/
nu tuo custodi clausтra oris tui: quia fi/
lius contumeliam facit patri: & filia con
surget aduersus matrem suam: nurus
aduersus socrũ suam: & inimici hom̃is
domestici eius. Ego aũt ad dñm aspici/
am: expectabo deum saluatorem meum.
Audiet me deus meus. Ne leteris ini/
mica mea sup me: q̃z cecidi. Cõsurgam:
cũ sedero in tenebris. dñs lux mea est.
Iram domini portabo. q̃m peccaui ei: do
nec causam meã iudicet: & faciat iudiciũ
meum. Educet me in lucem: videbo iu/
sticiã ei⁹. Et aspiciet inimica mea: & ope/
riet cõfusione: que dicit ad me: Ubi est
dñs deus tuus? Oculi mei videbũt ī eã
Nũc erit in cõculcatione: vt lutum pla
teaꝝ. Dies: vt edificẽt macerie tue. In
die illa longe fiet lex. In die illa & vsq;
ad te veniet assur: & vsq; ad ciuitates mu
nitas: & a ciuitatibus munitis vsq; ad
flumen: & ad mare de mari: & ad montez
de monte. Et terra erit in desolationem
propter habitatores suos: et propter
fructum cogitationũ eorum. Pasce po
pulum tuũ in virga tua. & gregem here/

vitatis tue habitãtes solos in saltu. In medio carmeli pascent basan et galaad iurta dies antiqs: sm dies egressionis tue de terra egypti. Ondam ei mirabilia. Videbũt gentes: et confundent sup oẽ fortitudine sua. Ponet manum super os: aures eor surde erunt. Lingent puluerem sicut serpentes: velut reptilia terre perturbabunt de edibꝫ suis. Dñm deũ nstm nõ desiderabũt et timebũt te. Quis deus similis tui qui auferas iniquitatẽ et trãsfers pctm reliquiaruz hereditatis tue: Nõ immittet vltra furorẽ suũ. qm volẽs miam est. Reuertet et miserebit nri. Deponet iniquitates nras: et proiciet in profundum maris oĩa pcta nra. Dabis veritatẽ iacob. misericordiam abraam: que iurasti patribꝫ nris a diebꝫ antiquis.

Explicit Micheas pphẽta. Incipit prologus in Naum pphẽtã.

Naum pphetam ante aduẽtũ regis assyrioz qui ppm israel captiuũ in suã regionez transtulerat. fuisse hebreoz traditio confirmat Siquidem in finem huius lectionis p dicti regis aduentũ: idẽ pphẽta anuũciare monstratur. Sed cũ habitatores niniue iona interitũ ciuitatis pdicãte: ne diuina ira denunciatũ interitũ sustinerent peccatorũ: et impietatis pniam egissent: accepta dei mia: grauioribꝫ se criminibꝫ implicuerũt. Qua de causa memoratus pphẽta spũsancto plen⁹. iudicium dei annunciãs. ita locut⁹ est: Deus zelans: et vlciscens dns est ⁊c. Jam. n. decẽ tribꝫ ab assyrijs ducte fuerãt in captiuitatẽ sub ezechia rege iuda. sub q̃ etiam nũc in cõsolatione ppli trãsmigrati: aduersum niniuẽ visio cernit. Nec erat pua consolatio. tam his qui iam assyrijs seruiebant: q̃z reliquis qui sub ezechia de tribu iuda et beniamin ab eisdem hostibꝫ obsidebant. vt audirent assyrios q̃z a chaldeis esse capiendos. sicut in sequẽtibꝫ libri huius demõstrabit. Sciendum q̃ niniue in nostra lingua de hebreo speciosam sonat. Speciosus autez hic mundus dicitur. Unde et apud grecos. cosmos ab ornatu nomen accepit. Et quicquid nunc aduersum niniuen dicitur: de mundo figuraliter predicari sentiamus. Quamobcausam et assumptio quam septuaginta interpretes dicunt: apud hebreos massa ponitur. id est graue onus: eo q̃ cum aduersus quam prophetatur premat. nec finat eleuare ceruicem. Simulq̃z hoc attendendum: quod hec ipsa vel assumptio. vel onus. vel pondus prophete visio fit. Non enim loquitur pphẽta in extasi: vt montanus et priscilla. maximillaq̃z delirant: sed q̃ prophetat liber est visionis intelligẽtis vniuersa qui loquitur: et pondus hostiũ facientis suo pplo visionez. De cõsummatione itaq̃z mundi sm anagogen cõsolationẽ scoz pphetia texit: vt quecũq̃z in mũdo videt: q̃si pretereũtia et caduca contemnant: et preparet se ad iudiciũ diem. Ubi vltor aduersum vires assyriorũ affuturus est dominus.

Explicit plogus Incipit argumẽtũ

Naum psolator orbis interpretatur. Increpat ciuitatẽ sanguinũ: et post euersionez illi⁹ loquit: Ecce sup montes pedes euãgeliçãtis et annũciantis pacẽ.

Explicit argumentum. Incipit Naum pphẽta Capitulum. I

Onus niniue
Liber visionis nauz hel chesei. Deus emulator et vlciscens dominus: vlciscens⁹ dominus et habens furorem: vlciscens dominus in hostes suos: et irascens ipse inimicis suis Dominus patiens et magnus fortitudine: et mundans non faciet innocentez Dns in tempestate et turbie vie eius: et

Onus verbi dñi in terra adrach: et damasci requiei eius:q; dñs est oculus hoīs et oīm tribuum israel.Emath q̄q in terminis eius:& tyrus et sidō.Assūpserūt quippe sibi sapiētiam valde.Et edificauit tyrus munitionem suā:& coaceruauit argentū quasi humū:et aurū vt lutum platearū.Ecce dñs possidebit eā:et ꝑcutiet in mari fortitudinē eius·et ipe igni devorabitur Videbit ascalon et timebit:et gaza & dolebit nimis:et accharon : q̄m cōfusa est spes eius:Et peribit rex de gaza et ascalō nō habitabit.Et sedebit separator in azoto:et disꝑdam superbiam philistinorum. Et auferā sanguinē eius de ore eius:et abominatōes eius de medio dentiū ei⁹. Et relinquet etiā ipe deo nostro :& erit quasi dux in iuda:et accharon quasi hiebuseus.Et circūdabo domū meā ex his qui militant mihi euntes et reuertentes:et nō transibit sup eos vltra exactor quia nunc vidi in oculis meis. Exulta satis filia sion:iubila filia hierusalē.Ecce rex tuus veniet tibi iust⁹ et saluator: ipe pauper et ascēdens sup asinam:& super pullū filium asine.Et disꝑdam quadrigam ex effraim:et equū de hierusalē: et dissipabit arcus belli.Et loquet pacē gentibus & potestas eius a mari vsq; ad mare et a fluminib vsq; ad fines terre. Tu q̄q in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu: in quo non est aqua·conuertimini ad munitionez vincti spei.Hodie q̄q annuncians duplicia reddā tibi:q̄m extēdi mihi iudam q̄si arcū:ꝓpleui effraim.Et suscitabo filios tuos sion sup filios tuos gretia:& ponā te q̄si gladiū fortiū.Et dñs deus super eos videbit:& exibit vt fulgur iaculum ei⁹. Et dñs deus in tuba canet et vadet in

turbine austri. Dñs exercituũ proteget
eos: et deuorabũt ⁊ subijciẽt lapidibus
funde. Et bibentes inebriabunt̃ quasi
a vino: et replebũtur vt phiale: ⁊ quasi
cornua altaris. Et saluabit eos dñs de⁹
eoꝝ in die illa vt gregẽ ꝓpl'i sui: qꝛ lapi-
des sancti eleuabunt̃ sup̄ terram eius.
Quid enĩ bonũ eius est: et quid pulcrũ
eius nisi frumentũ electoꝝ: et vinñ ger
minans virgines?

X

Petite a dño pluuiã in tp̄e sero
tino: et dñs faciet niues ⁊ plu-
uiam imbris et dabit eis singu
lis herbaꝫ in agro Quia simulacra locu
ta sunt inutile: et diuini viderũt mẽda
cium: et somniatores locuti sũt frustra
et vane ꝯsolabant̃. Idcirco adducti sũt
quasi grex: affligent̃ qꝛ nõ est eis pastor
Sup̄ pastores iratus ẽ furor meus: et
sup̄ hircos visitabo. Quia visitauit do-
minus exercituũ gregẽ suũ domũ iuda:
et posuit eos quasi equũ glorie sue ĩ bel-
lo. Ex ip̄o angul⁹: ⁊ ex ip̄o paxillus: et ex
ip̄o arcus p̄lij et ex ip̄o egredieť oĩs exa-
ctor simul. Et erũt quasi fortes: ꝯculcã-
tes lutũ viarũ in p̄lio. Et bellabũt qꝛ do
minus cũ eis: et cõfundent̃ ascẽsores eq̃
rum. Et cõfortabo domuꝫ iuda: ⁊ domũ
ioseph saluabo. Et cõuertam eos qꝛ mi
serebor eoꝝ: et erunt sicut fuerũt qñ nõ
ꝓieceram eos. Ego enĩ dñs deus eorũ:
et exaudiã eos. Et erunt quasi fortes ef
fraim: ⁊ letabit̃ cor eoꝝ quasi a vino. Et
filij eoꝝ videbũt ⁊ letabunt̃: ⁊ exultabit
cor eoꝝ in dño. Sibilabo eis: ⁊ ꝯgrega-
bo illos: qꝛ redemi eos. Et multiplicabo
eos sicut ante fuerãt multiplicati: et se
minabo eos in ꝓpl'is. Et delonge recorda
buut̃ mei: ⁊ viuẽt cũ filijs suis ⁊ reuertẽ
tur et reducã eos de terra egypti: ⁊ de as
syrijs congregabo eos. Et ad terram ga
laad et libani adducam eos: ⁊ non inue
nietur eis locus Et trãsiet in maris fre
to: et ꝑcutiet in mari fluctus: et cõfun-
dnet̃ oĩa ꝓfunda fluminis. Et humilia
bit̃ sup̄bia assur: et sceptruꝫ egypti rece
det. Confortabo eos in dño: ⁊ in nomĩe
eius ambulabũt dicit dñs.

XI

Aperi libane portas tuas: et co-
medat ignis cedros tuas. Ulu
la abies qꝛ cecidit cedrus: quo-
niã magnifici vastati sũt. Ululate quer
cus basan: qm̃ succisus ẽ salt⁹ munitus.
Vox vlulat⁹ pastoꝝ. qꝛ vastata ẽ magni
ficẽtia eoꝝ. Vox rugit⁹ leonũ: qm̃ vasta-
ta ẽ sup̄bia iordanis. Hec dicit dñs deus
meus: Pasce pecora occisionis q̃ q̃ posse
derant occidebãt et nõ dolebãt: et ven-
debant ea dicẽtes: Bñdictus dñs: diui-
tes facti sumus Et pastores eoꝝ nõ par
cebant eis: et ego nõ parcã vltra sup̄ ha
bitantes terraꝫ dicit dñs. Ecce ego tra
dam hoĩes. vnumquẽqꝫ in manu ꝓximi
sui: et in manu regis sui: et concidẽt ter
ram et nõ eruã de manu eoꝝ ⁊ pascã pe-
cus occisionis ꝓpter hoc o paup̄es gre-
gis. Et assũpsi mihi duas virgas: vnaꝫ
vocaui decorẽ: et alterã vocaui funiculuꝫ
et paui gregẽ. Et succidi tres pastores
in mẽse vno: ⁊ cõtracta est aĩa mea ĩ eis
Siquidẽ et anima eorũ variauit ĩ me.
Et dixi: Non pascam vos. Quod morit̃
moriatur: et quod succiditur succidatur
et reliqui deuorent vnusquisqꝫ carnem
proximi sui. Et tuli virgã meam que vo
cabatur decus et abscidi eam. vt irrituꝫ
facerem fedus meũ quod percussi cum
omnibus populis: et in irritũ deductũ
est in die illa. Et cognouerũt sic paupe-
res gregis qui custodiũt mihi qꝛ verbũ
dñi ẽ. Et dixi ad eos: Si bonũ ẽ in ocu-
lis vr̃is afferte mercedẽ meam: et si nõ
quiescite. Et appenderũt mercedẽ meã:
triginta argẽteos. Et dixit dñs ad me:
Proijce illud ad statuariũ. Decorũ pre
ciũ. quo appreciatus sum ab eis. Et tuli
triginta argenteos: et ꝓieci illos in do-
mo dñi ad statuariũ. Et precidi virgam
meã secundã que appellabat̃ funiculus
vt dissoluerẽ germanitatẽ inter iudã et
israel. Et dixit dñs ad me: Adhuc sume
tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego
suscitabo pastorem in terra qui derelicta
non visitabit: dispersuꝫ non queret ⁊ cõ
tritũ nõ sanabit ⁊ id qd̃ stat nõ enutriet
⁊ carnes pĩguiũ comedet: ⁊ vngl'as eoꝝ

dissoluet. O pastor ⁊ idolū: derelinquēs gregē. Gladius sup brachiū eius: ⁊ sup oculū dexterū eius. Brachiū eius aridi-tate siccabit: et oculus dexter eius tene brescens obscurabitur.

XII

Onus verbi dñi sup israel. Dixit dñs extēdens celuz et fundās terrā: et fingens spm̄ hoīs in eo Ecce ego ponā hierusalē suplimīare cra pule oībꝫ ꝓplis in circūitu: sz ⁊ iuda erit in obsidiōe ꝯtra hierl'm Et erit: in die il la ponā hierl'm lapidē oneris cūctis po-pulis. Oēs qui leuabūt eū. concisione lacerabūtur: ⁊ colligent aduersus eam oīa regna terre. In die illa dicit dñs: ꝑ cutiā oēm equū in stuporē: et ascensorez eius in amentiā. Et sup domū iuda ape riā oculos meos: ⁊ oēm equū ꝓplorꝫ ꝑcu tiā cecitate. Et dicēt duces iuda in cor-de suo: ꝯfortent mihi habitatores hieru salē: in dño exercituū deo eorꝫ. In die il-la ponā duces iuda sicut caminuz ignis in lignis: ⁊ sicut facē ignis in feno ⁊ de-uorabūt ad dexterā et ad sinistrā oēs po-pulos in circūitu. Et habitabit hierl'm rursus in loco suo hierasalē: et saluabit dñs tabernacula iuda sicut in principio vt nō magnifice glorieť dom⁹ dauid: et gloria habitantiū hierusalē cōtra iudā. In die illa ꝓteget dñs habitatores hie rusalē. Et erit q̄ offenderit ex eis in die illa q̄si dauid: et dom⁹ dauid quasi dei: si cut angelus dñi in cōspectu ei⁹. Et erit in die illa querā cōterere oēs gētes q̄ ve niūt ꝯtra hierl'm: et effundā sup domuz dauid et sup habitatores hierl'm spūm gratie ⁊ precū. Et aspiciēt ad me quē cō fixerūt et plangēt eū planctu quasi sup vnigenitū: et dolebūt sup eū vt doleri so let ī morte primogeniti. In die illa ma gnus erit plāctus in hierusalē sicut plā ctus ad rēmon in campo magedon. Et plangēt terre: familie ⁊ familie seorsuz. Familie dom⁹ dauid seorsuz: ⁊ mulieres eorꝫ seorsuz. Familie domus nathan se-orsum: et mulieres eorꝫ seorsuz. Familie domus leui seorsuz. et mulieres eorꝫ se-orsuz. Familie semei seorsuz: et mulieres eorꝫ seorsū Oēs familie relique: familie ⁊ familie seorsū: ⁊ mulieres eorꝫ seorsuz.

XIII

In die illa erit fons patens domui dauid et habitā tibus hierusalē: et in ablutōez peccatoris et mēstruate. Et erit in die il la dicit dñs exercituū. disperdā noīa ido lorū de terra: et nō memorabunt vltra. Et pseudo ꝓphetas et spm̄ īmundū au-feram de terra. Et erit cū ꝓphetauerit q̄s piam vltra: dicent ei pater ei⁹ et mater eius q̄ genuerūt eū. Nō viues: qꝛ mēda ciū locutus es in noīe dñi. Et cōfigent eū pater ei⁹ ⁊ mater ei⁹ genitores ei⁹ cū ꝓphetauerit. Et erit. in die illa ꝯfunden tur ꝓphete vnusq̄sq̄z ex visione sua cū ꝓ-phetauerīt: nec operient pallio saccino vt mētiant. Sz dicet: nō sū ꝓpheta. Ho mo agricola ego suz: qm̄ adā exemplum meū ab adolescētia mea. Et dicetur ei. Quid sūt plage iste ī medio manuū tu-arum? Et dicet: His plagat⁹ suz ī domo eorꝫ q̄ diligebāt me. Framea suscitare su per pastorē meū: ⁊ sup virū coherentem mihi dicit dñs exercituuz. Percute pa-storē: et dispergent oues Et ꝯuertā ma nū meā ad paruulos. Et erūt in oī ter-ra dicit dñs: ꝑtes due in ea dispgent et deficient: ⁊ tertia ꝑs relinquet in ea. Et ducā tertiā ꝑtez ꝑ ignē ⁊ vram eos sicut vrit argentū: ⁊ ꝓbabo eos sicut ꝓbat au rū. Ipe vocabit nomē meū: ⁊ ego exau-diā eū. Et dicā. ꝓpl's meus es: et ipe di-cet dñs deus meus.

XIIII

Ecce dies dñi veniūt. dicit dñs: et diuident spolia tua in medio tui. Et cōgregabo omnes gētes ad hierusalez in preliū et capiet ciuitas et vastabuntur domus: et mulieres vio labūtur. Et egredieť media pars ciuita tis in captiuitatē et reliquū populi non auferet ex vrbe. Et egredieť dñs ⁊ prelia bit contra gentes illas. sicut preliat⁹ est in die certamīs. Et stabūt pedes ei⁹ in die illa sup mōtē oliuarꝫ. q̄ ē ꝯ hierl'm ad oriētē. Et scīdeť mōs oliuarꝫ ex media ꝑ te sui ad orientē et ad occidentē p̄rupto grādi valde. Et sepabit mediū montis

ad aquilonē:et mediū eius ad meridiez
Et fugietis ad vallē mōtiū eoꝝ qm̄ ꝯiū
get̄ vallis montium vsq; ad proximuz.
Et fugiet̄ sicut fugistis a facie terremo
tus in diebꝫ iosie regis iuda. Et veniet
dn̄s deus meus:omnesq; sancti cuz eo:
Et erit:in die illa nō erit lux· sed frigus
et gelu. Et erit dies vna que nota ē do-
mino:non dies neq; nox:et in tempore
vesperi erit lux. Et erit:in die illa exibūt
aque viue de hierusalē. Mediū earū ad
mare orientale:et mediū earum ad ma
re nouissimum. In estate et in hyeme
erunt:et erit dn̄s rex sup̄ omnē terram
In die illa erit dn̄s vnus et erit nomē
eius vnuz. Et reuertet̄ omnis terra vs
q; ad desertū:de colle rēmon ad austruz
hierusalē. Et exaltabitur et habitabit̄
in loco suo a porta beniamin vsq; ad lo-
cum porte prioris et vsq; ad portā angu
lorum et a turre ananehel vsq; ad torcu
laria regis. Et habitabunt in ea:et ana-
thema non erit amplius. Sed sedebit
hierusalē secura:et hec erit plaga qua p̄
cutiet dn̄s oēs gentes que pugnauerūt
aduersus hierusalez. Tabescet caro vni
uscuiusq; stātis sup̄ pedes suos et oculi
eius contabescent in foraminibꝫ suis:et
lingua eoꝝ cōtabescet in ore suo. In die
illa erit tumultus dn̄i magnꝰ in eis et
apprehēdet vir manū ꝓximi sui:⁊ ꝯseret̄
manus eiꝰ sup̄ manū ꝓximi sui. Sed ⁊
iudas pugnabit aduersus hierl̄m Et cō
gregabunt̄ diuitie oīm gentiū in circūi
tu:aurū ⁊ argentū et vestes multe satis
Et sic erit ruina equi ⁊ muli et cameliꝰ ⁊
asini et oīm iumentoꝝ que fuerīt in ca-
strꝭ illis:sicut ruina hec. Et oēs qui reliq̄
fuerint de vniuersis gētibꝫ q̄ venerūt cō
tra hierusalē:ascēdent ab anno in ānuz
vt adorēt regē dn̄m exercituū:⁊ celebrēt
festiuitatē tabernaculoꝝ. Et erit qui nō
ascēderint de famlijs terre ad hierusalē
vt adorēt regē dn̄m exercituū:non erit
sup̄ eos imber. Q ⁊ si familia egypti nō
ascēderit ⁊ nō venerit: nec sup̄ eos erit.
Sed erit ruina q̄ p̄cutiet dn̄s oēs gen-
tes:q̄ nō ascenderīt ad celebrandā festi-
uitatē tabernaculoꝝ. Hoc erit peccatum
egypti et hoc peccatū oīm gētiuz que nō
ascenderint ad celebrandā festiuitatem
tabernacoloꝝ. In die illa erit quod sup̄
frenū equi est sanctū dn̄o: et erunt lebe
tes in domo dn̄i quasi phiale corā altari
Et erit oīs lebes in hierusalē et in iuda
sanctificatus dn̄o exercituū. Et venient
omēs īmolantes et sument ex eis:et co
quēt in eis. Et non erit mercator vltra
in domo dn̄i exercituum in die illo.

Explicit Zacharias ꝓphā. Incipit ꝓ
logus in Malachiam prophetam

Varat

DEus p̄ moysen ꝓpl̄o israel
precep̄at:sacerdotes taber
naculi sui oī corp̄ali vitio
liberos: hostias omī vitio
vacuas sibi offerre. Qui-
bus legē suā ad regendū ꝓpl̄um ob hoc
dederat vt p̄ sacrificioꝝ oblationē inter-
nūcij dei et hoīm facti:ꝓpl̄m p̄ceptis ce-
lestibꝫ facerēt obedire. Unde sacerdotes
angelos dei esse:hoc in loco scriptura te
statur. Sed q̄ tanti muneris gratiam
contēnentes·supradictus ꝓpl̄s ac sacer
dotes sacrificia vitio deturbata·ipsi cri-
minibꝫ atq; īpietatibꝫ maculati deo of-
ferre ceperūt. Ideo p̄ malachiā ꝓphetaz
deus populū suum israel increpans·ait:
Dilexi vos dicit dn̄s. Et dixistis: In q̄
dilexisti nos? Nonne frater erat esau ia
cob dicit dominus·et dilexi iacob: esau
autem odio habui? Esau autē fratrem
iacob non iniqua aut spontanea volun
tate odio habitū a deo· vel sine meriti
gratia iacob dilectum manifestū est:cuz
s̄m prescientiam suā esau quidem effu-
sionē fraterni sanguinis cōcupiscere·ia
cob autē in sui cognitione obseruandā
legez desiderare cognosceret. Cuius rei
gratia·supradicto vsus est exēplo dicēs·
Dilexi iacob· esau autem odio habui.
Quāuis ex op̄ibꝫ memoratoꝝ quorū li
ber geneseos meminit:in quo vnusq̄sq;
eoꝝ futurꝰ erat ꝓposito maīfeste ꝯstaret
vt scriptū ē: Creuerūt pueri:⁊ erat esau

homo agrestis sciens venari. iacob autē homo simplex manens in tabernaculo. Nam reliqua q̄ lectione cōprehensa sūt prevaricatōez pp̄li isr̄l in observuādis sacrificijs dei: increpatiōezq; in eundez. q̄ vos alienos coluerunt. significant.

Explicit prologus. Incipit argumētuz

Malachias aperte et in fine oīm pphetarū dicit de abiectione israel et vocatōe gētium. Non est mihi ait voluntas in vobis dicit dominus exercituū: et munus nō suscipiā de manu vra. Ab ortu enī solis vsq; ad occasum magnum est nomen meuz in gētibus: et in omni loco sacrificatur: et offertur nomini meo oblatio munda.

Explicit argumentum. Incipit Malachias pphēta. Capitulū I

Onus verbi dñi ad israel in manu malachie pphete: Dilexi vos dicit dñs. Et dixistis: In quo dilexisti nos? Nonne frater erat esau iacob dicit dñs. Et dilexi iacob. esau autē odio habui: Et posui montes eius in solitudinē: et hereditatē eius in dracones deserti. Quod si dixerit idumea: destructi sumus. sed revertētes edificabimus q̄ destructa sunt: hec dicit dñs exercituū. Ipsi edificabūt: et ego destruam. Et vocabunt̄ termini impietatis: et pp̄ls cui iratus ē dñs vsq; in eternum. Et oculi vri videbūt: et vos dicetis. Magnificet̄ dñs sup terminū israel Filius honorat patrez. et seruus dñm suum. Si ergo pater ego sum: vbi est honor meus: et si dñs ego suz. vbi ē timor meus dicit dñs exercituum ad vos. o sacerdotes qui despicitis nomē meū: et dixistis. in quo despeximus nomē tuum?

Offertis sup altare meū panē pollutū. Et dicitis. In quo polluimus te? In eo q̄ dicitis: mensa dñi despecta ē. Si offeratis cecū ad īmolandum: nonne malum est? Et si offeratis claudū et languidum: nōne malum ē? Offer illud duci tuo. si placuerit ei: aut si susceperit faciē tuā dicit dñs exercituū. Et nunc deprecamini vultū dei vt misereat vri. d manuenī vra factuz ē hoc: si quo mō suscipiat facies vras dicit dñs exercituū. Quis in vobis qui claudat ostia: et incendat altare meū gratuito? Nō ē mihi voluntas in vobis dicit dñs exercituū: et munus nō suscipiā de manu vra. Ab ortu enim solis vsq; ad occasuz magnū ē nomē meum in gētib: et in oī loco sacrificat̄ et offert̄ nomini meo oblatio mūda: q̄ magnū ē nomē meū in gētib dicit dñs exercituuz. Et vos polluistis illud in eo q̄ dicitis. mēsa dñi cōtaminata ē: et q̄d superponit̄. contēptibile ē cū igne qui illd devorat. Et dixistis. Ecce de labore: Et eru fflastis illud dicit dñs exercituum. Et intulistis de rapinis claudū et languidū et intulistis munus. Nūquid suscipiā illud de manu vra dicit dñs exercituum? Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum: et votum faciens immolat debile dño. Quia rex magnus ego dicit dñs exercituuz: et nomē meum horribile in gentib.

II

Et nunc ad vos mandatum hoc o sacerdotes. Si nolueritis audire et si nolueritis ponere super cor vt detis gloriā nomini meo ait dñs exercituū: mittā in vos egestatē: et maledicā benedictionib vris: et maledicam illis quoniā nō posuistis super cor. Ecce ego pūciā vobis brachiū: et dispergam sup vultū vrm sterc̄ solēnitatum vrar: et assumet vos secum. Et scietis q̄ misi ad vos mandatū istud: vt esset pactū meū cū leui dicit dñs exercituum. Pactū meū fuit cū eo vite et pacis. et dedi ei timorē et timuit me et a facie nois mei pauebat. Lex veritatis fuit i ore ei?: et iniquitas nō ē inuēta i labijs ei?. In

pace et in equitate ambulauit mecū: et multos auertit ab iniquitate Labia enī sacerdotis custodiūt sciam·et legē requirent ex ore eius·q̄ angelus dñi exercituum est. Vos aūt recessistis de via:⁊ scandalizastis plurimos in lege. Irritū fecistis pactū leui dicit dñs exercituū. Propter quod et ego dedi vos cōtēptibiles et humiles oīb̄ pp̄lis:sicut nō seruastis vias meas:⁊ accepistis faciē in lege Nūquid nō pater vnus oim nr̄m:? Nūquid non deus vn⁹ creauit nos:? Quare ergo despicit vnusquisq̄ frātrē suū violans pactū patrū nostrorū:? Trāsgressus est iuda et abominatio facta est in israel et in hierusalem:q̄ cōtaminauit iudas sanctificationē dñi quā dilexit: et habuit filiam dei alieni. Disp̄det dñs virum qui fecerit hoc:magistrū et discipulū de tabernaculo iacob:et offerētem munus dño exercituū. Et h̄ rursuz fecistis. Operiebat̄ lachrymis altare dñi fletu ⁊ mugitu:ita vt nō respiciā vltra ad sacrificium:nec accipiā placabile quid de manu vestra Et dixist̄. Quā ob causaz:? Quia dñs testificatus est inter te et vxorē pubertatis tue·quā tu despexisti. Et hec p̄ticeps tua et vxor federis tui. Nōne vn⁹ fecit:et residuū spūs eius ē:? Et q̄d vn⁹ querit nisi semen dei:? Custodite ḡ spm̄ vestrū et vxorē adolescentie tue noli despicere. Cū odio habueris dimitte dicit dñs deus isr̄l. Operiet aūt iniquitas vestimentū eius dicit dñs exercituū. Custodite spm̄ vr̄m:et nolite despicere. Laborare fecistis dñm in sermonib̄ vestris Et dixistis: In quo eū fecim⁹ laborare:? In eo q̄ dicitis: Omis q̄ facit malū bon⁹ est in ꝓspectu dñi:⁊ tales ei placēt· Aut certe:vbi est deus iudicij. VIII

Ecce ego mittā angelum meum: et p̄parabit viā ante faciē meā Et statim veniet ad templū suum dñator quē vos queritis:et angelus testamenti quez vos vultis. Ecce venit dicit dñs exercituū. Et quis poterit cogitare diē aduentus eius:? Et quis stabit ad videndū eū:? Ipe enī quasi ignis conflans· et quasi herba fullonū· et sedebit conflans·et emundans argentuz: Et purgabit filios leui. Et colabit eos quasi aurū et quasi argentum:et erunt domino offerentes sacrificia in iusticia. Et placebit dño sacrificiū iuda et hierusalem sicut dies seculi: et sicut anni antiqui. Et accedā ad vos in iudicio:⁊ ero testis veloz maleficis et adulteris⁊ periuris:et qui calumniant̄ mercedez mercennarij et humiliant viduas et pupillos:et oppr̄imunt peregrinuz: nec timuerunt me dicit dñs exercituuz. Ego enī dñs et nō mutor et vos filij iacob non estis consumpti. A diebus enim patrū vestrorū recessistis a legittimis meis: et nō custodistis. Reuertimini ad me⁊ reuertar ad vos dicit dñs exercituū Et dixistis:in quo reuertemur. Si affiget homo deū quia vos configitis me. Et dixistis. In quo configimus te:? In decimis et in p̄mitijs. Et in penuria vos maledicti estis:et me vos configitis gens tota: Inferte oēm decimā in horreū meuz et sit cibus in domo mea:et probate me sup̄ hoc dicit dñs. Si non aperuero vobis cataractas celi:et effudero vobis bñdictionē vsq̄ ad abundantiā. Et increpabo pro vobis deuorantē:et nō corrumpet fructū terre vestre:nec erit sterilis vinea in agro dicit dñs exercituū. Et beatos vos dicēt oēs gētes. Eritis enī vos terra desiderabilis dicit dominus exercituū. Inualuerūt sup̄ me verba vestra dicit domin⁹. Et dixistis:Quid locuti sumus contra te:? Dixistis. Vanus est qui seruit deo. Et quod emolimentū q̄ custodiuimus p̄cepta eius:et q̄ ambulauimus tristes coram dño exercituuz? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Si quidem edificati sunt faciētes impietates:⁊ tēptauerūt deū et salui facti sunt Tūc locuti sunt timētes deū:vnusquisq̄ cū p̄rimo suo. Et attendit dominus ⁊ audiuit et scriptus est liber moniměti corā eo timētib̄ dñm ⁊ cogitātib̄ nomē ei⁹. Et erūt mihi ait dñs exercitum in die q̄ ego facio in peculiū:⁊ parcā

eis sicut parcit vir filio suo seruiēti sibi Et conuertimini :et videbitis quid sit inter iustum et impium· et inter seruiē tem deo et non seruientem ei. VIIII

Ecce enim dies veniet succēsa q̄si caminus:⁊ erunt omnes superbi ⁊ oēs facientes impietatē stipula et inflammabit eos dies veniens dicit dominus exercituum: que non derelinquet eis radicem et germen. Et orietur vobis timentibꝫ nomen meū sol iustitie:et sanitas in pēnis eius. Et egrediemini ⁊ salietis sicut vitulus de armēto:et calcabitis impios cum fuerint cinis sub plāta pedū vestrꝫ in die qua ego facio dicit dñs exercituū. Memētote legis moysi serui mei quaz mandaui ei in oreb ad oēm isrl̄:p̄cepta et iudicia. Ecce ego mittam vobis helyā pphetam anteqūz veniat dies dñi magn⁹ horribilis. Et cōuertet cor patrum ad filios:et cor filiorꝫ ad patres eorum:ne forte veniam ⁊ percutiam terram anathemate.

Explicit Malachias prophetaIncipit plog⁹ beati Hieronymi presbyteri in libros machabeorum.

Machabeorum libri duo p̄notant prelia inter hebreorum duces gentemq̄z persarum pugnam q̄z sabbatorum:et nobiles machabei ducis triumphos extra cuius nomine et libri ijdem suz nuncupati. Hec q̄z historia continet etiaz inclyta illa gesta machabeorum fratrum: qui sub antiocho rege pro sacris legibus dira tormēta p̄pessi sunt. Quos mater pia dum diuersis supplicijs vrgerentur:non soluz non fleuit.sed ⁊ gaudens hortabatur ad gloriam passionis.

Item alius prologus.

Machabeorum libri licet non habeantur in canone hebreorum:tamen ab ecclesia inter diuinorum voluminum annotātur historias. Prenotant autez prelia iter hebreorū duces·gentesq̄z persarū·pugnaz q̄z sabbatorum et nobiles machabei triumphos·fedus q̄z amicitiarū cuz romanorum ducibus atq̄z legationuz. Machabei septem fratres ab vna matre machabea nomine geniti·custodientes legem patris traditōez·nō māducantes carnē porcinam:ob hoc ab antiocho rege seuissimo in anthiochia martyrij gloria coronati sunt cum matre sua atq̄z sepulti cū magna veneratione ibi quiescunt.

Explicit prologus Incipit liber primus Machabeorum Capitulū I

Et factū est postq̄z percussit alexander philippi macedo qui prim⁹ regnauit in grecia: egress⁹ de terra cethim:darium regem persarum et medorum:constituit prelia multa :et obtinuit omnium munitiones:et interfecit reges terre. Et pertransijt vsq̄z ad fines terre: et accepit spolia multitudinis gentium: et siluit terra in conspectu eius. Et congregauit virtutem et exercitum fortem nimis:et exaltatum est et eleuatum cor eius·et obtinuit regiones gentium et tyrannos:et facti sunt illi in tributum Et post hec decidit in lectuz:et cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles qui secum erant nutriti a iuuentute sua et diuisit illis regnum suum cum adhuc viueret. Et regnauit alexander annis duodecim :et mortuus est. Et obtinuerūt pueri eius regnū vnusquisq̄z in loco suo.⁊ imposuerūt oēs sibi diademata post mortē ei⁹:⁊ filij eor⁹ post eos annis multis : et multiplicata sunt mala in terra. Et exijt ex eis radix pcī:antioch⁹ illustris fili⁹ antiochi regis q̄ fuerat rome obses:⁊ regnauit in āno cētesimo tricesimoseptio regni grecor⁹

In diebus illis exierũt ex israel filij ini
qui et suaserũt multis dicentes: Eam⁹
et disponamus testamẽtum cũ gentib⁹
que circa nos sunt. qꝛ ex quo recessimus
ab eis. inuenerũt nos multa mala. Et
bonus visus est sermo in oculis eorum
Et destinauerũt aliqui de ꝓpl'o. et abierẽt
ad regẽ. et dedit illis ptãtem. vt facerẽt
iusticiã gentium. Et edificauerũt gym-
nasiũ in hierosolymis ꝑm leges natio-
nũ: et fecerũt sibi preputia: et recesserũt
a testamẽto sancto. ⁊ iũcti sunt natõib⁹:
et venũdati sunt vt facerẽt malũ. Et pa
ratũ est regnũ in cõspectu antiochi: ⁊ ce
pit regnare in terra egypti: vt regnaret
sup̄ duo regna. Et intrauit in egyptum
in multitudine graui. in currib⁹ et ele-
phãtis et equitib⁹: et copiosa nauiũ mł
titudine. Et constituit belluꝫ aduersus
ptolemeũ regẽ egypti: ⁊ veritus est pto
lomeus a facie ei⁹ et fugit: et ceciderũt
vulnerati multi. Et cõprehendit ciuita
tes munitas ĩ terra egypti ⁊ accepit spo
lia terre egypti. Et ꝯuẽt it antioch⁹ post-
q̃ꝫ ꝑcussit egyptũ in cẽtesimo ⁊ q̃dragesi
mo ⁊ tertio ãno: ⁊ ascẽdit ad isrł et ascen
dit hierosolymã in multitudine graui
Et intrauit in scĩficatõeꝫ cũ sup̄bia: ⁊ ac
cepit altare aureũ: ⁊ cãdelabrũ luminis
et vniuersa vasa ei⁹ ⁊ mẽsam ꝓpositõis
et libatoria ⁊ phialas ⁊ mortariola au-
rea et velũ et coronas ⁊ ornamẽtũ aure
um qđ in facie templi erat: et cõminuit
oĩa. Et accepit argentũ et aurũ et vasa
cõcupiscibilia: ⁊ accepit thesauros occul
tos q̃s ĩuenit: ⁊ sublatis oĩb⁹ abijt ĩ ter-
ram suã. Et fecit cedẽ hoĩm: ⁊ locutus ẽ
in sup̄bia magna. Et factus est planct⁹
magn⁹ in isrł: et in oĩ loco eoꝝ. Et inge-
muerũt principes et seniores. ⁊ iuuenes
et virgines infirmati sunt ⁊ speciositas
mulierũ ĩmutata est. Oĩs maritus sũ-
psit lamentũ: et q̃ sedebãt in thoro ma-
ritali lugebãt. Et cõmota est terra super
habitãtes in ea: et vniuersa domus ia-
cob' induit confusionẽ. Et post duos an
nos dierũ misit rex principẽ tributoruꝫ
in ciuitates iuda: ⁊ venit hierusalẽ cum
turba magna. Et locut⁹ est ad eos ꝟba
pacifica in dolo et crediderũt ei: Et irru
it sup̄ ciuitaẽ repẽte: et ꝑcussit eã plaga
magna: et ꝑdidit ꝓpł'm multũ ex isrł. Et
accepit spolia ciuitatis: ⁊ succẽdit eã igni
Et destruxit domos eius et muros eius
in circũitu: ⁊ captiuas duxerunt mulie-
res et natos: ⁊ pecora possederũt. Et edi
ficauerũt ciuitatẽ dauid muro magno
et firmo ⁊ turrib⁹ firmis: et facta est illis
in arcẽ. Et posuerũt illic gentẽ peccatri-
cem viros iniquos: et conualuerũt in
ea. Et posuerũt arma et escas: et cõgre-
gauertũ spolia hierł'm ⁊ reposuerũt illic
Et facti sunt in laqueũ magnum. Et fa
ctum est hoc ad insidias sanctificatõi et
in diabolũ malũ isrł. Et effuderunt san
uinẽ innocentẽ ꝑ circũitũ sanctificatõis
et cõtaminauerũt sanctificatõeꝫ. Et fu-
gerũt habitatores hierł'm ꝓpter eos: et
facta est habitatio exteroꝝ: et facta est ex
tera semini suo: et nati ei⁹ reliquerunt
eam. Sanctificatio eius desolata est si-
cut solitudo. dies festi eius ꝯuersi sunt
in luctũ: sabbata ei⁹ in opprobriũ hono-
res ei⁹ in nihilũ. Secũduꝫ gloriã eius
multiplicata ẽ ignominia ei⁹: ⁊ sublimi
tas ei⁹ ꝯuersa ẽ in luctũ. Et scripsit rex
antiochus oĩ regno suo: vt esset oĩs po-
pulus vn⁹. Et reliquerẽt vnusq̃sq̃ legẽ
suã: et consenserũt oẽs gẽtes ꝑm verbũ
regis antiochi. Et multi ex isrł ꝯsense-
rũt ei: et sacrificauerũt idolis: et coiniq̃-
nauerũt sabbatũ. Et misit rex antioch⁹
libros ꝑ manus nuncioꝝ in hierł'm: et
in oẽs ciuitates iude vt sequerenť leges
gentiũ terre: et ꝓhiberũt holocausta ⁊ sa
crificia ⁊ placatões fieri in tẽplo dei ⁊ ꝓ-
hiberent celebrari sabbatũ ⁊ dies solen-
nes. Et iussit coinq̃nari scã ⁊ scm̃ ꝓpł'm
isrł. Et iussit edificari aras ⁊ tẽpla. ⁊ ido-
la: ⁊ ĩmolari carnes suillas ⁊ pecora com
munia: ⁊ relinq̃re filios suos in circũci-
sos ⁊ coinq̃nari aĩas eoꝝ in oĩb⁹ ĩmũdi-
cijs ⁊ abomĩatõb⁹: ita vt obliuiscerẽtur
legẽ ⁊ ĩmutarẽt oẽs iustificatões dei. Et
quicũq̃ nõ fecissent ꝑm verbũ regis an-
tiochi morerenť. Scđm oĩa verba hec

scripsit omni regno suo:⁊ ꝓposuit prīci/
pes ꝑplo qui ꝫ fieri cogerēt. Et iusserūt
ciuitatib⁹ iude sacrificare. Et cōgregati
sunt mlti de ꝑplo ad eos q̄ dereliquerāt
legē dñi:⁊ fecerūt mala sup terrā:⁊ effu
gauerūt ꝑplm isrl in abditis ⁊ in absco/
ditis fugitiuoꝝ locis. Die quintadeci/
ma mensis casleu·q̄nto ⁊ q̄dragesimo ⁊
centesimo anno·edificauit rex antioch⁹
alominādu idolū desolationis sup altā
re dei: ⁊ per vniuersas ciuitates iude in
circuitu edificauerūt aras:⁊ ante fanu/
as domoꝝ ⁊ i plateis incēdebāt thura:⁊
sacrificabāt. Et libros legis dei cōbusse/
rūt igni scindētes eos:⁊ apud quēcūq⁹
mueniebaꝫ libri testamēti dñi:⁊ quicū/
q⁹ obꝫuabat legē dñi:ꝫm edictū reg⁹ tru
cidabāt eū. In ꝑtute sua faciebant hec
ꝑplo isrl: qui iueniebaꝫ in oi mēse ciui
tatib⁹. Et quinta ⁊ vicesima die mēꝫsa/
crificabāt sup arā q̄ erat ꝯ altare:⁊ mlie/
res q̄ circūcidebāt filios suos trucidaba
tur ꝫm iussuz regis antiochi. Et suspen
debāt pueros a ceruicib⁹ ꝑ vniūsas do/
mos eoꝝ ⁊ eos q̄ circūciderāt illos truci
dabāt. Et multi de ꝑplo isrl diffinierūt
apud se·vt nō māducarēt īmunda ⁊ ele
gerūt magis mori q̄ cib⁹ coinq̄nari īmū
dis:⁊ noluerūt infrīgere legē dei scām:
⁊ trucidati sunt. Et facta est ira magna
sup ꝑplm israel valde.

II

In dieb⁹ illis surrexit matathi/
as filius iohānis filij symeonis
sacerdos ex filijs ioarim ab hierlm:⁊ cō
sedit in mōte modin. Et habebat filios
quiq⁹: iohānan qui cogmīabaꝫ gaddis:
⁊ simonē qui cognominabaꝫ thasi: ⁊ iu
dā q̄ vocabaꝫ machabe⁹ ⁊ eleaçarū q̄ cog
mīabaꝫ abaron:⁊ ionathan qui cogno/
mīabaꝫ apphus. Hi viderūt mala q̄ fie
bāt i ꝑplo iuda ⁊ i hierlm. Et dixit mata
thias. Ve mihi: Ut q̄d nat⁹ sum videre
cōtritionē ꝑpli mei ⁊ ꝯtritionē ciuitatis
sancte:⁊ sedere illic cū datur in manib⁹
inimicoꝝ: Sancta in manu extraneoꝝ
facta sunt· templum eius ficut homo igno
bilis. Vasa glorie eius captiua abducta
sunt trucidati sūt senes ei⁹ i plateis:⁊ iu
uenes eius ceciderūt in gladio inimico
rū. Que gens non hereditauit regnuz
eius:⁊ non obtinuit spolia ei⁹: ⁊ Oīs cō/
positio eius ablata est. Que erat libera
facta est ancilla. Et ecce scā nra ⁊ pulcri/
tudo nra ⁊ claritas nra desolata est:⁊ co/
inquinauerūt eam gentes. Quo ergo
nobis adhuc viuere: Et scidit vestimen
ta sua matathias ⁊ filij ei⁹ ⁊ opuerūt se
cilicijs:⁊ planxerūt valde. Et venerunt
illuc qui missi erant a rege antiocho: vt
cogerēt eos qui ꝺfugerāt in ciuitatē mo
din: immolare ⁊ accēdere thura: ⁊ a le/
ge dei discedere. Et multi de ꝑplo israel
cōsentientes accesserūt ad eos sed mata/
thias ⁊ filij eius ꝺstāter steterūt. Et rñ/
dentes qui missi erāt ab antiocho dixerūt
matathie. Princeps ⁊ clarissimus ⁊ ma
gnus es in hac ciuitate:⁊ ornatus filijs
⁊ frib⁹. Ergo accede prior ⁊ fac iussuz re/
gis sicut fecerūt oēs gentes ⁊ viri iuda
⁊ qui remāserūt in hierlm:⁊ eris tu ⁊ fi
lij tui inter amicos regis: ⁊ amplificab⁹
auro ⁊ argēto ⁊ muneribus multis: Et rñ
dit matathias:⁊ dixit magna voce: Et si
oēs gentes regi antiocho obediūt vt di
scedāt vnusquisq⁹ a ꝫuitute legis patrū
suoꝝ ⁊ ꝺsentiāt mādatis ei⁹· ego ⁊ filij
mei ⁊ frēs mei obediem⁹ legi patrū nō
rū. Propitius sit nobis de⁹: non est no
bis vtile relinquere legē ⁊ iusticias dei.
Nō audiem⁹ ꝟba regis antiochi: nec sa/
crificabim⁹ trāsgrediētes legis nre mā
data: vt eam⁹ altera via. Et vt cessauit
loqui ꝟba hec: accessit quidam iude⁹ in
oīm oculis sacrificare idolis sup arā in
ciuitate modin ꝫm iussum regis. Et vi
dit matathias ⁊ doluit:⁊ ꝺtremuerunt
renes eius. Et accensus est furoꝝ ei⁹ ꝫm
iudiciū legis:⁊ insiliens trucidauit euz
sup aram. Sed ⁊ virū quem rex antio/
chus miserat qui cogebat immolari·oc
cidit in ipso tpe ⁊ aram destruxit:⁊ ęla/
tus est legē sicut fecit phinees ęmbri fi
lio salomi. Et exclamauit matathias vo
ce magna in ciuitate dicens: Omis qui
ęlum habet legis statuens testamētuz
exeat post me. Et fugit ipe ⁊ filij eius in

montes: ⁊ reliquerunt quecunq̄ habe-
bāt in ciuitate. Tūc descenderūt multi
querētes iudiciū ⁊ iusticiam in desertuz
⁊ sederūt ibi ipsi ⁊ filij eius ⁊ mulieres
eoꝝ ⁊ pecora eoꝝ: qm̄ inundauerūt sup̄
eos mala. Et renūciatū est viris regis
⁊ exercitui qui erāt in hierusalē ciuitate
dauid: qm̄ discessissent viri quidam qui
dissipauerūt mandatū regis in loca oc-
culta in d̄serto: ⁊ abissent post illos mul
ti. Et statim p̄rexerūt ad eos: ⁊ ꝯstituerūt
aduersus eos p̄liuz in die sabbatoꝝ. Et
dixerūt ad eos. Resistitis ⁊ nūc adhuc?
Exite ⁊ facite s̄m verbū regis antiochi:
⁊ viuetis. Et dixerūt: Nō exibimus: ne
q̄ faciemus v̄bum regis vt polluamus
diē sabbatoꝝ. Et ꝯcitauerunt aduersus
eos p̄liū. Et nō rn̄derūt eis. nec lapidē
miserunt in eos. nec opilauerūt loca oc
culta. dicentes: Moriamur oēs in sim-
plicitate nostra: ⁊ testes etūt sup̄ nos ce
lum ⁊ terra q̄ iniuste p̄ditis nos. Et in-
tulerunt illis belluz sabbatis: ⁊ mortui
sunt ipsi ⁊ vxores eoꝝ ⁊ filij eoꝝ ⁊ pecora
eoꝝ vsq̄ ad mille aīas hoīm. Et cogno-
uit matathias ⁊ amici eius: ⁊ luctū ha
buerunt sup̄ eos valde. Et dixit vir p̄xi
mo suo: Si oēs fecerim⁹ sicut fratres
nr̄i fecerunt ⁊ non pug̃uerim⁹ adu̇sus
gētes p̄ aīab⁹ nr̄is ⁊ iustificationib⁹ nr̄is
citius disp̄dēt nos a terra. Et cogitaue
rūt in die illa dicētes: Oīs hō quicūq̄
venerit ad nos in bello die sabbatoꝝ. pu
gnemus aduersus eū: ⁊ nō moriem̄ oēs
sicut mortui sunt fratres nr̄i in occult⁹
Tunc ꝯgregata est ad eos synagoga iu-
deoꝝ fortis viribꝫ ex israel: omīs volun-
tarius in lege: ⁊ oēs qui fugiebāt a mal̄
additi sunt ad eos: ⁊ facti sunt illis ad fir
mamentū. Et collegerūt exercitū: ⁊ per-
cusserunt pctōres in ira sua: ⁊ viros ini
quos in indig̃tione sua: ⁊ ceteri fugerūt
ad nationes. vt euaderent. Et circūiuit
matathias ⁊ amici eius ⁊ destruxerunt
aras: ⁊ circūciderunt pueros incircūci-
sos quotq̄t inuenerūt in finib⁹ israel in
fortitudine. Et p̄secuti sunt filios sup̄-
bie: ⁊ p̄speratū est opus in manib⁹ eorū

Et obtinuerunt legem de manib⁹ gen-
tium ⁊ de manib⁹ regū: ⁊ non dederunt
cornu peccatori. Et appropinq̄uerūt di-
es matathie moriēdi: ⁊ dixit filijs suis.
Nunc ꝯfortata est sup̄bia ⁊ castigatio: et
tp̄s euersionis: ⁊ ira indig̃tionis. Nunc
ergo o filij emulatores estote leg̃: ⁊ da-
te aīas vestras p̄ testamēto patrū: ⁊ me
mētote op̄um patrū q̄ fecerūt in gene-
rationib⁹ suis: ⁊ accipiet̃ gloriā magnaz
⁊ nomen eternū. Abraam nonne in tē-
ptatione inuētus est fidelis: ⁊ reputatū
est ei ad iusticiā? Joseph ī tp̄e angustie
sue custodiuit mandatū ⁊ factus est do-
min⁹ egypti. Phinees pater noster çe-
lando çelū dei accepit testamentū sacer
dotij eterni. Jesus duz impleuit v̄buz.
factus est dux in israel. Caleph dū testi-
ficat̃ in ecclesia. accepit hereditatē. Da-
uid in sua misericordia cōsecut⁹ est sedē
regni in secula. Helias dum çelat çelū
legis. receptus est in celū. Ananias ⁊ a-
çarias ⁊ misael credētes liberati sunt de
flāma. Daniel in sua simplicitate libera
tus est de ore leonū. Et ita cogitate per
generationē ⁊ generationē: q̄r oēs qui
sperant in eū non infirmant̃. Et a verb̄
viri peccatoris ne timueritis: q̄r gloria
eius stercus ⁊ vermis est. Hodie extol-
litur ⁊ cras nō inuenie̅t̃ q̄r ꝯuersus est ī
terrā suā: ⁊ cogitatio eius perijt. Vos er
go filij ꝯfortamini ⁊ viriliter agite in le
ge: q̄r cum feceritis q̄ vobis p̄cepta sunt
in lege a dn̄o deo vestro: in ipsi gloriosa
eritis. Et ecce simon frater vester scio q̄
vir cōsilij est: Ip̄m audite semp̄: ⁊ ipse
erit vobis pater. Et iudas machabeus
fortis viribꝫ a iuuētute sua sit vobis p̄n
ceps militie: ⁊ ipse aget bellum populi:
Et adducetis ad vos oēs factores legis
⁊ vindicate vindictaz populi vestri. Re-
tribuite retributionē gentib⁹: ⁊ intēdi-
te in preceptum legis. Et benedixit eos
⁊ appositus est ad patres suos. Et defū-
ctus est anno centesimo quadragesimo
sexto: ⁊ sepultus est a filijs suis in sepul
cris patrum suoꝝ in modin: ⁊ plāxerūt
eum oīs israel planctu magno. III

Machabeorum I

Et surrexit iudas qui vocabatur machabeus filius eius pro eo: et adiuuabant eũ omẽs fratres eius ⁊ vniuersi qui se ꝯiunxerant patri eius: ⁊ preliabant̃ p̃lium israel cum leticia. ⁊ dilatauit gloriã ꝓpl'o suo: ⁊ induit se loricaꝫ sicut gigas ⁊ succinxit se arma bellica sua in p̃lijs: ⁊ ꝓtegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operib⁹ suis: ⁊ sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et ꝑsectus est iniquos ꝑscrutãs eos ⁊ qui cõturbabãt ꝓpl'm suũ eos succendit flãmis: ⁊ repulsi sunt inimici eius p̃ timore ei⁹. Et oẽs oꝑarij iniquitatis ꝯturbati sunt: ⁊ directa est sal⁹ in manu eius. Et exacerbabat reges ml'tos: ⁊ letificabat iacob in oꝑib⁹ suis: ⁊ in seculũ memoria eius in bñdictione. Et perambulabat ciuitates iuda ⁊ perdidit impios ex eis ⁊ auertit iram ab israel. Et nominatus est vsqꝫ ad nouissimum terre ⁊ ꝯgregauit pereuntes. Et congregauit appollonius gẽtes: ⁊ a samaria v̄tutem multam ⁊ magnã ad bellandum contra israel. Et cognouit iudas ⁊ exijt obuiam illi: ⁊ percussit ⁊ occidit illũ ⁊ ceciderunt vulnerati multi ⁊ reliqui fugerunt. ⁊ accepit spolia eoꝝ: Et gladiuꝫ appollonij abstulit iudas ⁊ erat pugnans in eo omĩb⁹ dieb⁹. Et audiuit seron prĩceps exercitus syrie ꝙ congregauit iudas congregationem fideliũ ⁊ ecclesiaꝫ secum. Et ait: Faciam mihi nomẽ ⁊ glorificabor in regno: ⁊ debellabo iudam et eos qui cum ipso sunt: qui spernebant verbum regis. Et p̃ꝑauit se: ⁊ ascenderẽt cum eo castra impioꝝ fortes auxiliarij vt facerent vindictã in filios israel. Et appropinq̃uerunt vsqꝫ bethoron: ⁊ exiuit iudas obuiam illis cum paucis. Ut autem viderũt exercitum venientẽ sibi obuiaꝫ: dixerũt iude: Quomõ poterimus pauci pugnare contra multitudinẽ hãc tantam ⁊ tam fortem? Et nos fatigati sumus ieiunio hodie. Et ait iudas: Facile est concludi multos in manu paucorum: ⁊ non est differentia in cõspectu dei celi liberare ĩ ml'tis ⁊ in paucis. quoniam non in multitudine exercitus victoria belli: sed de celo fortitudo est. Ipsi veniunt ad nos in multitudine contumaci ⁊ suꝑba vt disꝑdant nos ⁊ vxores nostras ⁊ filios nostros: ⁊ vt spoliẽt nos. Nos vero pugnabimus pro aĩab⁹ nostris ⁊ legib⁹ nostris: ⁊ ipse dominus conteret eos ante faciem nostraꝫ. Vos autem ne timueritis eos. Ut cessauit autem loqui insiluit in eos subito: ⁊ cõtritus est seron ⁊ exercitus eius in conspectu ipsius. ⁊ ꝑsecutus est eum in descẽsu bethoron vsqꝫ in campum. Et ceciderunt ex eis octingenti viri: reliqui autẽ fugerũt in terraꝫ philistijm. Et cecidit timor iude ac fratruꝫ eius ⁊ formido super omnes gentes in circũitu eoꝝ: ⁊ peruenit ad regeꝫ nomen eius: ⁊ de prelijs iude narrabãt oẽs gentes. Ut audiuit autem rex antiochus ſmones istos iratus est animo: ⁊ misit ⁊ congregauit exercitum vniuersi regni sui castra fortia valde. Et aperuit erarium suuꝫ: ⁊ dedit stipendia exercitui in annũ: ⁊ mãdauit illis vt essent parati ad omĩa. Et vidit ꝙ defecit pecunia de thesauris suis: ⁊ tributa regionis modica ꝓpter dissensionem ⁊ plagam quã fecit in terra vt tolleret legitima que erant a primis dieb⁹. Et timuit ne non haberet ⁊ semel ⁊ bis insumptus ⁊ donaria que d̃derat ante larga manu: ⁊ abundauerat super reges q̃ ante eum fuerant: Et cõsternatus erat animo valde: ⁊ cogitauit ire in persideꝫ ⁊ accipere tributa regionũ ⁊ cõgregare argentũ multũ. Et reliquit lysiam hominẽ nobilẽ de genere regali suꝑ negocia regia a flumine eufraten vsqꝫ ad flumen egypti: ⁊ vt nutriret antiochũ filium suum donec rediret. Et tradidit ei medium exercitũ ⁊ elephãtos: ⁊ mandauit ei de oĩb⁹ que volebat ⁊ de inhabitãtib⁹ iudeam ⁊ hierusalem: ⁊ vt mitteret ad eos exercitum ad conterẽdam ⁊ extirpandam virtuteꝫ israel: ⁊ reliquias hierusalem: ⁊ auferẽdã memoriã eoꝝ de loco: ⁊ vt cõstitueret habitatores filios alienigenas in oĩb⁹ finib⁹ eorum: ⁊ sorte

distribueret terrā eoꝝ. Et rex assumpsit
partem exercitus residui: ⁊ exiuit ab an-
tiochia ciuitate regni sui anno centesi-
mo ⁊ q̄dragesimoseptimo: ⁊ transfreta-
uit eufraten flumen: ⁊ ꝑambulabat su-
periores regiones. Et elegit lysias pto-
lomeum filiū dorimini ⁊ nicanorem et
gorgiam viros potentes ex amicis regꝫ
⁊ misit cum eis q̄draginta milia virorū
⁊ septem milia equitū: vt venirēt in ter
ram iuda ⁊ disꝑderent eam ꝟm verbuꝫ
regis. Et ꝓcesserūt vt irent cum vniu-
sa virtute sua ⁊ venerūt ⁊ applicuerunt
ammaū in terra campestri. Et audierūt
mercatores regionum nomē eoꝝ: ⁊ ac-
ceperūt argentū ⁊ aurum multum val-
de ⁊ pueros: ⁊ venerūt in castra vt accipe
rent filios israel in seruos: ⁊ additi sunt
ad eos exercitus syrie ⁊ terre alienigena
ruꝫ. Et vidit iudas ⁊ fratres eius: quia
multiplicata sunt mala: ⁊ exercitus ap-
plicabat ad fines eoꝝ: ⁊ cognouerunt ver
ba regis que mandauit populo facere ī
interitum ⁊ ꝯsummationē. Et dixerūt
vnusquisq̄ ad ꝓximū suuꝫ. Erigamus
deiectionē populi nr̄i: ⁊ pugnemus ꝓ po
pulo nr̄o ⁊ sanctis nr̄is. Et ꝯgregatus
est ꝯuentus vt essent ꝑati in preliū: ⁊ vt
orarent ⁊ peterēt misericordiam ⁊ mise
rationes. Et hierusalē nō habitabat̄: sꝫ
erat sicut desertuꝫ. Non erat qui ingre-
deret̄ ⁊ egrederet̄ de natis eius: ⁊ scm̄ cō
culcabatur. Et filij alienigenaꝝ erāt in
arce: ibi erat habitatio gentiū. Et abla-
ta est voluptas a iacob: ⁊ defecit ibi tibia
⁊ cithara. Et cōgregati sunt ⁊ venerunt
in masphat ꝯtra hierl'm qꝛ locꝰ orōnis
erat in masphat ante in israel. Et ieiu-
nauerunt illa die: ⁊ induerunt se cilitijs
⁊ cinerem imposuerūt capiti suo: ⁊ dis-
suerunt vestimenta sua. Et expanderūt
libros legis de quibꝫ scrutabant̄ gentes
similitudinem simulacroꝝ suoꝝ: ⁊ attu
lerunt ornamenta sacerdotalia ⁊ primi
tias ⁊ decimas: ⁊ suscitauerūt naçareos
qui impleuerant dies. Et clamauerūt
voce magna in celum dicentes: Quid
faciemus istis ⁊ quo eos ducemus? Et
sancta tua conculcata sunt ⁊ cōtamina-
ta sunt: ⁊ sacerdotes tui facti sunt in lu-
ctum ⁊ in humilitatem. Et ecce natio-
nes conuenerūt aduersum nos vt nos
disperdant. Tu scis que cogitāt in nos.
Quomō poterimꝰ subsistere ante faciē
eoꝝ: nisi tu deus adiuues nos? Et tub̄
exclamanerunt voce magna. Et post hec
constituit iudas duces ꝑpl'i: tribunos ⁊
centuriones ⁊ pentacōtarchos ⁊ decurio
nes. Et dixit his qui edificabāt domos
⁊ sponsabant vxores ⁊ plātabāt vineas
⁊ formidolosis: vt redirent vnusquisq̄
in domū suā ꝟm legem. Et mouerūt ca
stra: ⁊ collocauerūt ad austrū ammaum
Et ait iudas: Accingimini ⁊ estote filij
potentes: ⁊ estote parati in mane vt pu
gnetis aduersus nationes has q̄ cōue-
nerūt disꝑdere nos ⁊ sancta nostra. qm̄
melius est nos mori in bello: q̄ꝫ videre
mala gentis nostre ⁊ sanctoꝝ. Sicut au
teꝫ fuerit volūtas in celo. sic fiat. IIII

Et assumpsit gorgias quīq̄ mi-
lia virorum ⁊ mille equites ele
ctos. Et mouerūt castra nocte
vt applicarent ad castra iudeoꝝ: ⁊ percu-
terent eos subito. Et filij qui erāt ex ar
ce. erant illis duces. Et audiuit iudas
⁊ surrexit ipse ⁊ potētes ꝑcutere virtutē
exercituum regis: que erant in ammaū
Adhuc enī disꝑsus erat exercitus a ca-
stris. Et venit gorgias in castra iude no
ctu: ⁊ neminē inuenit. Et querebat eos
in mōtibꝫ. qm̄ dixit: fugiunt hi a nobis.
Et cuꝫ dies factus esset. apparuit iudas
in campo cum tribꝫ milibꝫ virorū tantū
qui tegumenta ⁊ gladios nō habebant
Et viderunt castra gentium valida: et
loricatos ⁊ equitatus in circūitu eoꝝ: et
hi docti ad p̄liuꝫ. Et ait iudas viris qui
secum erant. Ne timueritis multitudi-
nem eorum: ⁊ impetum eoꝝ ne formide
tis. Memētote qualiter salui facti sunt
patres nostri in mari rubro: cum seque
retur eos pharao cum exercitu multo.
Et nunc clamemus in celū ⁊ miserebit̄
nostri dominus: ⁊ memor erit testamē-
ti patrum nostrorum: ⁊ conteret exerci

tum istum ante faciem nostram hodie: ⁊ scient omnes gētes quia est deus qui redimat ⁊ liberet israel. Et leuauerunt alienigene oculos suos: ⁊ viderunt eos venientes ex aduerso. Et exierunt de castris in ꝓlium: ⁊ tuba cecinerūt hi q̄ erāt cum iuda. Et congressi sunt: ⁊ contrite sunt gentes ⁊ fugerunt in campum. Nouissimi autem ceciderunt in gladio: ⁊ ꝑsecuti sunt eos vsq; geçeron ⁊ vsq; in cāpos idumee ⁊ açoti ⁊ iamnie: ⁊ cecidert ex illis vsq; ad tria milia virorum. Et reuersus est iudas: ⁊ exercit⁹ eius sequēs eum. Dixitq; ad populū. Non concupiscatis spolia: quia bellum contra nos est ⁊ gorgias ⁊ exercitus eius prope nos in montibus: sed state nunc contra inimicos nostros ⁊ expugnate eos: ⁊ sumetis postea spolia securi. Et adhuc loquente iuda hec: ecce apparuit pars quedam ꝑspiciens de mōte: Et vidit gorgias q̄ in fugam conuersi sunt sui: ⁊ succēsi sunt castra. Fumus enim qui videbatur declarabat quod factum est. Quib⁹ illi cōspectis timuerunt valde: aspicientes simul ⁊ iudam ⁊ exercitum in campo paratum ad ꝓlium. Et fugerūt omnes in campum alienigenarum: ⁊ iudas reuersus est ad spolia castrorum. Et acceperunt aurum multum ⁊ argentum ⁊ hyacinthū ⁊ purpuram marinam ⁊ opes magnas: ⁊ conuersi hymnum canebant: ⁊ benedicebant deum in celum quoniā bonus est: quoniā in seculū misericordia eius. Et facta est salus magna in israel in die illa. Quicunq; autem alienigenarum euaserunt: venerunt ⁊ nūciauerūt lysie vniuersa que acciderant. Quib⁹ ille audit⁊ consternatus animo deficiebat: q̄ non qualia voluit: talia cōtigerunt in israel ⁊ qualia mandauit rex. Et sequenti anno congregauit lysias virorum electorum seraginta milia: ⁊ equitum quinq; milia: vt debellaret eos. Et venerunt in iudeā: ⁊ castra posuerūt in bethorō: ⁊ occurrit illis iudas cum decem milibus viris. Et viderunt exercitum fortem et orauit ⁊ dixit: Benedictus es saluator israel qui contriuisti impetum potentis in manu serui tui dauid: ⁊ tradidisti castra alienigenarum in manu ionathe filij saul ⁊ armigeri eius. Conclude exercitum istum in manu populi tui israel: ⁊ confundatur in exercitu suo ⁊ equitibus. Da illis formidinem: ⁊ tabefac audaciam virtutis eorum: ⁊ commouentur cōtritione sua. Deijce illos gladio diligentiū te ⁊ collaudēt te omēs qui nouerunt nomen tuum in hymnis. Et cōmiserunt ꝓlium: ⁊ ceciderunt de exercitu lysie quinq; milia virorum. Videns autem lysias suorum fugam: ⁊ iudeorum audaciam: ⁊ q̄ parati sunt aut viuere aut mori fortiter: abijt antiochiam ⁊ elegit milites: vt multiplicati rursus venirent in iudeam. Dixit autem iudas ⁊ fratres eius: Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus nūc mundare sancta ⁊ renouare. Et congregatus est omnis exercitus: ⁊ ascenderunt in montem sion. Et viderunt sanctificationem desertam: ⁊ altare ꝓphanatū: ⁊ portas exustas: ⁊ in atrijs virgulta nata sicut in saltu vel in montib⁹: ⁊ pastophoria diruta. Et sciderunt vestimenta sua: ⁊ plāxerūt planctu magno: ⁊ imposuerunt cinerem sup̄ caput suū: ⁊ ceciderūt in faciem super terram: ⁊ exclamauerūt tubis signorum: ⁊ clamauernnt in celum. Tunc ordinauit iudas viros vt pugnarent aduersus eos qui erāt in arce: donec emūdarent sancta. Et elegit sacerdotes sine macula voluntatem habētes in lege dei ⁊ mundauerunt sancta: ⁊ tulerunt lapides contaminationis in locum immūdum. Et cogitauit de altari holocaustorum quod ꝓphanatum erat: quid de eo faceret. Et incidit illi consiliū bonū vt destrueret illud: ne forte illis esset in opprobrium: quia contaminauerunt illud gentes: ⁊ demoliti sunt illud. Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto quoadusq; veniret ꝓpheta ⁊ responderet de eis. Et acceperunt lapides integros ꝟm legem ⁊ edificauerunt altare nouum ꝟm illud quod fuit prius

⁊ edificauerũt sancta ⁊ que intra domũ
erãt intrinsecus ⁊ edem ⁊ atria sanctifi-
cauerũt. Et fecerunt vasa sancta noua:
⁊ intulerũt candelabrũ ⁊ altare incenso
rum ⁊ mensam in templũ. Et incensuꝫ
posuerunt sup̄ altare: ⁊ accẽderunt luc̄-
nas que sup̄ candelabrũ erãt: ⁊ lucebãt
in templo. Et posuerũt sup̄ mensaꝫ pa-
nes: ⁊ appenderũt velamina ⁊ ꝯsumma
uerũt oĩa op̄a que fecerãt. Et ante ma-
tutinũ surrexerũt quĩta ⁊ vicesima die
mẽsis noni. hic est mẽsis casleu centesi-
mi quadragesimioctaui anni: obtulerũt
sacrificiũ ꝑm legem sup̄ altare holocau-
stoꝝ nonũ qđ fecerũt. Scđm tempus
⁊ ꝑm diem in q̄ cõtaminauerũt illud gẽ
tes: ĩ ip̄a renouatũ ẽ in cãticꝫ ⁊ citharis
⁊ cynarꝫ ⁊ cymbalis. Et cecidit oĩs ꝓpl's
in faciẽ: ⁊ adorauerũt ⁊ benedixerunt in
celũ eum qui ꝓsperauit eis. Et fecerũt
dedicationẽ altaris diebꝫ octo: ⁊ obtule
rũt holocausta cũ leticia: ⁊ salutaria lau-
dis. Et ornauerũt faciẽ templi coronis
aureis ⁊ scutulis: ⁊ dedicauerũt portas
⁊ pastophoria: ⁊ imposuerũt eis ianuas.
Et facta est leticia in ꝓpl'o magna valde
et auersum est opprobriũ gentiũ. Et sta
tuit iudas ⁊ fratres eius: ⁊ vniuersa ec-
clesia israel: vt agatur dies dedicationis
altaris in temporibꝫ suis ab anno in an
num p̄ dies octo: a quĩta ⁊ vicesima die
menꝭ casleu cũ leticia ⁊ gaudio. Et edi-
ficauerũt in tempe illo montẽ sion: ⁊ p̄
circũitũ muros altos ⁊ turres firmas:
nequãdo venirẽt gẽtes ⁊ ꝯculcarent eũ
sicut antea fecerunt. Et collocauit illic
exercitum vt ꝭuarent eũ: ⁊ muniuit eũ
ad custodiendũ bethsurã. vt haberet po-
pulus munitionẽ ꝯ faciẽ idumee. V

Et factũ est vt audierũt gentes
in circũitu quia edificatũ est al-
tare ⁊ sanctuariũ sicut prius. ira
te sunt valde: ⁊ cogitabãt tollere genus
iacob. qui erant inter eos: ⁊ ceperũt occi
dere đ ꝓpl'o ⁊ p̄sequi. Et đbellabat iudas
filios esau in idumea ⁊ eos qui erant in
arabathane quia circumsedebant israe
litas: ⁊ percussit eos plaga magua. Et re
cordatus est maliciaꝫ filiorum bean: qui
erant populo in laqueum ⁊ in scandalũ
insidiantes ei in via. Et conclusi sunt
ab eo in turribus: et applicuit ad eos
⁊ anathematiçauit eos: ⁊ incendit tur-
res eorum igni cuꝫ omnibus qui in eis
erant. Et transiuit ad filios ammon et
inuenit manum fortem ⁊ populum co-
piosum: ⁊ timotheũ ducez ipsorum. Et
commisit cum eis p̄lia multa ⁊ contriti
sunt in conspectu eorum ⁊ p̄cussit eos:
⁊ cepit gaçer ciuitatem ⁊ filias eius: ⁊ re
uersus est in iudeam. Et ꝯgregate sunt
gentes que sunt in galaad aduersus is-
raelitas qui erant in finibꝫ eoruꝫ vt tol-
lerent eos ⁊ fugerũt in datheman mu-
nitionem: ⁊ miserunt litteras ad iudaꝫ
⁊ fratres eius. dicẽtes: Congregate sũt
aduersum nos gentes per circũitum vt
nos auferant: ⁊ parant venire ⁊ occupa-
re munitionẽ in quam confugimus: et
timotheus est dux exercitus eoꝝ. Nunc
ergo veni ⁊ eripe nos de manibꝫ eoꝝ: q̄r
cecidit multitudo de nobis. Et omnes
fratres nostri qui erant in locis tubin
interfecti sunt: ⁊ captiuas duxerũt vxo
res eoꝝ ⁊ natos ⁊ spolia ⁊ peremerunt il
lic fere mille viros. Et adhuc epistole
legebant̄. Et ecce alij nũcij venerunt de
galilea concissis tunicis nunciantes ꝑm
verba hec: dicentes conuenisse aduersuꝫ
se. a ptolomaida ⁊ tyro ⁊ sidõe: ⁊ repleta
est omĩs galilea alienigenis vt nos ꝯsu
mant. Ut audiuit aũt iudas ⁊ populus
sermones istos: ꝯuenit ecclesia magna
cogitare quid facerent fratribꝫ suis qui
in tribulatione erant ⁊ expugnabantur
ab eis. Dixitq̄ iudas simoni fratri suo:
Elige tibi viros ⁊ vade ⁊ libera fratres
tuos in galilea: ego autem ⁊ frater meꝰ
ionathas ibimus in galaadithim. Et re
liquit iosephum filium çacharie ⁊ açari
am duces populi cum residuo exercitu
in iudea ad custodiaꝫ: ⁊ precepit illis di-
cẽs: Preestote populo huic: ⁊ nolite bel
lum committere aduersum gentes do-
nec reuertamur. Et dati sunt simoni vi
ri tria milia vt iret in galileam: iude aũt

octo milia in galaadithim. Et abijt si-
mon in galileam: et commisit prelia mlt
ta cum gentibus. Et contrite sunt gen
tes a facie eius et persecut⁹ est eos vsq;
ad portam ptolomaidis. Et ceciderunt
de gentibus fere tria milia virorum et
accepit spolia eorum. Et assumpsit eos
pontificis. Petr⁹ aũt stabat ad ostiũ fo/
ris. Exiuit g discipl's ali⁹ q erat not' pon
tifici: t dixit ostiarie: t introduxit petrum.
Mat·26·g· //Dixit g petro ancilla ostiaria. Nũqd et
Mar·14·g· tu ex discipul' es hoĩs isti⁹. Dicit ille: Nõ
Luce·22·f· sum: Stabãt aũt serui et mĩstri ad pru/
nas· qz frig⁹ erat· t calefaciebãt se. Erat
aũt cũ eis t petrus stans t calefaciẽs se.
D Pontifex ergo interrogauit iesum de di/
Mat·26·f· scipul' suis t de doctrina ei⁹. Rñdit ei ie/
Mar·14·e· sus: Ego palã locut⁹ sum mundo // Ego
Luce·22·f· semp docui i synagoga t in tẽplo q o mĩs
iudei conueniũt· t in occulto locut⁹ sum ni
hil. Quid me interrogas? Interroga eos
q audierũt qd locut⁹ sim ipis: ecce hi sci
Mat·26·g· unt q direrim ego // Hec aũt cum dixisset
Mar·14·g· vnus assistens mistrox dedit alapã iesu
Lu·22·g· dicẽs. Sic rñdes pontifici? Rñdit ei ie/
sus. Si male locut⁹ sum· testimoniũ p/
Mat·26·f· hibe de malo: si aũt bñ· qd me cedis // Et
Mar·14·f· misit eũ annas ligatũ ad caypham pontifi
Lu·22·f· cem. Erat aũt simon petr⁹ stans t calefa
E ciens se. Direrũt ergo ei. Nũqd t tu ex
discipul' ei⁹ es? Negauit ille t dixit. Nõ
sum. Dicit ei vn⁹ ex suis pontificis co/
gnatus ei⁹ cui⁹ abscidit petr⁹ auriculam
Nõne ego te vidi in horto cũ illo? Iterum
ergo negauit petr⁹· t statim gallus cãta/
Mat·27·a uit // Adducũt ergo iesum a caypha in p/
Mar·15·a toriũ. Erat aũt mane et ipi nõ introierũt
Lu·23·a in ptoriũ vt nõ cõtaminarent: sz vt mã/
ducarent pascha. Exiuit g pilatus ad eos
foras· t dixit. Quã accusationẽ affertis
adũsus hoĩem hũc? Rñderũt t direrunt
ei. Si nõ esset hic malefactor: non tibi
tradidissem⁹ eũ. Dixit ergo eis pilatus.
Accipite eũ vos· t sm legẽ vram iudica/
te eũ. Direrũt ergo ei iudei: Nobis non
F licet interficere quenq. Ut smo iesu im
Mat·27·b pleret quẽ dixit: significans q morte essz
Mar·15·a moriturus // Introiuit ergo iterum in ptoriũ
Lu·23·a· pilat⁹· t vocauit iesum· t dixit ei. Tu
es rex iudeox. Rñdit iesus. A temetipso
hoc dicis an alij direrunt tibi de me? Re
spondit pilat⁹. Nũquid ego iud⁹ sum?
Gens tua t pontifices tradiderũt te mi
hi. Quid feciſti? Rñdit iesus. Regnum
meũ nõ est de hoc mũdo. Si ex hoc mun
do esset regnũ meum: ministri mei vtiq
decertarẽt vt nõ traderer iudeis. Nunc
aũt regnũ meũ non est hinc. Dixit itaq
ei pilatus. Ergo rex es tu? Rñdit iesus
Tu dicis: qz rex sum ego. Ego in hoc na
tus sum· t ad hoc veni in mũdũ vt testi
monĩ phibeã veritati. Omnis q est ex ve
ritate· audit vocẽ meã. Dicit ei pilatus.
Quid est veritas? Et cũ hoc dixisset iter
exiuit ad iudeos· t dicit eis. Ego nullam
inuenio in eo causam // Est aũt cõsuetudo
Mat·27·b vobis vt vnũ dimittã vob in pasca. Vul
Mar·15·b· tis ergo dimittam vob regẽ iudeorum.
Mt·27·b·Mr· //Clamauerũt rursum omnes dicentes
15·b·Lu·23·c Non hunc sed barrabam. Erat autem
A barrabas latro. XIX
Mat·27·c t //Tunc g apprehẽdit pilat⁹ iesum
Mar·15·c· t flagellauit. Et milites plecten
tes coronã de spinis imposuerunt capiti
ei⁹· t veste purpurea circũdederũt eum.
Et veniebãt ad eũ t dicebãt. Aue rex iu/
Lu·23·a deox. Et dabãt ei alapas // Exiuit iterum pi/
latus foras· t dicit eis. Ecce adduco vob
eũ foras vt cognoscatis· qz nullã inuenio
Mat·27·c in eo cãm // Exiuit ergo iesus portãs spi/
Mar·15·c neã coronã· t purpureũ vestimẽtũ· et di
Mt·27·c· Mr· cit eis. Ecce hõ // Cũ g vidissent eũ ponti
15·b·Lu·23·c fices t mĩstri clamabãt dicẽtes: Crucifi/
B ge crucifige eũ. Dicit eis pilat⁹. Accipite
Lu·23·a eũ vos t crucifigite // Ego enim nõ inuenio
in eo cãm. Rñderũt ei iudei: Nos legem
habem⁹ t sm legẽ debet mori qz filium dei
Mt·27·b·Mr· se fecit // Cum g audisset pilat⁹ hũc smo/
15·a·Lu·23·a nẽ magis timuit. Et ingressus ẽ ptoriũ
iterum· t dicit ad iesum: Unde es tu? Jesus
autẽ rñsum nõ dedit ei. Dicit g ei pilat⁹.
Mihi nõ loqris? Nescis qz ptatẽ habeo
crucifigere te: et ptatem habeo dimittere
te? Rñdit iesus. Non haberes ptatẽ ad/
uersum me vllam nisi tibi datũ esset de/
super. Propterea qui me tradidit tibi:
maius peccatum habet. Et exinde quere
bat pilatus dimittere eum. Judei autẽ
C clamabant dicẽtes. Si hũc dimittis nõ
Actz·13·b· es amic⁹ cesaris // Omnis enim q se regẽ fa
cit ptradicit cesari: Pilat⁹ aũt cum audis/
set hos sermones· addurit foras iesum· t se
dit p tribunali i loco q dicit lithostratos

Luce.23.c. Mar.15.b.

hebraice autē gabatha. Erat autē parasce/ue pasce hora q̄si sexta. & dicit iudeis. Ec/ce rex vr̄/ Illi autē clamabant. Tolle tol/le crucifige eū. Dicit eis pilat⁹: Regē v̄/strū crucifigā? Rn̄derūt pontifices: Nō habemus regē nisi cesarē. Tūc ergo tra/didit eis illū vt crucifigeret/ Suscepe

Mt.27.d. Mr 15.c. Lu.23.d.

rūt autē iesum & eduxerūt eū. Et baiulās sibi crucē exiuit i eum q̄ dicit caluarie lo cum. hebraice autē golgatha. Vbi crucifi xerūt eū. & cū eo alios duos hinc & hinc: mediū autē iesum/ Scripsit autē & titulū

D

Mar.27.e. Lu. 23.e. Mr.15.d. Mt.27.e. Mr. 15.d. Lu.23.e.

pilatus. & posuit sup crucē/ Erat autē scri ptum. Jesus naçaren⁹ rex iudeor̄. Hūc ergo titulū multi iudeor̄ legerūt: q̄a ppe ciuitatem erat locus vbi crucifixus ē ie/sus. Et erat scriptum hebraice. grece et latine. Dicebant ergo pilato pontifices iudeor̄. Noli scribere rex iudeorū: sed q̄ ipse dixit: rex sum iudeor̄. Rn̄dit pilat⁹.

Mt.27.d. Mr. 15.d. Lu.23.e.

Quod scripsi scripsi/ Milites ergo cū cru/cifixissent eū. acceperūt vestimēta eius. & fecerūt q̄tuor ptes vnicuiq; militi ptē & tunicam. Erat autē tunica incōsutilis desup̄ contexta p totū. Dixerūt g̃ ad inuicē Nō scindam⁹ eam sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleret dicens

E

ps.21.

/Partiti sunt vestimēta mea sibi. & in/vestem meā miserūt sortē. Et milites qui dem hec fecerūt. Stabāt autē iuxta crucē iesu mr̄ ei⁹. & soror mr̄is eius maria cleo phe & maria magdalene. Cū vidisset er/go iesus mr̄em & discipulū stantē quem diligebat dicit mr̄i sue: mlr: ecce fili⁹ tu⁹ Deinde dicit discipło: Ecce mr̄ tua. Et ex illa hora accepit eā discipulus in suaz. Postea sciens iesus q̄ oīa cōsummata sunt. vt cōsummeret scriptura dicit. Si tio. Vas autē erat positus aceto plenum.

Mt.27.f. Mr. 15.f. Lu.23.e.

/Illi g̃ spongiā plenaz aceto hysopo cir/cūponētes obtulerūt ori ei⁹. Cū ergo ac cepisset iesus acetū dixit: Cōsummatus est/ Et inclinato capite tradidit spiritū.

F

Mt.27.f. Mr. 15.f. Lu.23.f.

Judei ergo q̄m parasceue erat vt nō re/manerent in cruce corpa sabbato. Erat enī magn⁹ dies illa sabbati rogauerunt pilatū vt frangerent eor̄ crura & tollerē tur. Venerūt g̃ milites. & primi quidem fregerūt crura & alteri⁹ qui crucifixus est cū eo. Ad iesum autē cū venissent vt vide rūt eū iā mortuū nō fregerūt ei⁹ crura: sed vnus militū lancea lat⁹ ei⁹ aperuit. & ꝓtinuo exiuit sanguis & aqua. Et q̄ vidit testimoniū phibuit. & verū est testimoni um ei⁹: Et ille scit q̄ vera dicit vt & vos credatis/ Facta sunt enī hec vt scriptu/ra impleret. Os nō cōminuet̄ ex eo. Et

Exo.12. Nu/meri.9. G Zach.12. Mt.27.g. Mr. 15.g. Lu.23.g.

itez alia scriptura dicit/ Videbūt i quez trāsfixerūt/ Post hec autē rogauit pilatū ioseph ab arimathia eo q̄ esset discipls iesu. occult⁹ autē ppt̃ metū iudeor̄ vt tol/leret corp⁹ iesu. Et pmisit pilat⁹. Venit ergo & tulit corp⁹ iesu. Venit autē & nico dem⁹ qui venerat ad iesum nocte p̄imū ferēs mixturā myrrhe & aloes q̄si libras centū/ Acceperūt autē corp⁹ iesu & ligaue rūt eū lintheis cū aromatib⁹. sic mos est iudeis sepelire. Erat autē i loco vbi cruci fixus ē. hort⁹. & in horto monumētuz no uū in q̄ nōdū quisq̄ posit⁹ erat. Ibi g̃ p pter parasceuen iudeor̄: quia iuxta erat monumentū posuerūt iesum.

Mt.27.g. Mr. 15.g. Lu.23.g.

XX

A

Una autē sabbati maria magda/lene venit mane cū adhuc tene/bre essent ad monumentū. & vi dit lapidē sublatū a monumēto. Cucur rit ergo & venit ad simonē petrū & ad ali um discipulū quē amabat iesus. et dicit illis: Tulerūt dn̄m de monumēto: et ne scimus vbi posuerūt eū. Exiit g̃ petr⁹ et ille ali⁹ discipulus: & venerūt ad monu/mentū. Currebant autē duo simul. & ille ali⁹ discipls ꝓcucurrit citius petro: & ve/nit p̄im⁹ ad monumētū. Et cū se incli/nasset vidit posita linthamina: nō tn̄ in troiuit. Venit g̃ simon petr⁹ sequēs eū. & introiuit in monumentū. Et vidit lin thamina posita & sudariū q̄d fuerat su/per caput ei⁹ nō cū linthaminib⁹ positū sed separatim inuolutū in vnuz locum. Tunc g̃ introiuit & ille discipls qui vene rat p̄im⁹ ad monumentū. & vidit & credi dit. Nondum enī sciebant scripturaz q̄ oportuit euz a mortuis resurgere. Abie/runt ergo iterū discipuli ad semetipsos

Mt.28.a. Mr. 16.a. Lu.24.a.

B

Maria autē stabat ad monumētū foris

C

plorans. Dū g̃ fleret inclinauit se ⁊ ꝓspe
Actu.i.b. xit in monumētū / Et vidit duos ange-
los in albis sedētes. vnū ad caput. ⁊ vnū
ad pedes: vbi positū erat corp⁹ iesu: Di-
cunt ei illi: Mulier q̄d ploras? Dicit eis
Quia tulerūt dn̄m meū. ⁊ nescio vbi po
suerūt eū. Hec cū dixisset ꝯuersa est retro-
sum. ⁊ vidit iesum stantē: ⁊ nō sciebat q̄
iesus est. Dicit ei iesus: Mulier q̄d plo-
D ras. Quē q̄ris? Illa existimās q̄ horto-
lanus esset: dicit ei. Dn̄e si tu sustulisti
eū dicito mihi vbi posuisti eū: ⁊ ego eū
tollā. Dicit ei iesus: Maria. Cōuersa il-
la dicit ei: Rabboni: q̄d d̄r mgr̄. Dicit ei
iesus: Noli me tāgere. Nōdū enī ascēdi
ad p̄rem meū. Vade aūt ad frēs meos ⁊
dic eis: Ascēdo ad p̄rem meū ⁊ p̄rem ve
E str̄ n̄: deū meū ⁊ deū vr̄m. Venit maria
magdalene annūcians discipulis q̄ vi-
Lu.24.f. di dn̄z: ⁊ hec dixit mihi / Cū ergo sero es-
set die illo vna sabbatorū ⁊ fores essent
clause vbi erāt discipuli cōgregati ꝓpter
metū iudeoꝝ: venit iesus ⁊ stetit ī medio
⁊ dixit eis: Pax vob̄: Et cum hec dixisset
on̄dit eis man⁹ ⁊ latus. Gauisi sunt er-
go discipuli viso dn̄o. Dixit g̃ eis iterū.
pax vobis: Sicut misit me p̄r. ⁊ ego mit
to vos. Hec cū dixisset iusufflauit. et di-
Mat.16.e. et. 18.d. cit eis: Accipite sp̄m̄ sc̄m̄ / Quoꝝ remise-
ritis peccata remittunt̄ eis: ⁊ quoꝝ reti-
F nueritis retēta sunt. Thomas aūt vnus
ex duodecī q̄ dicit̄ didym⁹ nō erat cū eis
q̄n̄ venit iesus. Dixerūt g̃ ei alij discipl̄i:
Vidim⁹ dn̄m. Ille aūt dixit eis: Nisi vi
dero in manib⁹ ei⁹ fixurā clauoꝝ: ⁊ mittā
digitū meū in locū clauoꝝ. ⁊ mittaz ma
nū meā in latus eius. nō credam. Et p⁹
dies octo iteꝝ erant discipuli ei⁹ intus ⁊
G thomas cū eis. Venit iesus ianuis clau
sis. ⁊ stetit in medio: ⁊ dixit eis: Pax vo
bis. Deinde dicit thome. Infer digituz
tuū huc: ⁊ vide manus meas ⁊ affer ma
nū tuā ⁊ mitte in latus meū ⁊ noli eē in
credulus sed fidelis. Rn̄dit thomas ⁊ di
xit: Dn̄s me⁹ ⁊ deus me⁹. Dicit ei iesus
Quia vidisti me thoma credidisti: beati
qui nō viderūt ⁊ crediderūt Multa qui
dem ⁊ alia signa fecit iesus in ꝯspectu di
scipulorū suoꝝ q̄ nō sunt scripta in libro
hoc. Hec autē scripta sunt vt credatis q̄
iesus est filius dei: ⁊ vt credētes vitā ha
beatis in noīe eius.

XXI

A Postea manifestauit se iteꝝ iesus
ad mare tyberiadis. Manifesta-
uit aūt sic. Erant simul simō pe
trus ⁊ thomas qui dicit̄ didymus et na-
thanael q̄ erat a chana galilee: ⁊ filij çebe
dei: ⁊ alij ex discipulis ei⁹ duo. Dicit eis
B simon petrus. Vado piscari. Dicunt ei:
Luc.5.a. Venimus ⁊ nos tecū / Et exierūt ⁊ ascē-
derunt in nauim: ⁊ illa nocte nihil pren-
diderūt. Mane aūt iam facto stetit iesus
in litore: nō tamē cognouerūt discipuli
q̄ iesus est. Dicit g̃ eis iesus: Pueri: nū
quid pulmentariū habetis? Rn̄derūt ei
Non. Dicit eis: Mittite in dexteraz na-
uigij rete ⁊ inuenietis. Miserūt ergo: et
iam nō valebāt illud trahere p̄ multitu
C dine pisciū. Dicit g̃ discipulus ille quez
diligebat iesus petro. Dn̄s est. Simon
petrus cū audisset q̄ dn̄s est. tunica suc-
cinxit se. Erat enī nudus: ⁊ misit se ī ma
re. Alij aūt discipuli nauigio venerunt.
Non enī longe erāt a terra: sed q̄si cubi
Luc.24.f. tis ducētis trahētes rete pisciū / Ut g̃ de
scenderūt in terrā viderunt prunas posi
tas ⁊ piscē suppositū: ⁊ panē. Dicit eis ie
D sus: Afferte de piscib⁹ quos prendidistis
nunc: Ascēdit simon petrus. ⁊ traxit rete
in terrā plenū magnis piscib⁹ centū q̄n-
quagintatrib⁹. Et cuz tanti essent: nō est
Luce.24.f. scissum rete. Dicit eis iesus / Venite prā
dete: Et nemo audebat discūbentiū īter
rogare eū tu quis es. sciētes q̄ dominus
Luce.24.f. est / Et venit iesus ⁊ accepit panez. et da-
bat eis. ⁊ piscem similiter. Hoc iam ter
tio manifestatus est iesus discipulis su-
is cū surrexisset a mortuis. Cū g̃ prandi
dissent. dixit simoni petro iesus: Simō
iohannis diligis me plus his? Dicit ei
E Etiam dn̄e: tu scis q̄ amo te. Dicit ei:
Pasce agnos meos. Dicit ei iterū: Si
mon iohannis diligis me? Ait illi: Etiā
domine tu scis q̄ amo te. Dicit ei iterū
Pasce agnos meos Dicit ei tertio: Si
mon iohannis amas me? Contristatus

est petr⁹: qꝛ dixit ei tertio amas me. ⁊ di-
xit ei: Dñe tu oīa nosti. tu scis qꝛ amo te
F Dicit ei: Pasce oues meas. Amen amē
dico tibi cum esses iunior cingebas te et
ambulabas vbi volebas. Cū aūt senue-
ris. extendes man⁹ tuas. ⁊ alius te cīget
⁊ ducet quo tu nō vis. Hoc aūt dixit si-
gnificans qua morte clarificatur⁹ esset
deū. Et cū hoc dixisset: dicit ei. Sequere
s. iz. e. me. Cōuersus petrus vidit illū discipu
lum quē diligebat iesus sequentē. qui ⁊
recubuit in cena sup̄ pectus eius ⁊ dixit
B Dñe quis est q̄ tradet te? Hūc ergo cuꝫ
vidisset petr⁹. dicit iesu. Dñe. hic aūt q̄d
Dicit ei iesus: Sic eū volo manere do-
nec veniaꝫ. Quid ad te: Tu me sequere.
Exijt ergo sermo iste inter frēs. qꝛ disci
pulus ille nō morit̄. Et nō dixit ei iesus
nō morit̄. sed sic volo euꝫ manere donec
veniam. quid ad te? Hic est discipul⁹ ille
qui testimoniuꝫ p̄hibet de his. ⁊ scripsit
hec. Et scimus qꝛ verū est testimoniū ei⁹
Sunt aūt ⁊ alia multa q̄ fecit iesus que
si scribantur p̄ singula nec ip̄m arbitror
mundum capere posse eos qui scribendi
sunt libros.

Explicit euangeliū s̄m Johannē.
Incipit p̄fatio sancti Hieronymi
in oēs epistolas sancti Pauli.

PRimū querit̄. quare p⁹
euāgelia q̄ supplemētū
legis sunt ⁊ in q̄bꝫ nob̄
exempla ⁊ p̄cepta viuen
di pleīssime digesta sūt:
voluerit apl's has epl'as
ad singulas ecclesias destinare. Hac au-
tem causa factū videt̄ vt scꝫ initia nascē
tis ecclesie nouis causis existētibꝫ preue
niret ⁊ vt p̄ñtia atq̄ oriētia resecaret vi-
tia. ⁊ post futuras excluderet questiones
exēplo p̄phetaꝝ qui post editā legē moy-
si in q̄ oīa dei mandata legebant̄. nihilo-
min⁹ tñ doctrina sua rediuiua semp̄ po-
puli cōpressere peccata. et p̄pter exemplū
viuendi libros ad nr̄am etiaꝫ memoriaꝫ
trāsmiserūt. Deinde q̄rit̄: Cur nō āpli⁹
q̄ꝫ decē epl'as ad eccl'ias scripserit? Decē
sūt enī cū ea que d̄r ad hebreos. Nā reliq̄
quattuor ad discipl'os specialiter sūt por
recte. Ut oñderet nouū nō discrepare a
veteri testamēto. ⁊ se ꝯtra legē nō facere
moysi ad numerū primoꝝ decalogi mā-
datorū suas epl'as destinauit. ⁊ q̄t ille p̄-
ceptis a pharaōe instituit liberatos. tot
idem hic epl'is a diaboli et idolatrie s̄ui-
tute edocet acq̄sitos. Nam ⁊ duas tabu
las lapideas duoꝝ testamētoꝝ figuram
habuisse viri eruditissimi tradiderunt.
Epl'am sane q̄ ad hebreos scribit̄ quidaꝫ
pauli nō esse ꝯtendūt. eo q̄ nō sit ei⁹ no
mine titulata. ⁊ p̄pter s̄mōis stiliq̄ distā
tiam. sed aut barnabe iuxta tertullianuꝫ
aut luce iuxta quosdā. vel certe clemētis
discipuli apl'oꝝ ⁊ ep̄i rhomane eccl'ie post
apl'os ordinati. Quibꝫ rñdendū est. si p̄
pterea pauli nō erit. qꝛ ei⁹ non habet no
men. g̊ nec alicui⁹ erit: qꝛ nulli⁹ noīe titu
latur. Q̄d si incōueniens absurdūq̄ est
ipsius magis esse credēda est q̄ tanto do
ctrine sue fulget eloquio. Sꝫ q̄m apud
hebreoꝝ eccl'ias q̄si destructor legis falsa
suspitione habebat̄. voluit tacito nomīe
de figuris legis et veritate christi redde-
re rationē. ne odiū noīs in fronte p̄titu
lati vtilitatē excluderet lectiōis. Non est
sane mirū si eloquentior videat̄ in p̄prio
id est hebreo q̄ꝫ in p̄egrino. i. ī greco q̄ ce
tere epl'e sunt scripte s̄mone. Mouet eti
am quosdā q̄re rhomanoꝝ epl'a ī primo
sit posita: cū eā nō primo scriptaꝫ rō ma-
nifestet? Nā hanc se p̄ficiscentē hieroso-
lymā scripsisse testat̄ cū corinthios et a-
lios iā ante vt ministeriū q̄d secū porta
turus erat colligerēt. lr̄is adhortatus sit
Vñ ⁊ intelligi quidā volūt ita oēs epl'as
ordinatas: vt prima poneret̄: q̄ꝫuis poste
rior fuit destinata vt p̄ singl'as epl'as gra
dibꝫ ad p̄fectiora veniret̄. Rhomanoruꝫ
nanq̄ pleriq̄ tam rudes erāt vt non in
telligerent dei se gr̄a ⁊ nō suis meritꝫ eē
saluatos. ⁊ ob hoc duo inter se p̄pl'i cōfli-
ctarent. Idciro illos indigere asserit cor
rigi: vitia gētilitatis priora cōmemorās
Corinthijs aūt iam dicit sciētie gratiaꝫ

esse concessam. ⁊ nō tam oēs increpat q̄ꝫ
cur peccātes nō increpauerūt. rep̄hēdit
sicut ait: Audit̄ inter vos fornicatio. Et
iterū: Cōgregatis vob̄ cuꝫ meo spū. tra-
dere hmōi sathane. In secūda vero lau-
dant̄. ⁊ vt magis ac mag̃ ꝓficiant cōmo
nent̄. Galathe vero iā nulli⁹ criminis ar
guūtur. nisi hoc tm̄ q̄ callidissimis pseu
do apl̄is crediderūt. Ephesij sane nulla
rep̄hensione. sed multa laude sūt digni.
qꝛ fidē apl̄icam seruauerūt. Philippen-
ses etiā multo mag̃ collaudant̄ qui nec
audire q̄dē falsos apl̄os voluerūt. Thes-
salonicēses nihilomin⁹ in duabꝫ epistol̄
oī laude ꝓsequit̄: eo q̄ nō solū fidē incō-
cussam seruauerīt veritat̃: sed etiā in ꝑ-
secutiōe ciuiū fuerīt ꝯstātes inuenti. Co
lossenses aūt tales erāt vt cū ab apl̄o vi
si corꝑaliter nō fuissent hac laude digni
haberent̄. Et si corꝑe inquit absens suꝫ:
sed spū vobiscū sum gaudēs ⁊ videns or
dinē vr̄m. De hebreis vero q̄d dicenduꝫ
est: quoꝝ thessalonicēses q̄ plurimū lau-
dati sunt imitatores facti esse dicuntur
Sic̄ ip̄e ait: Et vos frēs imitatores fa-
cti estis eccl̄iaꝝ dei q̄ sunt ī iudea. Eadeꝫ
enī passi est̃ ⁊ vos a ꝯtribulibꝫ vr̄is: q̄ et
illi a iudeis. Apud ip̄os q̄ꝫ hebreos eadē
cōmemorat dicēs: Naꝫ ⁊ vinctis cōpassi
estis ⁊ rapinā bonoꝝ vr̄oꝝ cuꝫ gaudio su
scepistis cognoscētes vos hr̄e meliorēꝫ ⁊
manentē substantiā.

Incipit prologus specialis in epi-
stolam ad Rhomanos.

Rhomani sunt q̄ ex iudeis
⁊ gentibꝫ crediderunt. Hi
suꝑba: cōtentiōe volebant
se alterutꝝ suꝑponere. Nā
iudei dicebāt: Nos sumus
populus dei q̄s ab initio dilexit et fouit:
nos circūcisi ex genere abraam sancta de
scendim⁹ ex stirpe ⁊ not⁹ retro apud iu-
deam tm̄ de⁹. Nos de egypto signis dei ⁊
virtutibꝫ liberati. mare sicco ꝑtrāsiuim⁹
pede: cū inimicos nr̄os grauissimi fluct⁹
inuoluerēt: Nobis pluit māna dn̄s ī de-
serto. ⁊ q̄si filijs suis celeste pabulū mini
strauit. Nos die noctuq̄ꝫ in colūna nub̄
ignisq̄ꝫ p̄cessit. vt nob̄ in inuio iter osten
deret. Atq̄ꝫ vt cetera ei⁹ circa nos immē-
sa bn̄ficia taceam⁹ nos soli digni fuim⁹
dei legē accipe. ⁊ vocē dei loquētis audi-
re eiusq̄ꝫ cognoscere volūtatē. In q̄ lege
nobis ꝓmissus est christus: ad q̄s etiam
ip̄e se venisse testat⁹ est dicēs: nō veni ni
si ad oues q̄ ꝑierāt dom⁹ israel. cū vos ca
nes poti⁹ q̄ꝫ hoīes appellauerit. Equum
ne g̃ est vt idola hodie deserētes quibus
ab initio deseruistis nob̄ cōparemini. et
nō poti⁹ in ꝓselitoꝝ locū ex legis autori-
tate ⁊ consuetudine deputemini? Et hoc
ip̄m nō merebamini. nisi qꝛ larga sꝑ dei
clemētia voluit vos ad nr̄am imitatiōeꝫ
admittere. Gentes etiā ecōtrario respō
debant. Quāto enī maiora erga vos dei
bn̄ficia narraueritis. tanto maioris vos
criminis reos esse mōstrabitis. Semꝑ
enī his oībus extitistis ingrati. Nā ip̄is
pedibꝫ q̄bꝫ ariduꝫ mare trāsist̃. ludebat̃
an̄ idola q̄ fecistis. ⁊ ip̄o ore q̄ paulo ante
ob necē adūsarioꝝ dn̄o cantaueratis: si-
mulacra vob̄ fieri poposcistis. illis oculis
quibꝫ venerādo deū in nube vel igne con
spicere solebat̃: simulacra intuebamini
Māna quoq̄ꝫ vob̄ fastidio fuit. ⁊ semper
in deserto ꝯ dn̄m murmurastis ad egy-
ptum vn̄ vos manuvalida eiecerat redi
re cupientes. Quid plura? Ita p̄res vr̄i
crebra ꝓuocatōe dn̄m irritauerūt vt oēs
in heremo morerent̄: nec plus ex seniori
bus eoꝝ q̄ꝫ duo hoīes terrā repromissio
nis intrarēt. Sed q̄d antiq̄ replicamus
cū etiā si illa mīme fecissetis de h̄ solo ne
mo vos dignos venia iudicaret q̄ dn̄m
christū ꝓphetaꝝ semꝑ vobis vocibꝫ repro
missum nō solū suscipe noluistis: sꝫ etiā
morte pessima ꝑemistis? Quem vt nos
cognouim⁹ statim credidim⁹. cū nob̄ de
eo antea nō fuerit p̄dicatū. Vn̄ ꝓbatur
q̄ idolis seruiuim⁹: nō obstinatiōi men
tis: sed ignorātie deputanduꝫ. Qui enī
cognitū ilico sequimur: olim vtiq̄ꝫ seq̄-
remur si antea cognouissem⁹. Sic autē
vos de generis nobilitate iactatis q̄si nō
morū imitatio magis q̄ꝫ carnalis natiui
tas filios vos faciat esse sctōruꝫ. Deniq̄ꝫ

esau ⁊ hismael cũ de stirpe sint abrae mi-
nime tñ in filijs reputant̃. Hiſtaliter al
tricantib⁹ apl̃s se mediũ interponẽs ita
partiũ dirimit q̃stiones vt neutrũ eorũ
sua iusticia salutẽ meruisse ꝯfirmet: am-
bos vero ꝓpl̃os ⁊ sciẽter ⁊ g̃uiter deliquis
se. Iudeos quidẽ ꝙ ꝑ ꝑuaricationẽ legꝫ
deũ inhonorauerint: gentes vero ꝙ cum
cognitũ de creatura creatorẽ vt deũ debu
erint venerari. gl̃am eius in manu facta
mutauerint simulacra. Utrosq; etiaꝫ si-
militer veniam ꝯsecutos: eq̃les esse veris
sima ratione demonstrat. ꝑsertim cuꝫ in
eadẽ lege ꝑdictũ sit ⁊ iudeos ⁊ gẽtes ad
christi fidẽ vocãdos esse oñdat. Quãob
rem vicissim eos humilians ad pacez et
ꝯcordiã cohortat̃.

Explicit prologus. Incipit argumentũ

Rhomani sunt ꝑtis italie. Hi
ꝑuẽti sunt a falsis apl̃is. ⁊ sub
noĩe dñi nr̃i iesu christi ĩ legẽ
⁊ ꝓphetas erãt inducti. Hos
reuocat apl̃s ad verã ⁊ euãgelicã fidem:
scribens eis a corintho.

Explicit argumentũ. Incipit epl̃a beati
Pauli apl̃i ad Rhomanos. Capi. I

A Paulus ser-
uus iesu christi voca
tus apl̃s segregatus
in euangeliuꝫ dei q̃d
ante ꝓmiserat ꝑ ꝓphe
tas suos in scripturꝫ
sanctis de filio suo q̃
factus est ei ex semine dauid ſm carneꝫ.
qui ꝑdestinat⁹ ẽ filius dei in virtute ſm
spm̃ scĩficatiõis ex resurrectiũe mortuo-
rũ iesu christi dñi nr̃i ꝑ queꝫ accepimus
grãm ⁊ apl̃atũ ad obediendũ fidei ĩ oĩb⁹
gentib⁹ ꝓ noĩe ei⁹ in q̃b⁹ estis ⁊ vos voca
ti iesu christi. oĩb⁹ q̃ sunt rhome dilectis
dei vocatis scĩs. Gr̃a vob̃ ⁊ pax a deo pa-
tre ⁊ dño nr̃o iesu christo. Primũ q̃deꝫ
grãs ago deo meo ꝑ iesum christũ ꝓ oĩ-
bus vob̃: qꝛ fides vr̃a annũciat̃ in vniu-
2. Timot. i. a. so mũdo. Testis enĩ mihi ẽ de⁹ cui ſuio
in spiritu meo in euangelio filij ei⁹. ꝙ si-
ne intermissione memoriã vr̃i facio sem
per in orõib⁹ meis. obsecrans si q̃ modo
tandẽ aliqñ prosperꝫ iter habeã in volun
tate dei veniẽdi ad vos. Desidero enĩ vi B
dere vos vt aliq̃d impartiar vob̃ gr̃e spi
rital̃ ad ꝯfirmãdos vos. id est sil̃ ꝯsolari
in vob̃ ꝑ eã q̃ inuicẽ est fidẽ vr̃am atꝫ me
am. Nolo aũt vos ignorare fr̃es: qꝛ sepe
ꝓposui venire ad vos. ⁊ ꝓhibit⁹ sum vs-
q; adhuc. vt aliquẽ fructũ habeã in vob̃
sicut ⁊ in ceteris gẽtib⁹. Grecis ac barba
ris. sapiẽtib⁹ ⁊ insipiẽtib⁹ debitor suꝫ: ita
q; q̃d in me promptũ ẽ ⁊ vob̃ q̃ rome e-
stis euãgeliçare. Nõ enĩ erubesco euãge
liũ. Virt⁹ enĩ dei ẽ in salutẽ oĩ credenti:
iudeo primũ ⁊ greco. Iusticia eĩ dei ĩ eo
reuelat̃ ex fide ĩ fideꝫ: sic̃ scriptũ ẽ. Iust⁹ Abachuc. 2.
aũt ex fide viuit. Reuelat̃ enĩ ira dei d̃ ce Hebre. 10. d
lo sup oẽm impietatẽ ⁊ iniusticiã hoĩum
eoꝝ q̃ veritatẽ dei in iniusticia detinẽt: qꝛ
q̃d notũ est dei. manifestũ ẽ in illis. De⁹
enĩ illis manifestauit. Inuisibilia eĩ ĩpi- C
us a creatura mũdi ꝑ ea q̃ facta sunt ĩtel
lecta ꝯspiciunĩ: sempiterna q̃ꝫ ei⁹ virtus
⁊ diuĩtas: ita vt sint ĩexcusabiles. Quia
cũ ꝯgnouissent deũ non sic̃ deũ glorifica-
uerũt aut grãs egerũt: sꝫ euanuerũt ĩ co
gitatiõib⁹ suis. ⁊ obscuratũ est insipiens
cor eoꝝ. Dicẽtes enĩ se esse sapiẽtes. stul i. Cor. 3. d.
ti facti sunt. Et mutauerũt gl̃am ĩcorru Ephe. 4. c.
ptibilis dei in sil̃itudinẽ imaginis corru
ptibilis hoĩs. ⁊ volucrũ ⁊ q̃drupedum ⁊
serpentiũ. Propter q̃d tradidit illos de⁹
in desideria cordis eoꝝ in immũdiciã. vt
cõtumelijs afficiant corpa sua in semet-
ipsis. Quia cõmutauerũt veritateꝫ dei ĩ
mendaciũ. ⁊ coluerũt ⁊ seruierũt creatu-
re poti⁹ q̃ꝫ creatori. qui ẽ bñdict⁹ ĩ secula
amen. Propterea tradidit illos deus in D
passiones ignominie. Nã femine eoꝝ im
mutauerũt naturalẽ vsum in eũ vsum
qui ẽ ꝯtra naturã. Similiter aũt et ma
sculi relicto naturali vsu femĩe. exarsert
in desiderijs suis in inuicẽ: masculi ĩ ma
sculos turpitudinẽ opantes. ⁊ mercedẽ
quã oportuit erroris sui in semetipis re
cipientes. Et sicut nõ ꝓbauerũt deum

habere in noticia·tradidit illos de⁹ in re
probū sensum vt faciāt ea q̄ nō ꝯueniūt
repletos oī iniquitate·malicia·fornicati
one·auaritia·nequitia· plenos inuidia·
homicidijs·ꝯtentiōe·dolo· malignitate·
susurrones·detractores·deo odibiles·cō
tumeliosos·suꝑbos·elatos·īuētores ma
lorū·ꝑntib⁹ nō obediētes·insipientes in
cōpositos·sine affectione·absq̄ federe·si
ne misericordia. Qui cū iusticiam dei co
gnouissent·nō intellexerūt: qm̄ q̄ talia a
gūt·digni sunt morte:nō solū qui ea fa
ciunt:sꝫ etiā qui ꝯsentiūt faciētib⁹. II

A Propter qd̄ inexcusabil' es o hō
oīs qui iudicas. In q̄ enī alteꝝ
iudicas teip̄m ꝯdēnas. Eadem
enī agis q̄ iudicas. Scim⁹ enī qm̄ iudi
cium dei ē ꝑm veritatē in eos qui talia a
gūt. Existimas aūt hoc o hō qui iudicas
eos q̄ talia agunt ⁊ fac' ea·qꝛ tu effugies
iudiciū dei? An diuitias bōitatis eius ⁊
patientie ⁊ lōganimitat' ꝯtēnis? Igno
ras qm̄ benignitas dei ad pn̄iaꝫ te addu
B cit? Scd̄m aūt duritiā tuā ⁊ impenitēs
cor thesauriças tibi irā in die ire ⁊ reuela
tionis iusti iudicij dei q̄ reddit vnicuiq̄
ꝑm opa ei⁹. His quidē qui ꝑm patiētiaꝫ
boni opis gl'am ⁊ honorē ⁊ incorruptio
nē q̄rentib⁹ vitā eternā. His aūt q̄ sunt
ex ꝯtentiōe ⁊ q̄ nō acquiescūt veritati cre
dūt aūt iniq̄tati:ira ⁊ indignatio· tribu
latio ⁊ angustia in oēm aīam hoīs opan
tis malū:iudei primū ⁊ greci. Gl'ia aūt ⁊
bonor ⁊ pax oī opāti bonū:iudeo primuꝫ
i·Pe·i·c· Col· ⁊ greco. Nō enī est acceptio ꝑsonaruꝫ a
3·d·Ephe·6·b pud deū. Quicūq̄ enī sine lege peccaue
Ac·10·c· Ja·2·b rūt sine lege ꝑibūt. Et quicūq̄ ī lege pec
Mat·7·g· cauerūt ꝑ legē iudicabunt'. Nō enī audi
Ja·i·d· tores legis iusti sunt apud deū· sꝫ facto
C res legis iustificabunt'. Cū enī gentes q̄
legē nō hn̄t naturalit' ea q̄ leg' sunt faci
unt·eiusmōi legē nō hn̄tes ip̄i sibi sunt
lex:qui on̄dūt op⁹ leg' scriptū in cordib⁹
suis testimoniū reddēte illis ꝯscīa ip̄oꝝ
⁊ int' se inuicē cogitationū accusantium
aut etiā defendentiū:in die cū iudicabit
de⁹ occulta hoīm ꝑm euāgeliū meū ꝑ ie
sum christū. Si aūt tu iude⁹ ꝯgnoīaris
⁊ requiescis ī lege·⁊ gl'aris in deo ⁊ nosti
volūtatē ei⁹·et ꝓbas vtiliora instruct⁹ ꝑ
legē:ꝯfidis teip̄m esse ducez cecoꝝ:lumē
eoꝝ qui in tenebr' sunt·eruditorē insipi
entiū·mgr̄m infantiū:hn̄tez formā scīe
⁊ veritat' ī lege. Qui g̃ aliū doces teip̄m
nō doces. Qui p̄dicas nō furandū fura D
ris. Qui dicis nō mechandū mecharis
Qui abomīaris idola: sacrilegium facis
Qui ī lege gl'aris· ꝑ p̄uaricatiōem legis
deū inhonoras. Nomē enī dei ꝑvos blas
phematur int' gētes:sic scriptū ē: Circū
cisio quidē ꝓdest si legē obserues: si aūt
p̄uaricator legis sis·circūcisio tua p̄puti
um facta ē. Si igit' preputiū iusticias le
gis custodiat·nōne p̄putiū illi⁹ in circū
cisionē reputabit'? Et iudicabit id qd̄ ex
natura ē p̄putiū legē ꝯsumās te·qui per
lr̄am ⁊ circūcisionē p̄uaricator legis es.
Nō enī qui ī maīfesto iude⁹ est neq̄ que
in maīfesto ī carne ē circūcisio: sed qui ī
abscondito iude⁹ est· ⁊ circūcisio cordis
in spiritu nō lr̄a:cuius laus nō ex hoībus
sed ex deo est. III

Q Uid g̃ ampli⁹ iudeo ē:aut q̄ vti A
litas circūcisionis? Multum ꝑ
oēm modū. Primū quidē:quia credita
sunt illis eloquia dei. Quid enī si quidā
illoꝝ nō crediderūt? Nunq̄d īcredulitas
illoꝝ fidē dei euacuauit? Absit. Est autē Jo·4·d·et·8·c·
deus verax. oīs aūt hō mēdax·sicut scri ps·115·
ptū est. vt iustificeris ī sermōib⁹ tuis et ps·50·
vincas cū iudicaris. Si aūt iniq̄tas no
stra iusticiā dei cōmendat:q̄d dicemus?
Nunq̄d iniquus est deus q̄ infert iram? B
Scd̄m hoīez dico. Absit. Alioquin quō
iudicabit de⁹ hūc mūdū? Si enī veritas
dei in meo mēdacio abūdauit ī gloriam
ipsius:q̄d adhuc ⁊ ego tanq̄ peccator iu
dicor·⁊ nō sicut blasphemamur· et sicut
aiunt q̄dam nos dicere:faciam⁹ mala vt
veniant bona? Quorū dānatio iusta est.
Quid ergo? Precellim⁹ eos? Nequaq̄
Causati enī sumus iudeos ⁊ grecos oēs
sub peccato esse:sicut scriptuꝫ est. Quia ps·13·
nō est iustus quisq̄:nō est intelligēs:nō
est requirēs deū. Om̄es declinauerunt
simul·inutiles facti sunt: nō est q̄ faciat

tonũ:nõ est vsq; ad vnũ. Sepulcrũ pa/
tens ẽ guttur eor:linguis suis dolose a/
gebãt:venenũ aspidũ sub labijs eorum.
Quor os maledictiõe ⁊ amaritudie ple
nũ ẽ:veloces pedes eor ad effundendu3
sanguinẽ. Cõtritio ⁊ infelicitas i vijs eor
⁊ viã pacis nõ cognouerũt: nõ ẽ timor dei
ante oculos eor. Scimus aũt quia quãcũq;
lex loquit·his q̃ i lege sũt loquit. Ut oẽ
os obstruat ⁊ subdit⁹ fiat omis mũd⁹ deo
quia ex opibꝫ legis nõ iustificabit omis caro
coram illo. Per legem enĩ cognitio peccati
Nũc aũt sine lege iustitia dei manifestata
est·testificata a lege ⁊ prophetis. Justitia au
tẽ dei p fidẽ iesu christi:in oẽs ⁊ sup omẽs q̃
credũt in eũ. Nõ enĩ est distinctio: Oẽs
enĩ peccauerũt·⁊ egẽt gl'a dei. Justificati
gr̃is p grãm ipsi⁹ p redẽptionem q̃ est in
in christo iesu·quẽ proposuit de⁹ propiciatorẽ
p fidẽ in sanguine ipsius ad ostensionẽ iusti
cie sue propt remissiõem precedẽtiũ delictorũ
in sustentione dei ad ostensionem iusti
cie ei⁹ in hõ tpe·vt sit ipse iustus ⁊ iustifi
cans eũ qui ex fide ẽ iesu christi. Ubi ẽ g
gloriatio tua: Exclusa ẽ. Per quã legem.
Factor. Nõ. Dz p legem fidei. Arbitramr
enĩ iustificari hoiem p fidẽ sine opibꝫ le/
gis. An iudeor de⁹ tm̃: Nõne ⁊ gentium:
Imo ⁊ gentiũ. Quãquidẽ vn⁹ est deus
q̃ iustificat circũcisionẽ ex fide·⁊ prputiũ
p fidẽ. Legem g destruim⁹ p fidem: Absit.
Sed legem statuim⁹. IIII

Quid g dicem⁹ inuenisse abraam
patrem nr̃m secm̃ carnẽ: Si enĩ a/
braam ex opibꝫ legis iustificat⁹ ẽ:hz gl'am
sz nõ apud deũ. Quid enĩ dicit scriptura
Credidit abraã deo ⁊ reputatũ ẽ illi ad
iusticiã. Ei aũt q̃ opat merces nõ impu/
tat secm̃ gr̃am·sz secm̃ debitũ. Ei vero q̃ nõ
opat·credẽti aũt in eũ q̃ iustificat impiũ
reputat fides ei⁹ ad iusticiã secm̃ proposituz
gr̃e dei:sic ⁊ dauid dicit btitudinẽ hois
cui de⁹ accepto fert iusticiã sine opibus.
Beati quor remisse sunt iniq̃tates·⁊ q̃
rũ tecta sunt pcta. Btus vir cui non im
putabit dns pctm̃. Btitudo g hec i circũ
cisione tm̃ manet:an etiaz in prepucio?
Dicim⁹ enĩ·qr reputata ẽ fides abrae ad
iusticiã. Quõ g reputata ẽ? In circũcisi/
one:an in prputio? Nõ in circũcisione·sz
in prepucio. Et signũ accepit circũcisio/
nis signaculũ iusticie fidei q̃ ẽ in prputio
vt sit pr̃ oim credentiũ p prputiũ·vt re/
putet ⁊ illis ad iusticiã. Et sic pr̃ circũci/
sionis:nõ his tm̃ q̃ sunt ex circũcisione:
sed ⁊ his q̃ sectant vestigia fidei q̃ ẽ in pr̃
putio pr̃is nr̃i abrae. Nõ enĩ p legem pro/
missio abrae aut semini ei⁹ vt hres esset
mũdi:sz p iusticiã fidei. Si enĩ q̃ ex lege
hredes sunt: exinanita ẽ fides· abolita ẽ
promissio. Lex enĩ iraz operat. Ubi enĩ nõ ẽ lex
nec puaricatio. Iõ ex fide:vt secm̃ gr̃az firr
ma sit promissio oi semini. Nõ ei q̃ ex lege
est solũ·sz ⁊ ei q̃ ex fide ẽ abrae qui pr̃ est
oim nr̃m·sic scriptũ est / Quia pr̃em mul Gen·17·
tar gentiũ posui te añ deũ cui credidisti:
qui viuificat mortuos ⁊ vocat ea q̃ non
sunt:tanq; ea q̃ sunt. Qui cõ spem i spem
credidit·vt fieret pr̃ multar gentiũ:secm̃
qd dictũ ẽ ei / Sic erit semẽ tuũ sic stelle Gen·15·et 26·
celi ⁊ arena maris. Et nõ infirmat⁹ est i
fide nec consideravit corp⁹ suũ emortuuz·
cũ iam fere cẽtũ esset annor·⁊ emortuã
vuluã sare. In repromissiõe etiã dei nõ
hesitavit diffidẽtia:sz corroborat⁹ ẽ fide:dãs
gl'am deo plenissime sciẽs qr̃ quãcũq; pmi
sit de⁹ potẽs est ⁊ facere. Iõ ⁊ reputatuz
est illi ad iusticiã. Nõ est aũt scriptuz tm̃
propter ipm̃:qr̃ reputatũ ẽ illi ad iusticiam
sed ⁊ propter nos q̃bꝫ reputabit credẽtibꝫ
in eũ: q̃ suscitavit iesuz christũ dñz nr̃m
a mortuis:qui traditus ẽ propter delicta no/
stra·⁊ resurrexit propt iustificatiõez nr̃am.

Justificati g ex fide pacem V
habeam⁹ ad deũ p dñm nr̃m ie/
sum christũ p quẽ habemus ac/
cessum p fidẽ in grãm istã·in q̃ stamus ⁊
gloriamur in spe gl'ie filior dei. Nõ soluz
aũt·sz ⁊ gloriam̃ in tribulatiõibꝫ: sciẽtes
qr̃ tribulatio patiẽtiã operat / patiẽtia aũt Jaco·1·4·
probationẽ: probatio vero spez. Spes autẽ
nõ confundit·qr̃ charitas dei diffusa ẽ i cor
dibꝫ nr̃is·p spiritũ sctm̃ q̃ datus est nobis
Ut quid enĩ christus cũ adhuc infirmi
essemus secm̃ tps p impijs mortuus est:
Vix enĩ p iusto q̃s moritur. Naz pro bono

B Hebre.9.d. i.Pet.3.d.

forsitan qs audeat mori. Cõmendat aũt charitatẽ suã de⁹ in nob⁹ qm̃ si cũ adhuc pctõres essem⁹ scm tps christus p nobis mortuus ẽ: multo igit magis nũc iusti⁹ ficati in sanguĩe ipi⁹ salui erim⁹ ab ira p ipm. Si enĩ cũ inimici essem⁹ reconcili ati sum⁹ deo p mortẽ filij ei⁹. multo magis reconciliati salui erim⁹ in vita ipsius Nõ solũ aũt sz gloriamur in deo p dñz nr̃m iesum christũ: p quẽ nũc reconciliationẽ accepim⁹. Propterea sicut p vnũ hoiem peccatũ in hũc mũdũ intrauit. et p peccatũ mors. ita in oẽs hoies mors ptransijt. in q̃ oẽs peccauerunt. Usqz ad legẽ enĩ peccatũ erat ĩ mũdo. Peccatuz aũt nõ imputabat: cũ lex nõ eẽt: sz regnauit mors ab adã vsqz ad moysen etiaz in eos qui nõ peccauerũt in silitudinẽ p̃uaricatiõis ade: qui ẽ forma futuri. Sz nõ sicut delictũ: ita z donũ. Si enĩ vni⁹ delicto multi mortui sunt: multo magis gr̃a dei z donũ in gr̃a vni⁹ hois iesu christi. in plures abũdauit. Et nõ sic p vnuz peccatũ: ita z donũ. Nã iudiciũ quidez ex vno in cõdẽnationẽ. gr̃a aũt ex multis delictis in iustificationẽ. Si enĩ vni⁹ delicto mors regnauit p vnũ: multomagis abundantiã gr̃e z donatiõis z iusticie accipientes in vita regnabũt p vnũ iesuz christum. Igit sicut p vni⁹ delictũ ĩ oẽs hoies in cõdẽnationẽ. sic z p vni⁹ iusticiã in oẽs hoies in iustificationez vite. Sic enĩ p inobedientiã vni⁹ hois peccatores cõstituti sunt multi: ita z p vni⁹ obeditionẽ iusti cõstituẽt multi. Lex aũt subintrauit. vt abũdaret delictũ. Ubi autẽ abundauit delictũ. supabũdauit z gr̃a. vt sicut regnauit pctm̃ in mortez. ita et gr̃a regnet p iusticiã in vitã eternã. p iesum christũ dñm nr̃m.

VI

Quid g̃ dicem⁹? Manebimus in pctõ vt gr̃a abũdet? Absit. Qui enĩ mortui sum⁹ peccato: quõ adhuc viuemus in illo? An ignoratis frẽs. quia quicũq baptiçati sum⁹ in christo iesu: in morte ipi⁹ baptiçati sum⁹? Cõsepulti ei sum⁹ cũ illo p baptismũ ĩ mortẽ: vt quõ christus surrexit a mortuis p gl̃am p̃tis. ita z nos in nouitate vite ambulem⁹. Si enĩ cõplantati facti sum⁹ silitudini mortis ei⁹: sil z resurrectõis erim⁹. Hoc sciẽtes q⁹ vet⁹ hõ nr̃ simul crucifixus ẽ: vt destruat⁹ corp⁹ peccati: vt vltra nõ seruiam⁹ pctõ. Qui enĩ mortu⁹ est: iustificatus ẽ a pctõ. Si aũt mortui sumus cuz christo: credim⁹ q⁹ sil etiã viuem⁹ cuz illo: sciẽtes q⁹ christus resurgens ex mortuis iã nõ moriẽ. mors illi vltra nõ dñabitur. Q⁹ enĩ mortu⁹ est pctõ: mortuus est semel: q⁹ autẽ viuit. viuit deo. Ita et vos existimate vos mortuos q̃dez ẽ peccato: viuẽtes aũt deo in christo iesu. Nõ ergo regnet peccatũ in vr̃o mortali corpore: vt obediat⁹ cõcupiscẽtijs ei⁹. Nz neq exhibeat⁹ mẽbra vr̃a arma iniq̃tat⁹ pcõ sed exhibete vos deo tanq̃z ex mortuis viuentes: z membra vr̃a arma iusticie deo. Peccatũ enĩ vob non dñabit⁹. Nõ enim sub lege estis. sed sub gr̃a. Quid g̃? Peccabimus q̃m non sum⁹ sub lege: sed sub gratia? Absit. An nescitis q̃m cui exhibetis vos seruos ad obediendũ: serui estis eius cui obedistis. siue peccati ad mortez siue obeditionis ad iusticiã? Gr̃as autez deo q⁹ fuistis serui peccati: obedistis autẽ ex corde in eã formã doctrine in q̃ traditi estis. Liberati aũt a peccato serui facti estis iusticie. Humanũ dico: ppter infirmitatẽ carnis vr̃e. Sicut enĩ exhibuist⁹ membra vr̃a seruire immũdicie z iniq̃tati ad iniquitatẽ. ita nũc exhibete membra vestra seruire iusticie in scificationẽ. Cũ enĩ serui essetis peccati liberi fuistis iusticie. Quẽ ergo fructũ habuistis tũc in illis in q̃bz nũc erubescit⁹? Nã finis illoz mors est. Nũc vero liberati a pctõ: serui aũt facti deo. habet⁹ fructũ vr̃m in sanctificationẽ: finẽ vero vitã eternã. Stipendia enĩ peccati mors. gr̃a aũt dei vita eterna. in christo iesu dño nostro.

VII

An ignoratis frẽs: scientibz enĩ legẽ loquor: q⁹ lex in hoie dñat⁹ q̃n to tpe viuit? Naz que sub viro est mlr: viuẽte viro alligata est legi. Si aũt mortu⁹ fuerit vir eius. soluta ẽ a lege viri. Igitur viuente viro vocabitur

D

Baruch.4. D

Joh.8.a. Ezech.36. Esa.1.

A

i.Cor.7.d.

adultera. si fuerit cuz alio viro: si autem
mortuus fuerit vir ei⁹. liberata ē a lege
viri vt nō sit adultera. si fuerit cū alio vi
B ro. Itaqz frēs mei ⁊ vos mortificati estꝫ
legi ꝑ corp⁹ christi vt sitis alteri⁹. qui ex
mortuis resurrexit. vt fructificetis deo.
Cū enī essem⁹ in carne. passiones pctōꝝ
que ꝑ legē erant opabant̄ in mēbrꝫ nr̄is
vt fructificarēt morti. Nūc aūt soluti su
mus a lege mortꝫ. in q̄ detinebamur: ita
vt seruiam⁹ in nouitate spūs ⁊ nō in ve
tustate lr̄e: Quid ḡ dicemus? Lex pctm̄
est. Absit. Sed pctm̄ nō cognoui nisi ꝑ
legē. Nā ꝯcupiscētiam nesciebaz. nisi lex
Deut. 5. ⁊. 7. diceret. Nō ꝯcupisces. Occasiōe aūt ac
cepta: peccatū ꝑ mandatū opatū est ī me
oēm ꝯcupiscētiā. Sine lege enī peccatū
C mortuū erat. Ego aūt viuebā sine lege
aliqn̄. Sed cū venisset mādatū: pctm̄ re
uixit. Ego aūt mortu⁹ sum: ⁊ inuētū est
mihi mandatū qd̄ erat ad vitaz: hoc esse
ad mortē. Nā pctm̄ occasiōe accepta per
mandatum seduxit me ⁊ ꝑ illud occidit.
i. Timotꝫ. i. Itaqz lex quidē scā. ⁊ mādatū scm̄ ⁊ iu
stum ⁊ bonū. Qd̄ ḡ bonū est: mihi factuz
est mors? Absit. Sed pctm̄ vt appareat
peccatū ꝑ bonū opatū ē mihi mortē vt fi
at sup̄ modū peccās peccatū ꝑ mandatū
Scim⁹ enī qz lex spiritalis est. Ego autez
carnalis sum: venūdat⁹ sub pctō. Qd̄ eī
operor nō intelligo. Nō eī qd̄ volo bonū
hoc ago: sz qd̄ odio malū: illud facio. Si
aūt qd̄ nolo illud facio: ꝯsentio legi qm̄
bona est. Nūc aūt iā nō ego operor illud
D sed qd̄ habitat ī me pctm̄. Scio eī qz nō
habitat ī me h̄ est ī carne mea bonū. Nā
velle adiacet mihi: ꝑficere aūt bonū non
inuenio. Nō enī qd̄ volo bonū hoc facio:
sed qd̄ nolo malū h̄ ago. Si aūt qd̄ no
lo illud facio: iā nō ego opor illud: sz qd̄
habitat ī me pctm̄. Inuenio igit̄ legem
volēti mihi facere bonū: qm̄ mihi maluz
adiacet. Cōdelector enī legi dei s̄m inte
riorē hoīem. Video autē aliā legē in mē
bris meis. repugnantē legi mētis mee:
⁊ captiuantē me ī lege peccati q̄ ē in mē
bris meis. Infelix ego hō: quis me libe
rabit de corpe mortꝫ huius? Gr̄a dei: per
iesum christum dn̄m nr̄m. Igit̄ ego ip̄e
mente s̄uio legi dei: carne autē legi pcti.

VIII A

Nihil ḡ nūc dānatiōis
n est his q̄ sunt in christo iesu qui
nō s̄m carnē ambulant. Lex enī
spūs vite ī christo iesu: liberauit me a le
ge peccati ⁊ mortꝫ. Nā quod impossibile
erat legi in q̄ infirmabat̄ ꝑ carnē: de⁹ fili
um suū mittens in sil̄itudinē carnis pec
cati. ⁊ de peccato dānauit pctm̄ in carne
vt iustificatio legꝫ impleret̄ in nob̄: q̄ nō
s̄m carnez ambulam⁹: sed s̄m spm̄. Qui
enī s̄m carnē sunt. q̄ carnis sunt sapiūt.
q̄ vero s̄m spūm sūt q̄ sūt spūs sentiunt
nā prudētia carnis mors ē: prudētia aūt
spūs vita ⁊ pax. Qm̄ sapīa carnis inimi
ca ē deo. Legi enī dei nō est subiecta: nec
enī pōt. Qui aūt ī carne sunt deo place
re nō pn̄t. Vos aūt ī carne nō estis sz in
spū. si tn̄ spūs dei habitat in vob̄. Si q̄s
aūt spūm christi nō hz: hic nō ē ei⁹. Si
aūt christ⁹ in vob̄ est. corp⁹ q̄dē mortuuz
est ꝓpter peccatū: spūs vero viuit ꝓpt̄ iu
stificationē. Q si spūs ei⁹ q̄ suscitauit ie
sum a mortuis. habitat in vob̄ q̄ suscita
uit iesuz christū a mortuis. viuificabit ⁊
mortalia corpa vr̄a. ꝓpter inhabitantez
spiritū eius in vob̄. Ergo frēs debitores B
sum⁹. nō carni vt s̄m carnē viuam⁹. Si
enī s̄m carnē vixeritis. moriemini: si au
tē spū facta carnis mortificaueritis. vi
uetis. Quicūqz enī spū dei agunt̄. hi sūt
filij dei. Nō enī accepistis spiritū s̄uitutꝫ
iterū in timore: sed accepistis spūm ado
ptionis filioꝝ dei: in q̄ clamam⁹ abba pr̄
Ipse enī spūs testimoniuz reddit spiri
tui nr̄o: ꝙ sum⁹ filij dei. Si aūt filij ⁊ he
redes. heredes quidē dei: coheredes aūt i. Cor. 12. b.
christi: si tn̄ cōpatimur vt ⁊ conglorifice Hebre. 4. d.
mur. Existimo enī: ꝙ nō sunt condigne
passiōes bui⁹ tp̄is ad futurā gl̄am q̄ re
uelabit̄ ī nob̄. Nā expectatio creature re Esa. 40.
uelationē filioꝝ dei expectat. Vanitati eī C
creatura subiecta est nō volens: sz ꝓpter
eū qui subiecit eā in spe: qz ⁊ ipsa creatu
ra liberabit̄ a seruitute corruptiōis in li
bertatē glorie filioꝝ dei. Scim⁹ enim ꝙ
oīs creatura ingemiscit ⁊ parturit vsqz

adhuc. Nō solū aūt illa sed ⁊ nosipsi pri
mitias spūs hñtes·⁊ ipsi ītra nos gemi
mus adoptionē filioꝝ dei:expectâtes re/
demptiōem corpis nri. Spe enī salui fa
cti sum⁹. Spes aūt q̄ videt·non est spes
Nā qđ videt q̄s quid sperat? Si aūt qđ
nō videm⁹·speram⁹:p patientiā expecta/
D mus. Similiter aūt ⁊ spūs adiuuat in/
firmitatē nr̄am. Nā quid orem⁹ sicut o/
portet·nescim⁹:sed ipe spūs postulat pro
nobis gemitibꝫ inenarrabilibꝫ. Qui au
tē scrutat corda:scit q̄d desideret spūs q̄
fm deū postulat p sctis. Scim⁹ aūt qm̄
diligentibꝫ deū oia coopant in bonū·his
qui fm ꝓpositū vocati sunt sancti. Nam
q̄s præsciuit·⁊ p̄destinauit ꝯformes fieri
imaginis filij sui:vt sit ipe primogenit⁹
in multis fratribꝫ. Quos aūt p̄destina/
uit hos ⁊ vocauit·⁊ q̄s vocauit hos ⁊ iusti
ficauit. Quos aūt iustificauit illos ⁊ ma
gnificauit. Quid q̄ dicem⁹ ad hec? Si de
us p nob:quis ꝯ nos? Qui etiā ꝓprio fi
lio suo nō pepcit:sed p nob oīb tradidit
illū. Quō non etiā cū illo oia nob dona
uit? Quis accusabit adūsus electos dei?
Deus q̄ iustificat. Quis est q̄ cōdēnet?
Christus iesus qui mortu⁹ est· imo qui
⁊ resurrexit:qui ē ad dexterā dei· qui etiā
interpellat p nob. Quis q̄ nos sepabit
a charitate christi? Tribulatio:an angu/
stia·an fames·an nuditas·an piculū· an
psecutio·an gladius? Sicut scriptū est
ps·43· /Quia ꝓpter te mortificamur tota die:
estimati sumus sicut oues occisiōis. Sz
in his oīb speram⁹·ꝓpter eū qui dilexit
nos. Certus sum enīz:q̄ neq̄ mors ne/
q̄ vita·neq̄ angeli·neq̄ principatus·ne
q̄ virtutes·neq̄ instantia· neq̄ futura·
neq̄ fortitudo·neq̄ altitudo·neq̄ ꝓfun
dum·neq̄ creatura alia poterit nos sepa/
rare a charitate dei: que est in christo ie/
su domino nostro. IX

A Veritatē dico in christo iesu non
mentior testimoniū mihi ꝓhi/
bente ꝯscia mea in spūsc̄o:q̄m tristicia mi
hi magna ē:⁊ ꝯtinuus dolor cordi meo.
Optabam enīz egoipse anathema esse a
christo p frib⁹ meis qui sūt cognati mei
fm carnē q̄ sunt israelite:quorū adoptio
est filioꝝ·⁊ gl'a ⁊ testamentū ⁊ legislatio
⁊ obsequiū ⁊ p̄missa:quoꝝ p̄res ex quibꝫ
est christ⁹ fm carnē· qui ē sup oia de⁹ be/
nedict⁹ in secula amē. Nō autē q̄ excide/ B
rit verbū dei. Nō enī oēs q̄ ex circūcisiōe
sunt isrl'·hi sunt israelite: neq̄ qui semē
sunt abrae oēs filij /Sed ī ysaac vocabit Gal'·4·d·
tibi semē·i·nō qui filij carnis hi filij dei:
sed q̄ filij sunt ꝓmissiōis·estimant⁹ in se/
mine. Promissiōis enī verbum hoc est.
Secōm h̄ tps veniā ⁊ erit sare filī⁹. Non
solū aūt illa:sz ⁊ rebecca ex vno cōcubitu
hñs ysaac p̄tis nr̄i. Cū enī nōdū nati fu
issent·aut aliquid boni egissent aut mali
vt fm electionē ꝓpositū dei maneret·nō
ex op̄ibꝫ sed ex vocante dictū est ei/ quia Gen̄·25·
maior seruiet minori: sicut scriptum est
/Jacob dilexi :esau autem odio habui. Malachie·i·
Quid q̄ dicem⁹? Nūquid iniq̄tas apud
deū? Absit. Moysi enīz dicit /Miserebor Exo·33·
cui miser⁹ fuz·⁊ misericordiā p̄stabo cui
miserebor. Igit̄ nō volētis neq̄ currētis C
sed miserētis est dei. Dicit enī scriptura
pharaoni. Quia in hoc ipum excitaui te
vt oñdam in te virtutē meā·⁊ vt annū/
cietur nomē meū invniūsa terra. Ergo
cui⁹ vult miseret·⁊ quem vult indurat.
Dicis itaq̄ mihi: Quid adhuc q̄ritur?
Voluntati enī ei⁹ q̄s resistit? O hō:tu q̄
es:qui rñdeas deo /Nūquid dicit figmē Esa·45·
tū ei q̄ se finxit:q̄d me feciſti sic /An non Eccle·38·
habet ptātem figulus luti ex eadē massa Hiere·18·
facere aliud quidē vas ī honorē:aliud ve
ro in ꝯtumeliā? Q̄ si de⁹ volens oñdere
iram ⁊ notā facere potētiā suā·sustinuit
in multa patiētia vasa ire apta in interi/
tum:vt oñderet diuitias glorie sue ī va
sa misericordie que præpauit in gloriam
Quos ⁊ vocauit nō solū ex iudeis sz eti/ D
am ex gentibꝫ:sicut ī osee dicit. Vocabo
nō plebē meā·plebē meā·⁊ nō dilectā di
lectā·⁊ nō misericordiā ꝯsecutaz·miseri/
cordiā ꝯsecutā. Et erit in loco vbi dictū
est eis nō plebs mea vos:ibi vocabunt
filij dei viui. Esaias aūt clamat pro isra/
el·Si fuerit nūerus filioꝝ isrl' tanq̄ are
na maris:reliquie salue fient. Verbum

enī ꝯsummans ⁊ abbreuians in equita-
te: qꝛ verbum breuiatū faciet dn̄s super
Esaie.i. terrā. Et sicut p̄dixit esaias. nisi dn̄s sa-
baoth reliquisset nob̄ semen sicut sodo-
ma facti essemus. et sicut gomorra simi-
les fuissemus. Quid ḡ dicem⁹? Q gen-
tes que nō sectabant̄ iusticiam. apprehē-
derūt iusticiam: iusticiā autē que ex fide
est. israel vero sectando legē iusticie in le
gem iusticie non ꝑuenit. Quare? Quia
non ex fide. sed quasi ex opib⁹. Offende
runt enī in lapidē offensionis: sicut scri
ptum est. Ecce pono ī sion lapidē offen-
sionis ⁊ petram scandali: ⁊ omnis q̄ cre-
dit in eum non confundetur. X

A Fratres: volūtas quidez cordis
mei ⁊ obsecratio ad deū fit ꝓ il-
lis in salutē. Testimonium eniz
ꝑhibeo illis ꝙ emulationez quidem dei
hn̄t sed nō s̄m scientiā. Ignorātes eniz
iusticiā dei ⁊ suā querētes statuere: iusti
cie dei nō sunt subiecti. Finis eniz legis
B christus. ad iusticiā oī credenti. Moyses
enī scripsit: quoniā iusticiā que ex lege ē
qui fecerit homo viuet in ea. Que autez
ex fide ē iusticia sic dicit. Ne dixeris ī cor
de tuo: q̄s ascēdet in celū. id est christū de
ducere. aut q̄s descēdet in abyssum. hoc ē
christū a mortuis reuocare. Sz quid di
cit scriptura? Prope ē verbū in ore tuo ⁊
in corde tuo. Hoc ē verbū fidei qd̄ predi
camus: qꝛ si ꝯfitearis in ore tuo dn̄m ie-
sum. ⁊ in corde tuo credideris ꝙ deus il
lū suscitauit a mortuis. salu⁹ eris. Cor-
de enī credit̄ ad iusticiā: ore aūt confessio
fit ad salutē. Dicit eniz scriptura: Oīs q̄
C credit in illū. nō ꝯfundet̄. Nō ei ē distin
2.cor.8.b. ia.i.a ctio iudei ⁊ greci. Nam idē dn̄s oīm: di
Johel.2 ues in om̄is qui inuocāt illū. Om̄is enī
Mt.10.e. ⁊.24. quicūq; inuocauerit nomen dn̄i saluus
b. Mr.13.c. Ac. erit. Quō ergo inuocabūt: in quem nō
2.b crediderūt? Aut quō credēt ei. quē non
audierūt? Quō aūt audient sine p̄dican
te? Quō vero p̄dicabūt: nisi mittantur?
sicut scriptū ē. Q speciosi pedes euāge-
D liçantiū pacē: euāgeliçantiū bona. Sed
nō oēs obediūt euāgelio. Esaias enī di-
Esa.53. cit. Dn̄e quis credidit auditui nr̄o? Er-

go fides ex auditu: audit⁹ aūt ꝑ verbum
christi. Sz dico. Nn̄quid nō audierūt?
Et q̄dam. in oēm terrā exiuit son⁹ eoꝝ. ps.18.
⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. Sed di
co: Nūquid isrl̄ nō cognouit? Primus
moyses dicit: Ego ad emulationez vos
adducam in oēm gentē. in gentem insi-
pientē in irā vos mittam. Esaias aūt au
det ⁊ dicit: Inuētus sum a nō querenti
bus me. palā apparui his qui me nō in-
terrogabant. Ad isrl̄ aūt dicit: Tota die
expandi man⁹ meas ad ꝓpl̄m nō creden
tem: sed ꝯtradicētem mihi. XI

A Dico ergo: Nūquid deus repulit
ꝓpl̄m suū? Absit. Naz ⁊ ego israe
lita sum ex semīe abraam de tri-
bu beniamin. Nō repulit de⁹ plebez suaz
quā presciuit. An nescitis in helia q̄d di-
cit scriptura: quēadmodū interpellat de
um adūsum isrl̄. Dn̄e ꝓphetas tuas oc- 3.Reg.19.
ciderūt: altaria tua suffoderūt. ⁊ ego reli
ctus sum solus. ⁊ q̄rūt aīam meā. Sed
quid dicit illi diuinuz rn̄sum? Reliq̄ mi
hi septē milia viroꝝ: qui nō curuauerūt
genua an̄ baal. Sic ḡ ⁊ in hoc tp̄e reliq̄e
s̄m electionē gr̄e dei salue facte sunt. Si
aūt gr̄a. iam nō ex opib⁹. Alioquim gra-
tia iā nō est gr̄a. Quid ḡ? Qd̄ q̄rebat is-
rael hoc nō est ꝯsecut⁹. electio aūt ꝯsecu
ta est: ceteri vero excecati sunt sic̄ scriptū B
est. Dedit illis de⁹ sp̄ūm cōpūctiōis ocu
los vt nō videant: ⁊ aures vt nō audiāt
vsq; in hodiernū diē. Et dauid dicit: Fi- ps.68.
at mensa eoꝝ corā ip̄is in laqueū. ⁊ in ca
ptionē ⁊ in scandalū ⁊ in retributionē il
lis. Obscurent̄ oculi eorū ne videant. et
dorsum eoꝝ semꝑ incurua. Dico ḡ. Nun
q̄d sic offenderūt vt caderēt? Absit. Sz
illoꝝ delicto. salus est gentibus vt illos
emulent̄. Q si delictū illoꝝ diuitie sunt
mundi. ⁊ diminutio eoꝝ diuitie gentiū
quātomagis plenitudo eoꝝ? Vobis. n.
dico gentib⁹. q̄ꝫdiu quidē ego sum genti
um apl̄s. ministeriū meū honorificabo: si
quo modo ad emulandū prouocē carnē
meā: ⁊ saluos faciaz aliquos ex illis. Si
enī amissio eorū recōciliatio est mundi:
que assumptio nisi vita ex mortuis? Q

si delibatio sancta est. ⁊ massa. Et si radix
C sancta et rami. Q. si aliqui ex ramis fra-
cti sunt: tu aūt cū oleaster esses: insertus
es in illis: ⁊ soci⁹ radicis et pinguedinis
oliue fact⁹ es: noli gloriari aduersus ra-
mos. Q. si gloriaris. nō tu radicē portas
sed radix te. Dicis g̃. Facti sunt rami vt
ego inserar. Bene ꝓpter incredulitatem
fracti sunt. Tu autē fide stas. Noli altuz
sape: sed time. Si eniz de⁹ naturalib⁹ ra-
mis nō pepcit ne forte nec tibi parcat. vi
de ergo bonitatē ⁊ seueritatē dei. In eos
quidē qui ceciderūt seueritatē: in te aūt
bonitatē dei: si ꝑmāseris in bōitate. Alio-
quin ⁊ tu excideris. Sz ⁊ illi si nō ꝑman
serint in incredulitate inserent̄. Potēs
est enī de⁹ iterꝝ inserere illos. Nam ⁊ si tu
ex naturali excisus es oleastro ⁊ ꝯtra na
turā insert⁹ es in bonā oliuā: q̄ntomag̃
hi qui ꝑm naturā inserentur sue oliue?
D Nolo enī vos ignorare frēs mysterium
hoc vt nō sitis vobisipsis sapiētes: qꝛ ce-
citas ex ꝑte ꝯtingit in israel donec pleni
tudo gentiū intraret. ⁊ sic oīs isrl̄ saluus
fieret: sicut scriptū est. Veniet ex sion: q̄
eripiat ⁊ auertat impietatē ab iacob. Et
hoc illis a me testamētū: cum abstulero
peccata eoꝝ. Scdm euāgeliū quidē ini-
mici ꝓpter vos: ꝑm electionē aūt charis-
simi ꝓpter pr̄es. Sine pnīa enī sunt do
na ⁊ vocatio dei. Sicut enī aliqñ et vos
bamus:cras eni moriem̄. Nolite seduci
Corrūpūt mores bonos colloq̄a mala.
Euigilate iusti:t nolite peccare. Igno/
rantiā eni dei quidā hñt. Ad reuerētiaz
vobis loq̄r. Dz dicit aliq̄s:Quō resur/
gūt mortui? Quali aūt corpe venient?
Insipiēs tu:qd̄ semias nō viuificat̄ nisi
prius moriat̄. Et qd̄ semias? Non corp⁹
quod futurum est seminas:sed nudum
granū:vtputa tritici·aut alicui⁹ ceteroꝝ

Deus aūt dat illi corpus sicut vult et
vnicuiq; seminū ꝓpriū corpus Nō omis
caro eadē caro: sed alia hoīm · alia pecoꝝ ·
alia volucrū. alia aūt pisciū · Et corpa ce
lestia ⁊ corpa terrestria. Sed alia quidē
celestiū gloria: alia aūt terrestrium. Alia
claritas solis · alia claritas lune. ⁊ alia cla
ritas stellaruz · Stella enī a stella differt
in claritate: sic ⁊ resurrectio mortuorū.
Seminat̄ in corruptōe: surget in incor
ruptōe. Seminat̄ in ignobilitate: sur
D get in gl̄ia. Semīat̄ in in firmitate: sur
2. Cor. 9. b. get in virtute / Semīat̄ corp⁹ aīale · sur
Hiere. 12. ꝓuer get corp⁹ spūale. Si ē corp⁹ aīale · ē ⁊ spi
22. Gal. 6. b. rituale: sicut scriptū ē / Factus ē primus
Gen. 1. hō adā in aīaz viuētez: nouissim⁹ adā in
spūm viuificantē · sz nō prius qd̄ spūale
est: sed qd̄ animale: deinde quod spūale
Primus homo d̄ terra terren⁹ · secūdus
homo de celo celestis. Qualis terrenus
tales ⁊ terreni: ⁊ qualis celestis: tales ⁊
celestes. Igit̄ sicut portauim⁹ imaginez
terreni · portem⁹ ⁊ imaginē celestis Hoc
aūt dico frēs: qꝛ caro ⁊ sanguis regnum
dei possidere nō pn̄t: neq; corruptio ī cor
ruptelaz possidebit. Ecce mysteriuz vob̄
dico. Oēs quidē resurgem⁹: sed nō oēs
immutabimur. In momento · in ictu
oculi · in nouissima tuba. Canet enī tu
ba: et mortui resurgēt incorrupti · ⁊ nos
immutabim̄. Oportet enī corruptibile h̄
induere īcorruptōez: ⁊ mortale h̄ indue
re īmortalitatē Cū aūt mortale h̄ indue
rit īmortalitatē tūc fiet sermo q̄ script⁹
est: Absorta est mors in victoria. Ubi est
mors victoria tua? Ubi ē mors stimul⁹
tuus? Stimulus aūt mortis peccatū ē
i. Joh. 5. b. virtus vero peccati lex / Deo aūt gr̄as: q̄
dedit nobis victoriā ꝑ dn̄m nr̄m iesum
christum. Itaq; frēs mei dilecti: stabiles
estote et īmobiles: abundātes in omni
ope dn̄i semꝑ scientes ꝙ labor vester nō
est inanis in domino. XVI

A De collectis aūt que fiūt in scōs
sicut ordinaui in ecclesijs gala
tie: ita et vos facite ꝑ vnaz sab
bati. Unusquisq; vr̄m apud se reponat
recondēs quod ei bene placuerit: vt nō
cū venero tūc collecte fiāt. Cū aūt p̄sens B
fuero · quos ꝓbaueritis ꝑ epl̄as hos mit
tā ꝑferre gratiā vr̄az in hierl̄m. Q si di
gnū fuerit vt ego eam: mecū ibunt. Ve
niam aūt ad vos: cū macedoniā ꝑtrāsie
ro · Nā macedoniā ꝑtrāsibo. Apd̄ vos au
tem forsitan manebo · vel etiā hyemabo
vt vos me deducatis quocūq; iero. No
lo. n. vos modo in trāsitu videre. Spe
ro enī me aliq̄ntulū tp̄is manere apud
vos: si dn̄s ꝑmiserit. Permanebo autez
ephesi vsq; ad pentecosten. Ostiū enim C
mihi aptum ē magnū et euidēs: et adu
sarij multi. Si aūt venerit timotheus:
videte vt sine timore sit apd̄ vos. Op⁹
enī dn̄i opat̄ sicut ⁊ ego. Ne q̄s ergo illū
spernat · Deducite aūt illū in pace: vt ve
niat ad me. Expecto enī illū cū fratrib⁹.
De appollo aūt fratre vobis notū facio
quoniā multū rogaui euz vt veniret ad
vos cū fratrib⁹ · et vtiq; nō fuit volūtas
eius vt nūc veniret. Veniet aūt cum ei
vacuū fuerit. Vigilate state in fide viri
liter agite ⁊ ꝯfortami: oīa enī vr̄a in cha
ritate fiāt. Obsecro aūt vos fratres · no D
stis domū stephane: et fortunati ⁊ achai
ci · qm̄ sunt primitie achaie: ⁊ in ministe
rium sanctorū ordinauerūt seip̄os vt ⁊
vos subditi sitis eiusmodi · et omni co
operanti et laboranti. Gaudeo aūt in p̄
sentia stephane et fortunati et achaici:
qm̄ id qd̄ vobis deerat: ip̄i suppleuerūt.
Refecerūt enī et meū spūm et vr̄m. Co
gnoscite ergo qui eiusmodi sunt. Salu
tant vos omnes ecclesie asie: Salutat
vos in dn̄o multū aquila: ⁊ prisca cū do
mestica sua ecclesia: apud quos ⁊ hospi
tor. Salutant vos omnes fratres. Sa
lutate inuicē in osculo sancto. Saluta
tio mea: manu pauli. Si q̄s nō amat do
minū nr̄m iesuz christum: sit anathema
maranatha. Gratia dn̄i nr̄i iesu christi
vobiscum. Charitas mea cum omnib⁹
vobis in christo iesu. Amen.

Explicit epistola Pauli ad Corinthios
prima. Incipit prologus in secundā epi
stolam ad Corinthios.

In secunda ad Corinthios epistola q̃si in parte supiori post tribulationũ suarũ relatões reddit causas q̃re ad eos scd̃o nõ ierit: qm̃ ñ leui mutatõe ꝯsilij fecisse se asserit: sz ne aduẽtu suo tristiciã incurreret: cũ ĩ pctõ ꝑmanere discipulos reperisset. Deinde post agnitos fructꝰ pnĩe recõciliat eũ ecclesie. quẽ in p̃ma ꝓpter fornicationẽ a consortio scõꝝ iusserat amoueri. Tertio cõtra speudo apl'os officij sui dignitatẽ tuet̃. ⁊ noui testamẽti ministros. tanto anteire gr̃a oñdit: q̃to euãgeliuz est lege p̃stãtiꝰ. Immorat̃ etiã ĩ cã illa plurimũ quã breuit̃ ĩ p̃ma ꝯtigerat vt ꝓmpto ac libẽti aĩo necessaria p̃sentꝫ vite nõ habẽtibꝫ largiãt̃: ⁊ vtilitatẽ spũalis cõmertij cõmutẽt p̃sentia cũ futurꝫ. atq̃ abũdantia sua scõꝝ inopiã suppleãt. vt vicissim eoꝝ inopia scõꝝ abũdãtia suppleat̃. In fine repetit qd̃ supius cõtra speudo apostolos egerat ⁊ iactationẽ eoꝝ p̃dicatõesq̃ de se gloriosas vel collata antiq̃tate generis. vel catalogo iniuriarum ac periculorũ suoꝝ euacuat. dicitq̃ eos oparios subdolos q̃ ad imitationẽ sathane transfigurẽt̃ in apl'os christi. sub p̃dicationis spe lucra pecuniaria queq̃ sectantes.

Incipit argumentũ.

Post actã a corĩthijs pnĩaz ꝯsolatoriã scribit eis epl'az apostolus a troade ꝑ titũ. ⁊ collaudãs eos. hortat̃ ad meliora: contristatos quidem eos: sed emendatos ostendens.

Explicit argumentuz. Incipit epistola Pauli ad Corinthios secũda. Cap. I

A Paulus apostolus christi iesu ꝑ volũtatẽ dei ⁊ timotheꝰ frater ecclesie dei q̃ est corinthi cũ oĩbꝫ sanctꝫ qui sũt in vniuersa achaia: Gratia vob̃ et pax a deo patre nostro ⁊ dño iesu christo. Benedictus deus et pater dñi nr̃i iesu christi. pater misericordiarũ ⁊ deꝰ totius ꝯsolatõis. qui cõsolat̃ nos in omĩ tribulatione nostra: vt possimꝰ ⁊ ipsi consolari eos qui in oĩ p̃ssura sũt ꝑ exhortatõnem qua exhortamur ⁊ ipsi a deo: qm̃ sicut abũdant passiões christi ĩ nob̃. ita ⁊ ꝑ christũ abũdat ꝯsolatio nr̃a. Siue ãt tribulamur ꝓ vr̃a exhortatiõe et salute. siue ꝯsolam̃ ꝓ vr̃a ꝯsolatiõe siue exhortamur ꝓ vr̃a exhortatiõe et salute. q̃ opat̃ tolerãtiã earũdẽ passionũ q̃s ⁊ nos patimur vt spes nr̃a firma sit ꝓ vobis. scientes qm̃ sicut socij passionum estis: sic eritis ⁊ ꝯsolatõis. Nõ enĩ volumꝰ ig̃rare vos fratres d̃ tribulatiõe nr̃a q̃ facta est ĩ asia qm̃ sup̃ modũ g̃uati sumꝰ sup̃ vtutẽ: ita vt tederet nos etiaz viuere. Sed ipi iu nobisipsis respõsũ mortꝫ habuimꝰ vt non simꝰ fidẽtes in nob̃. sed in deo q̃ suscitat mortuos: q̃ de tãtis ꝑiculis nos eripuit ⁊ eruit: ĩ quẽ spamꝰ: qm̃ ⁊ adhuc eripiet. adiuuãtibꝫ vobis ĩ oratiõe ꝓ nobis: vt ex multarũ ꝑsonis facieꝝ eiꝰ q̃ in nob̃ est donatiõis. ꝑ multos gr̃e agãtur ꝓ nobis. Nã gl'ia nr̃a h̃ est testimoniũ ꝯsciẽtie nr̃e. ꝙ ĩ simplicitate cordis ⁊ sinceritate dei. et nõ in sapĩa carnali. sed ĩ gr̃a dei ꝯuersati sumꝰ inh̃ mũdo. abũdãtius autẽ ad vos. Non enĩ alia scribimꝰ vob̃ q̃ que legistis ⁊ cognouistis. Spero autem ꝙ vsq̃ in finẽ cognoscetis. sic ⁊ cog̃uististis nos ex ꝑte: q̃ gl'ia vr̃a sumꝰ. sic ⁊ vos nr̃a ĩ die dñi nr̃i iesu christi. Et hac ꝯfidẽtia volui priꝰ venire ad vos vt scd̃az gratiã haberetis ⁊ ꝑ vos trãsirẽ in macedoniã. ⁊ iteꝝ a macedonia venirẽ ad vos et a vobis deduci in iudeã. Cũ g̃ hoc voluissez: nũquid leuitate vsus suz? Aut q̃ cogito s̃m carnẽ cogito. vt sit apud me: est et nõ? Fidelis aũt deꝰ. q̃ s̃mo noster qui fuit apud vos. nõ ẽ in illo. est ⁊ non sed ẽ in illo est. Dei enĩ filius iesus christus q̃ in vobis ꝑ nos p̃dicatus ẽ. ꝑ me ⁊ siluanũ et timotheũ: nõ fuit in illo est et nõ: sz est in illo fuit. Quotq̃t enĩ ꝓmissiones dei sunt: in illo est. Ideo ⁊ per ip̃m amẽ deo ad gl'iaz vestrã. Qui autẽ cõfir-

mat nos vobiscū in christo: et qui vnxit
nos deus. et qui signauit nos ⁊ dedit pi
gnus spūs ī cordib⁹ nostris. Ego autez
testem deū inuoco in animā meā. ꝙ par
cens vobis nō veni vltra corinthū: non
qꝛ dn̄am̄ fidei vr̄e. sed adiutores sumus
gaudij vr̄i. Nam fide statis. II

A Statui aūt hoc ip̄m apud me: ne
iterū in tristicia venirē ad vos.
Si enī ego ꝯtristo vos: et q̄s ē
q̄ me letificet nisi q̄ ꝯtristat̄ ex me. Et h̄
ip̄m scripsi vobis vt nō cū venero tristi
ciā sup̄ tristiciā habeaz de quib⁹ oportue
rat me gaudere: ꝯfidēs in oīb⁹ vobis. qꝛ
B meū gaudiū oīm vr̄m ē. Nā ex multa tri
bulatōe et angustia cordis scripsi vobis
p̄ multas lachrymas: nō vt ꝯtristemini:
sed vt sciatis quā charitatē habeā abun
dantius in vobis. Si q̄s aūt ꝯtristauit
me. nō me ꝯtristauit: sed ex p̄te: vt ñ one
rem oēs vos. Sufficit illi q̄ eiusmodi ē
obiurgatio hec q̄ fit a pluribꝫ. ita vt ecō
trario magis donet⁹ ⁊ ꝯsolemini: ne for
te abūdātiori tristicia absorbeat̄ qui eius
modi ē. Propter qd̄ obsecro vos: vt cō
firmetis ī illū charitatē. Ido enī et scri
psi vobis vt cog̃scā exp̄imētū vr̄m: an in
oīb⁹ obediētes sitis. Cui aūt aliq̄d dona
C stis: ⁊ ego. Nam ⁊ ego qd̄ donaui si q̄d do
naui ꝓpter vos in p̄sona christi: vt non
circūueniam̄ a sathana. Non enī ignora
mus cogitatōes ei⁹. Cū venissez aūt tro
adē ꝓpter euāgeliū christi: vt ostiū mihi
ap̄tū eēt ī dn̄o: nō habui req̄ez spūi meo
eo ꝙ nō īuenerim titū frēz meū: sz vale
D faciēs eis. ꝓfect⁹ sū in macedoniā. Deo
aūt gr̄as q̄ semp̄ triūphat nos ī christo
iesu et odorē noticie sue manifestat per
nos in oī loco: qꝛ christū bon⁹ odor sum⁹
deo in his q̄ salui fiūt: ⁊ in his q̄ pereūt.
Alijs quidē odor mortis in mortē: alijs
aūt odor vite ī vitā. Et ad h̄ q̄s tā idone
ne⁹? Nō enī sum⁹ sic̄ plurimi adulteran
tes verbū dei. sz ex sinceritate sicut ex deo
corā deo in christo loquimur. III

A Incipimus iter̄ nosmetip̄os cō
mendare. Aut nūquid egemus
sicut quidā cōmendaticijs epi
stolis ad vos: aut ex vobis? Epl̄a nostra
vos estis scripta in cordib⁹ nr̄is. q̄ scit̄ et
legit̄ ab oīb⁹ hoīb⁹: manifestati: qm̄ epl̄a
estis christi ministrata a nobis. ⁊ scripta
nō atramēto sz spū dei viui: nō in tabul̄
lapideis: sed ī tabulis cordis carnalibus
Fiduciā aūt talē habem⁹ p̄ christū ad de Heb. 4. d.
um: nō ꝙ sufficiētes sim⁹ cogitare aliq̄d
a nobis q̄si ex nobis: sed sufficientia nr̄a
ex deo ē. Qui ⁊ idoneos nos fecit mini
stros noui testamēti: nō lr̄a: sz spū. Litte
ra enim occidit: spūs aūt viuificat. Q si B
ministratio mortis litteris d̄formata in
lapidib⁹: fuit in gl̄ia ita vt nō possent in
tendere filij isrl̄ in faciē moysi ꝓpter glo
riā vult⁹ esus q̄ euacuat̄ qūo nō magis
mīstratio spūs erit in gl̄ia? Nā si mīstra
tio dānatōis in gl̄ia ē. multomag⁹ abun
dat mīsteriū iusticie in gl̄ia. Nā nec glo
rificatū ē qd̄ claruit ī hac p̄te: ꝓpter excel
lentē gl̄iaz. Si enī qd̄ euacuat̄. p̄ gl̄iam C
est: multomagis qd̄ manet in gl̄ia ē. Ha
bētes igit̄ talē spez multa fiducia vtim̄.
Et nō sicut moyses ponebat velamē su
per faciē suā vt nō intēderent filij israel
in faciē eius qd̄ euacuat̄: sz obtusi sunt
sensus eor̄. Usqꝫ in hodiernū diē idip̄m D
velamē in lectōe veter⁹ testamēti manet
nō reuelatū: qd̄ in christo euacuat̄: sz vs
qꝫ in hodiernū diē cū legit̄ moyses. vela
men positū ē sup̄ cor eorū. Cum aūt con
uersus fuerit ad deū. auferetur velamē.
Dn̄s aūt spūs ē. Ubi aūt spūs dn̄i ibi li
bertas. Nos vero oēs reuelata facie glo
riā dn̄i speculantes: in eandē imaginem
transformamur a claritate in claritatez
tanq̄ꝫ a domini spiritu. IIII

A Ideo h̄ntes hāc ammīstratiōez
iuxta qd̄ misericordiā ꝯsecuti su
mus: nō deficim⁹. sed abdicam⁹
occulta dodecoris. nō ambulātes ī astu
tia. neqꝫ adulterātes verbū dei. sz in ma
nifestatōe veritatis cōmēdātes nosme
ip̄os ad oēm conscientiā hoīm coraz de t
Q si etiā opertū ē euangeliū nr̄m: ī his B
qui pereūt ē opertū: in quib⁹ deus huius
seculi excecauit mētes infideliū. vt non
fulgeat illuminatio euāgelij glorie chri

sti qui est imago dei. Nō eī nosmetip̄os
p̄dicam⁹: sz iesu christū dn̄m nr̄m. Nos
aūt seruos vr̄os ꝑ iesuz: qm̄ de⁹ q̄ dixit
d̄ tenebris lucē splēdescere. ip̄e illuxit in
cordib⁹ nostris ad illuminatōez scientie
claritatis dei in facie christi iesu. Habe-
mus aūt thesaurū istuz in vasis fictili-
bus: vt sublimitas sit virtutis dei: et nō
ex nobis. In oīb⁹ tribulatōez patimur:
C sed nō angustiamur. Aporiamur: sz non
destituimur. Persecutōez patim̄: sed nō
derelinquimur. Humiliamur: sz nō con
fundimur. Deijcimur: sz nō perim⁹. Sē
per mortificatōez iesu christi in corpe no
stro circūferētes: vt et vita iesu manife-
stet̄ in corpib⁹ nr̄is. Semp̄ eni nos qui
viuimus in mortē tradimur ꝓpter iesū
vt ⁊ vita iesu manifestetur in carne nr̄a
mortali. Ergo mors in nobis opat̄: vita
aūt in vobis. Hn̄tes aūt eundē spūm fi
Ps. ii. 5. dei sicut scriptū est / credidi ꝓpter qd̄ lo-
cutus sū. et nos credim⁹. ꝓpter qd̄ ⁊ loq̄
mur: sciētes qm̄ q̄ suscitauit iesuz. ⁊ nos
cū iesu suscitabit. ⁊ cōstituet vobiscum
Oīa eni ꝓpter vos: vt gratia abūdās ꝑ
D multos in gratiarū actōe abūdet in glo-
riā dei. Propter qd̄ nō deficim⁹. Sed li
cet is qui foris ē noster hō corrūpat̄: tn̄
is qui intus ē renouat̄ de die in diē. Id
eni qd̄ in p̄nti ē momētaneū et leue tri-
bulatōis nr̄e: sup̄ modū in sublimitate
eternū gl̄ie pōdus opat̄ ī nobis: nō ꝯtē-
plātib⁹ nobis q̄ vident̄: sz q̄ nō videtur.
Que eni vident̄: tp̄a lia sunt. que autez
non vident̄: eterna sunt. V

A Scimus eni: qm̄ si terrestris do-
mus nostra huius habitationis
dissoluat̄: ꝙ edificatiōem ex deo
habemus domū nō manufactā: sz eternā
in celis. Nam et in hoc ingemiscim⁹ ha-
bitationē nr̄am que de celo ē supindui
cupiētes: si tn̄ vestiti ⁊ nō nudi inuenia-
mur. Nā ⁊ q̄ sum⁹ in hoc tabernaculo. in
gemiscimus grauati: eo ꝙ nolum⁹ expo
B liari. sz supuestiri: vt absorbeat̄ qd̄ mor-
tale ē a vita. Qui aūt efficit nos in hoc
ip̄m deus. q̄ dedit nobis pign⁹ spūs. Au
dētes igit̄ semp̄ ⁊ sciētes: qm̄ dū sumus
in hoc corpe. pegrinamur a dn̄o. Per fi-
dem eni ambulam⁹ ⁊ nō ꝑ spēm. Aude-
mus aūt ⁊ bonā volūtate habem⁹ mag̃
pegrinari a corpe ⁊ p̄sentes esse ad dn̄m
et ideo ꝯtendim⁹ siue absentes siue pre-
sentes placere illi. Oēs eni nos mani- Ro. 14. c.
festari oportet añ tribunal christi: vt re-
ferat vnusq̄sq̄ ꝓpria corpis ꝓut gessit si
ue bonū siue malū. Scientes ergo timo C
rē dn̄i hoīb⁹ suademus. deo aūt manife
sti sum⁹. Spero aūt ⁊ in ꝯscientijs vr̄is
manifestos nos esse. Nō iter̄ cōmenda-
mus nos vobis: sz occasiōez dam⁹ vobis
gloriādi ꝓ nobis: vt habeat̄ ad eos q̄ ī fa
cie gloriant̄ ⁊ nō in corde. Siue eni mē
te excedim⁹ deo: siue sobrij sum⁹ vobis
Charitas eni christi vrget nos estiman
tes hoc: qm̄ si vn⁹ ꝓ oīb⁹ mortu⁹ ē: g̃ oēs
mortui sūt. Et ꝓ oīb⁹ mortu⁹ ē christus
vt ⁊ q̄ viuūt: iā nō sibi viuāt. sz ei q̄ ꝓ ip̄is
mortuus ē ⁊ resurrexit. Itaq̄ nos ex h̄
neminē nouim⁹ s̄m carne Et si ꝯgnoui D
mus s̄m carnē christū: sz nūc iā nō noui
mus. Si qua g̃ in christo noua creatu-
ra: vetera trāsierūt / ecce facta sūt oīa no- Esaie. 43.
ua. Oīa aūt ex deo q̄ nos recōciliauit si- Apoc. 21. a.
bi ꝑ christū: ⁊ dedit nobis mīsteriū recō
ciliatōis. Qm̄ quidē de⁹ erat in christo
mundū recōciliās sibi: nō reputās illis
delicta ip̄or̄: et posuit in nobis verbū re
cōciliatōis. Pro christo ergo legatione
fungim̄ tāq̄ deo exhortāte ꝑ nos. Obse
cram⁹ ꝓ christo. recōciliami deo. Euz q̄
nō nouerat pctm̄ ꝓ nobis peccatū fecit
vt nos efficerem̄ iusticia dei in ip̄o. VI

A Adiuuātes aūt exhortamur ne A
in vacuam gr̄am dei recipiatis.
Ait eni / Tp̄e accepto exaudiui Esaie. 49.
te et in die salutis audiui te. Ecce nūc
tempus acceptabile: ecce nunc dies sa- B
lutis. Nemini dantes vllam offensio-
nē: vt nō vitupet̄ ministeriū nr̄m / sz in i. Cor. 4. a.
omīb⁹ exhibeamus nosmetip̄os sicut dei j. ii. c. i. Timot.
ministros. In multa patiētia. in tribu- 3. c.
latōib⁹. in necessitatib⁹. in angustijs. in
plagis. in carceribus. in seditōib⁹. in labo-
ribus. in vigilijs. in ieiunijs. In castita
te. in sciētia. in longanimitate. in suaui-

tate·in spūsancto·in charitate non ficta
in verbo veritatis·in virtute dei·Per ar
ma iusticie·a dextris et a sinistris. Per
gloriā et ignobilitatē:ꝑ infamiā ⁊ bonaꝫ
famā. Ut seductores et veraces: sicut q̄
C ignoti ⁊ cogniti. Quasi moriētes ⁊ ecce
viuim⁹:vt castigati ⁊ nō mortificati:q̄si
tristes·semꝑ aūt gaudētes·sicut egētes
multos aūt locupletantes:tanq̄ nihil
hn̄tes ⁊ oīa possidentes. Os nr̄m patet
ad vos o corinthij:cor nr̄m dilatatū est.
Nō angustiamī in nobis:angustiamini
aūt in visceribꝫ vr̄is. Eandē aūt haben-
tes remuneratōeꝫ:tanq̄ filijs dico:dila
tamini ⁊ vos. Nolite iugū ducere cū in
Eccl̄ꝫ·13·Gal·5· fidelibꝫ. Que enī ꝑticipatio iusticie cuꝫ
a·Act·15·a· iniq̄tate:aut q̄ societas luci ad tenebras
D Que aūt ꝯuentio christi ad belial? Aut
que pars fideli cū infideli? Qui aūt con
sensus tēplo dei cū idolis. Vos enī estis
i·Cor·3·c·et tēplū dei viui·sicut dicit deus:qm̄ inha
6·d· bitabo in illis ⁊ inambulabo inter eos:et
ero illoꝝ deus·et ipi erūt mihi populus
Propter quod exite de medio eoꝝ· et se
paramini dicit dn̄s:⁊ īmundū ne tetige
ritis:et ego recipiā vos·⁊ ero vobis in
patrē·et vos eritis mihi in filios et fili
as·dicit dn̄s omnipotens. VII
A Has ergo habentes ꝓmissiones
charissimi mūdem⁹ nos ab oī
inquinamēto carnis ⁊ spūs ꝑfi
ciētes sanctificatōeꝫ in timore dei. Capi
te nos. Neminē lesim⁹:neminē corrūpi
mus:neminē circūuenim⁹. Nō ad cōdē
nationē vr̄am dico. Predixim⁹ enim q̄
in cordibꝫ nr̄is estis ad cōmoriendū ⁊ ad
B conuiuendū. Multa mihi fiducia ē apd̄
vos:multa mihi gloriatio ꝓ vobis. Re-
pletus suꝫ ꝯsolatōe:suꝑabundo gaudio
in omī tribulatōne vr̄a. Nā ⁊ cū venisse-
mus in macedoniā nullā requiē habuit
caro nr̄a:sꝫ oēꝫ tribulatōeꝫ passi sumus.
Foris pugne:intus timores. Sꝫ qui cō
solat̄ hoīes·ꝯsolatus est nos de⁹ in aduē
tu titi. Nō solū aūt in aduētu ei⁹: sꝫ etiā
in ꝯsolatōe qua ꝯsolatus ē in vobis refe
rens nobis vr̄m desideriū·vr̄m fletum·
vestrā emulatōeꝫ ꝓ me:ita vt magꝫ gau-

derem. Quoniā et si ꝯtristaui vos ī epi C
stola non me penitet. Et si peniteret vi-
dens q̄ epl̄a illa ⁊ si ad horā vos ꝯtrista-
uit:nuc gaudeo nō qꝛ ꝯtristati estis·sed
qꝛ ꝯtristati estis ad pn̄iaꝫ. Cōtristati enī
estis s̄m deū vt ī nullo detrimētū patia
mini ex nobis. Que enī s̄m deum tristi i·Pe·2·c·
tia est penitētiā in salutē stabilē opat̄:se- Ja·5·c·
culi aūt tristicia mortē opat̄. Ecce enī h̄
ip̄m s̄m deū ꝯtristari vos· quātā in vo-
bis opat̄ sollicitudinē:sed defensiōeꝫ·sed
indignationē·sed timorē·sed desideriuꝫ
sed emulationē·sꝫ vindictā. In oībꝫ ex-
hibuistis vos in contaminatos esse ne
gocio. Igit̄ ⁊ si scripsi vobis:non ꝓpter D
eū qui fecit iniuriā·nec ꝓpter eū qui pas
sus ē.sed ad manifestādaꝫ sollicitudineꝫ
nr̄aꝫ quā habem⁹ ꝓ vobis corā deo Ido
ꝯsolati sumus. In ꝯsolatiōe aūt nostra
abūdantius magis gauisi sum⁹ suꝑ gau
dio titi ·qꝛ refect⁹ ē spūs ei⁹ ab oībꝫ vob
Et si q̄d apud illū de vobis gl̄iat⁹ sū nō
suꝫ ꝯfusus:sed sicut oīa vobis in verita-
te locuti sum⁹·ita ⁊ gl̄iatio nr̄a q̄ fuit ad
titū veritas facta ē. Et viscera eius abū-
danti⁹ in vobis sunt: reminiscētis oīm
vr̄m obediētiā:quō cū timore ⁊ tremo-
re excepistis illum. Gaudeo q̄ in omni-
bus confido in vobis. VIII
Notaꝫ aūt facim⁹ vobis fratres A
gr̄am dei que data ē iu ecclesijs
macedonie:⁊ q̄ in multo experi
mento tribulatōis abūdātia gaudij ip̄o
rum fuit·et altissima pauꝑtas eoꝝ abū-
dauit in diuitias simplicitatis eorum.
Quia s̄m virtutē testimoniuꝫ illis red-
do ⁊ suꝑ ꝟtutē volūtarij fuerūt:cū mul
ta exhortatōe obsecrātes nos gr̄am ⁊ cō-
municatōeꝫ mīsterij q̄d fit in scōs. Et n̄
sicut sperauim⁹:sꝫ semetip̄os dederūt:p̄
mū dn̄o·deinde nobis ꝑ volūtatem dei:
ita vt rogarem⁹ titū vt quēadmodū ce-
pit ita ⁊ ꝑficiat in vobis etiaꝫ gr̄am istā.
Sed sicut in oībꝫ abūdatis fide ⁊ s̄mo- B
ne ⁊ sciētia ⁊ oī sollicitudine: insuper et
charitate vr̄a in nos· vt ⁊ in hac gratia
abūdetis. Nō quasi imperās dico:sed ꝑ
alioꝝ sollicitudinē etiā vr̄e charitatꝫ in-

Ro·io·c· Ja·i·a· geniū bonū cōprobās/ Scitis enī grāz dñi nr̄i iesu christi: qm̄ ꝓpter vos egen⁹ factus ē cū esset diues: vt illi⁹ inopia vos diuites essetis. Et ꝯsiliū in hoc do. Hoc eī vobis vtile ē: q̄ nō solū facere sz et velle cepistis ab anno priore. Nunc vero ⁊ facto ꝑficite· vt quēadmodū ꝓmpt⁹ ē animus volūtatis: ita sit ⁊ ꝑficiēdi ex eo qd̄ habetis. Si enī voluntas ꝓmpta ē: ꝑm id qd̄ hēt· accepta ē· nō ꝑm id qd̄ nō hēt.

C Nō enī vt alijs sit remissio: vobis autez tribulatio: sz ex eq̄litate in pñti tpe· vr̄a abūdantia illoꝝ inopiā suppleat· vt ⁊ illoꝝ abūdātia vr̄e inopie sit supplemētū vt fiat equalitas sicut scriptum ē: Qui multū· nō abūdauit· ⁊ qui modicū non minorauit. Gr̄as aūt ago deo q̄ dedit eādem sollicitudinē ꝓ vobis in corde titi: qm̄ exhortationē quidē suscepit: sz cū sollicitor esset· sua volūtate ꝓfect⁹ ē ad vos Misim⁹ etiā cū illo fratrem nr̄m: cuius laus ē in euāgelio ꝑ oēs ecclesias. Non solū aūt· sed et ordinatus est ab ecclesijs comes ꝑegrinatōis nostre in hāc gr̄am que ministrat̄ a nobis ad dñi gloriā ⁊ de

D stinatā volūtatē nostrā. Deuitātes hoc ne q̄s nos vituperet in hac plenitudine

Ro·ix·d· que ministrat̄ a nobis in dñi gl̄iaz/ Prouidemus enī bona: nō solū corā deo: sed etiā corā hoībꝫ. Misim⁹ aūt cū illis frēz nr̄m quē ꝓbauim⁹ in multis sepe sollicitū esse. nūc aūt multo sollicitiorē: ꝯfidētia multa in vos: siue ꝓ tito q̄ est socius meus· ⁊ in vobis adiutor: siue frēs nr̄i apl̄i eccl̄iaꝝ gl̄ie christi. Ostēsionē ḡ q̄ ē charitatis vr̄e ⁊ nr̄e gl̄ie ꝓ vobis: ī illos ostēdite in faciē ecclesiarū.

IX

A Nam de ministerio qd̄ fit in sanctos: ex abūdanti est mihi scribere vobis. Scio enī ꝓmptū animum vr̄m ꝓ quo de vobis glorior apud macedones: qm̄ et achaia parata est ab āno p̄terito· et vr̄a emulatio ꝓuocauit plurimos. Misimus aūt fratres: vt ne quod gloriamur de vobis euacuet̄ ī hac ꝑte: vt quēadmodū dixi parati sitis: ne cū venerint macedones mecū· et īuenerint vos imparatos: erubescam⁹ nos vt nō dicamus vos in hac substantia. Necessariū ergo existimaui rogare fratres vt p̄ueniant ad vos· ⁊ p̄paret repromissam bñdictionē hāc paratā eē. sic quasi bñdictionē: nō q̄si auariciā. Hoc aūt dico/ Qui parce seminat parce et metet· et qui seminat in benedictōibꝫ· de bñdictōibꝫ et metet. Unusquisq; ꝓut destinauit in corde suo nō ex tristitia aut ex necessitate/ Hilarē enī datorē diligit deus Potēs est aūt de⁹ oēz gratiā abūdare facere in vobis vt in omnibꝫ semꝑ omnē sufficiētiā habentes abundetis in omne opus bonū: sicut scriptū ē/ Dispersit dedit pauperibꝫ iusticia eius manet in seculū seculi. Qui aūt āministrat semē semināti· ⁊ panē ad māducandū p̄stabit. Et multiplicabit semē vr̄m· et augebit incremēta frugū iusticie vr̄e: vt in oībꝫ locupletati abūdetis in omnē simplicitatē: q̄ opat̄ ꝑ nos gratiaꝝ actionem deo

B

ꝓu·22·i· Cor·15·d· Gal·6·b· Hiere·12·

C

Ecc·35·

ps·cxi·

D Quoniā misteriū hui⁹ officij nō solum supplet ea que desūt sanctis· iz etiā abūdat ꝑ multas gratiaꝝ actōes in dño per ꝓbationē misterij hui⁹: glorificātes deū in obediētia ꝯfessionis vr̄e in euangelio christi ⁊ simplicitate cōicatōis vr̄e in illos ⁊ in oēs. et in ip̄oꝝ obsecratione pro vobis· desiderātiū vos ꝓpter eminētez gr̄am dei in vob̄. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.

IX

A Ipse aūt ego paul⁹ obsecro vos ꝑ mansuetudinē ⁊ modestiam christi: qui in facie quidē humilis sum inter vos: absens autē confido in vobis. Rogo aūt vos ne presens audeā ꝑ eam confidentiā qua existimor audere in quosdā: qui arbitrant̄ nos tanq̄ ꝑm carnē ambulem⁹. In carne enī ambulātes: nō tñ ꝑm carnē militam⁹. Naz arma militie nostre nō carnalia sūt: sed potentia deo ad d̄structionē monitionū ꝯsilia destruētes et oēm altitudinē extollentē se aduersus scientiā dei· ⁊ in captiuitatē redigētes oēm intellectū in obsequiū christi· ⁊ in ꝓmptu habētes vlcisci oēm inobediētiā: cum impleta fuerit vestra obedientia. Que ꝑm faciem sunt vi

B

dete. Si quis ꝯfidit christi esse hoc cogi
tet iterũ apud se: qꝛ sicut ⁊ ipe christi est.
ita ⁊ nos. Nã ⁊ si ampli⁹ aliqd gloriatus
C fuero de ꝑtãte nr̃a quã dedit nob̃ dn̄s in
edificationẽ ⁊ nõ in destructionẽ vr̃am
nõ erubescã. Ut aũt non existimer tanq̃ꝫ
terrere vos ꝑ epl'as: qm̃ q̃dẽ epl'e inq̃unt
graues sunt ⁊ fortes: pn̄tia aũt corpo-
ris infirma. ⁊ sermo ꝯtẽptibilis h̃ cogi-
tet q̃ eiusmodi ẽ: qꝛ q̃les sumus verbo ꝑ
epl'as absentes: tales ⁊ pn̄tes ĩ facto Nõ
enĩ audem⁹ inserere: aut cõparare nos q̃
busdã q̃ seip̃os cõmẽdãt sꝫ ip̃i ĩ nob̃ nos-
metip̃os metiẽtes. ⁊ cõparãtes nosmet
ip̃os nobis. Nos aũt nõ ĩ immẽsuꝫ glo
Eph. 4. a. riabimur: sꝫ ꝑm mẽsurã regule q̃ mẽsus
Apoc. 21. c. ẽ nobis deus mẽsurã ꝑtingendi vsq̃ꝫ ad
D vos Nõ eĩ q̃si nõ ꝑtigẽtes ad vos supex
tẽdim⁹ nos. Usq̃ꝫ ad vos enĩ ꝑuenim⁹
in euãgelio christi: nõ in ĩmensuꝫ gloriã
tes in alienis laboribꝫ Spez aũt hn̄tes
crescẽtis fidei vr̃e. in vobis magnifica
ri ꝑm regulã nr̃am ĩ abũdantia: etiã ĩ illa
que vltra vos sunt euãgeliçare nõ ĩ alie
na regula ĩ his que ꝑparata sunt gloria
i. Cor. 1. d. ri. Qui aũt gloriat̃ in dn̄o glorieť. Non
Hiere. 9. enĩ qui seip̃m cõmendat ille ꝓbatus ẽ:
sꝫ quẽ deus commendat.

XI

A Utinã sustineretis modicũ quid
insipiẽtie mee: sed et supporta-
te me. Emulor enĩ vos dei emu
latione despõdi enĩ vos vni viro v̄ginẽ
castã exhibere christo. Timeo autẽ ne si-
cut serpẽs seduxit euã astutia sua ita cor
rũpant̃ sensus vr̃i. ⁊ excidãt a simplicita
te que ẽ in christo iesu. Nã si is qui venit
aliũ christũ ꝑdicat quẽ nõ ꝑdicauimus
aut aliũ spm̃ accipitis quẽ nõ accepistis
aut aliud euãgeliũ qd̃ nõ recepistis: re-
cte pateremini. Existimo eniꝫ nihil me
minus fecisse a magnis apl'is. Nã et si
imperitus sermone: sꝫ nõ sciẽtia. In oĩ-
bus aũt manifestus suꝫ vobis. Aut nũ-
quid peccatũ feci meip̃m humilians: vt
B vos exaltemini? Qm̃ gratis euãgelium
dei euãgeliçaui vobis. alias ecclesias ex
poliaui accipiẽs stipendiũ ad ministeriũ
vestrũ. et cũ essem apud vos et egerem
nulli onerosus fui. Naꝫ qd̃ mihi deerat
suppleuerũt fratres qui venerũt a mace
donia ⁊ in oĩbꝫ sine onere me vobis ser-
uaui et seruabo. Est veritas christi ĩ me:
qm̃ hec gloriatio nõ infringet̃ in me ĩ re
gionibꝫ achaie Quare? Quia nõ diligo
vos: Deus scit. Quod aũt facio: ⁊ faciã.
vt amputẽ occasionẽ eoꝝ. qui volũt oc-
casionẽ: vt in q̃ gloriant̃: ĩueniant̃ sicut
et nos. Naꝫ eiusmodi pseudo apl'i sunt
oparij subdoli: trãsfigurãtes se ĩ aposto
los christi. Et nõ mirũ: Ip̃e enim satha
nas trãsfigurat se in angelum lucis Nõ
est ergo magnum si mĩstri ei⁹ transfign
rent̃ velut mĩstri iusticie quoꝝ finis erit
ꝑm opa ip̃oꝝ. Iteruꝫ dico: ne q̃s me pu
tet insipiẽtẽ esse. Alioquin velut insipiẽ
tem accipite me: vt et ego modicũ quid
glorier. Qd̃ loquor nõ loq̃r ꝑm deũ. sꝫ q̃ C
si ĩ insipiẽtia: ĩ hac substãtia glorie. Qm̃
multi gloriant̃ ꝑm carnẽ. ⁊ ego gloriabor
Libẽter enĩ suffertis insipiẽtes: cũ sitis
ipsi sapientes. Sustinetis enĩ si q̃s vos
in seruitutẽ redigit. si q̃s deuorat. si quis
accipit. si quis extollit̃. si q̃s in faciez vos
cedit. Scd̃m ignobilitatẽ dico: q̃si nos
infirmi fuerim⁹ in hac ꝑte. In quo quis
audet. ĩ insipiẽtia dico. audeo ⁊ ego He
brei sũt et ego: Israelite sũt. ⁊ ego. Se-
men abrae sunt et ego. Ministri christi i. Cor. 4. a.
sunt et ego. Ut minus sapiẽs dico. plus s. 6. a.
ego: In laboribꝫ plurimis. in carceribꝫ i. Timo. 3. c.
abũdantius. in plagis supra moduꝫ. in
mortibꝫ frequẽter. A iudeis quinquies
quadragenas vna minus accepi. Ter
virgis cesus suꝫ. semel lapidatus sũ. ter
naufragium feci. Nocte ⁊ die in ꝓfundo D
mar̃ fui. In itineribꝫ sepe. periculis flu
minũ. periculis latronũ. periculis ex ge-
nere. periculis ex gẽtibus. periculis in ci
uitate. periculis in solitudine. periculis
in mari. periculis in falsis fratribꝫ. In 2. Thessal. 3. b.
labore ⁊ erũna. in vigilijs multis. In fa Deut. 28.
me ⁊ siti. in ieiunijs multis. In frigore
et nuditate. ꝑter illa que extrinsec⁹ sunt
instãtia mea q̃tidiana. sollicitudo omni
um ecclesiarũ. Quis infirmat̃. ⁊ ego nõ
infirmor? Quis scãdaliçatur ⁊ ego non

vror? Si gloriari oportet· que infirmita
tis mee sunt gloriabor. De⁹ ⁊ pater dñi
nr̄i iesu christi scit q̄ est bñdict⁹ ī secula ꝙ
non mentior. Damasci p̄positus gentis
arethe regis custodiebat ciuitatē dama-
Act. 9. c. scenorū vt me cōprehēderet / ⁊ per fene
strā in sporta dimissus sum per murum
et sic effugi manus eius. XII

A Si gloriari oportet: non expedit
quidē. Veniā aūt ad visiones ⁊
reuelatōes dñi. Scio hoīem in
christo ante annos quattuordecim siue
in corpe siue extra corp⁹ nescio: de⁹ scit:
raptū huiusmodi vsq̄ ad tertiū celum.
Et scio huiusmodi hominē siue in cor-
pore siue extra corpus nescio de⁹ scit: qm̄
raptus est in paradisum· et audiuit ar-
cana verba que non licet homini loqui.
Pro huiusmodi gloriabor· ꝓ me aūt ni-
hil nisi in infirmitatib⁹ meis. Nam ⁊ si
voluero gloriari: non ero insipiēs. Ve-
ritatē enī dicā. Parco aūt: ne quis me
B existimet supra id quod videt in me· aut
audit aliq̄d ex me. Et ne magnitudo re
uelationū extollat me: datus ē mihi sti-
mulus carnis mee angel⁹ sathane qui
me colaphiçet. Propter qd̄ ter dñm ro
rogaui vt discederet a me: et dixit mihi
/ Sufficit tibi gratia mea. Nam virt⁹
Deut. 3. in infirmitate ꝑficit̄ Libenter igit̄ gloria
bor in infirmitatib⁹ meis: vt inhabitet
in me virtus christi· Propter quod pla
ceo mihi in infirmitatib⁹ meis: in cōtu-
melijs· in necessitatib⁹· in ꝑsecutionib⁹·
in angustijs ꝓ christo. Cuz enī infirmor
tūc potēs suz. Factus sum insipiēs: vos
me coegistis· Ego enī a vobis debui cō-
mendari. Nihil enī minus feci ab his q̄
C sunt supra modū apl̄i. Taz et si nihil suz
signa tñ apostolatus mei facta sunt sup̄
vos in omni patiētia· in signis ⁊ ꝓdigijs
et virtutib⁹. Quid est enī quod minus
habuistis p̄ ceteris ecclesijs: nisi qd̄ ego
ip̄e nō grauaui vos? Donate mihi hāc
iniuriā. Ecce tertio hoc paratus sum ve
nire ad vos et nō ero grauis vobis. Nō
enī quero que vr̄a sunt sed vos. Nec enī
debent filij parētib⁹ thesauriçare· sz parē-
tes filijs Ego aūt libentissime impēdam
et sup̄impēdar ego ip̄e ꝓ aīab⁹ vestris· li
cet plus vos diligēs· minus diligar. Sz
esto. Ego vos nō grauaui: sed cū essem
astutus dolo vos cepi. Nūquid ꝑ aliquē
eoruz quos misi ad vos circūueni vos.
Rogaui titū et misi cū illo fratrē. Nun- D
quid titus vos circūuenit? Nōne eodez
spū ambulauim⁹? Nōne eisdē vestigijs?
Olim putatis ꝙ excusemus nos apud
vos? Corā deo ī christo loquimur. Oīa
enī charissimi ꝓpter edificationē vr̄am:
Timeo enī ne forte cū venero· non q̄les
volo inueniā vos· et ego inueniar a vo-
bis qualē nō vultis: ne forte ꝯtentiones
emulatōes· aīositates· dissensiones· de
tractōes· susurratōes· inflatōes· seditio
nes sint īter vos. Ne iter̄ cū venero hūi
liet me deus apud vos et lugeā multos
ex his qui ante peccauerunt et non ege-
runt penitentiam super immundicia et
fornicatione et impudicitia quam ges-
serunt. XIII

A Ecce tertio hoc venio ad vos / vt
in ore duor̄ vel triū testium sta- Deut. 17.
bit omne verbū. Predixi enī ⁊ p̄ Mat. 18. c.
dico· vt pñs vobis· ⁊ nūc absens his qui Heb. 10. d.
ante peccauerūt ⁊ ceteris oīb⁹: qm̄ si ve- Joh. 8. c.
nero iter̄ nō ꝑcā. An exp̄imētū q̄rit̄ ei⁹
qui in me loquit̄ christ⁹? Qui in vobis
nō infirmat̄· sz potēs ē in vobis. Nā et si
crucifixus ē ex infirmitate: sz viuit ex vir
tute dei. Nā et nos infirmi sum⁹ in illo. B
sed viuemus in eo ex virtute dei in vob
Vosmetip̄os tēptate: si estis in fide· ip̄i
vos probate. An nō cognoscit̄ vosmet
ip̄os: qr̄ christus iesus in vobis est? Nisi
forte reprobi estis. Spero aūt ꝙ cogno
scitis: qr̄ nos non sumus reprobi. Ora- C
mus aūt deū vt nihil mali faciatis: non
vt nos ꝓbati paxcamus· sed vt vos qd̄
bonū est faciatis. Nos aūt vt reprobi si-
mus. Nō possum⁹· n· aliquid aduersus
veritatē· sed ꝓ v̄itate. Gaudem⁹· n· qm̄
nos īfirmi sum⁹· vos aūt potentes estis
Hoc ⁊ oram⁹: vr̄az ꝯsūmatōez. Ido enī
hec absens scribo: vt nō pñs durius agā
s̄m potestatē quam dominus dedit mihi

in edificationē ⁊ nō in destructionē. De cetero fratres gaudete: pfecti estote: exhortamini: idipm sapite. Pacē habete ⁊ deus pacis ⁊ dilectōis erit vobiscū. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutāt vos omnes sancti. Gratia dñi nri iesu chr̄isti. ⁊ charitas dei. ⁊ cōicatio sancti spūs. sit cum omnibus vobis. Amen.

Explicit epistola Pauli ad Corinthios secunda. Incipit argumentum in epistolam ad Galathas.

Galathe sunt greci. Hi vbuz veritatis primuz ab apostolo acceperūt. sed post discessum eius tēptati sunt a falsis apostolis. vt in legem et circūcisionem verterentur. Hos apostolus reuocat ad fidem veritatis: scribens eis ab exordio.

Explicit argumentum. Incipit epistola Pauli ad Galathas. Capitulum. I

Paulus apostolus nō ab hominib ne q̄ p hoiem sed p iesum chr̄istū ⁊ deū patrē q̄ suscitauit eum a mortuis et qui mecū sūt omnes fratres: ecclesijs galathie. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino iesu chr̄isto: qui dedit semetipm p peccatis nostris vt eriperet nos de presenti seculo nequa fm voluntatē dei ⁊ patris nri. cui ē gloria in secula seculorū amen. Miror q̄ sic taz cito trāsferimini ab eo q̄ vos vocauit in gratiaz chr̄isti in aliud euāgeliū: quod non ē aliud nisi sūt aliq̄ qui vos p̄turbāt: ⁊ volūt conuertere euangeliū chr̄isti. Sed licet nos aut angelus de celo euāgeliçet vobis preter q̄ quod euāgeliçauimus vobis. anathema sit. Sicut predixim⁹ et nunc iterū dico: si quis vobis euāgeliçauerit p̄ter id q̄ accepistis: anathema sit. Modo enī hoib⁹ suadeo an deo? An quero hominib⁹ placere? Si adhuc hominibus placerē chr̄isti seruus nō essez Notū enī vobis facio fratres euangeliū quod euangeliçatū est a me: quia nō est fm hoiem. Neq̄ enīz ego ab hoīe accepi illud neq̄ didici: sed p reuelationē iesu chr̄isti. Audistis enī q̄uersatōz meā aliqn in iudaismo qm supra modum p̄sequebar ecclesiā dei: et expugnabā illā: ⁊ proficiebā in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo. abūdantius emulator existes paternarū mearū traditionū. Cū autē placuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee ⁊ vocauit p gr̄am suā vt reuelaret filiū suū in me vt euāgeliçarem illū in gentib⁹: ptinuo nō acquieui carni ⁊ sanguini Neq̄ veni hierosolymā ad antecessores meos apl̄os: sed abij in arabiā ⁊ iterū reuersus sum damascū. Deinde post annos tres veni hierosolymā videre petrū et mānsi apud eū diebus quindecim. Aliū aūt apl̄oz vidi neminē nisi iacobū fratrē dñi. Que aūt scribo vobis: ecce cora deo q̄ nō mētioz. Deinde veni in p̄tes syrie ⁊ cilicie. Erā aūt ignot⁹ facie ecclesijs iudee. que erāt in chr̄isto. Tantū aūt auditū habebāt: qm qui p̄sequebatur nos aliqn. nūc euāgeliçat fidē quā aliqn expugnabat. ⁊ in me clarificabant deum. II

Deinde post annos quattuordecim iterū ascēdi hierosolymam cum barnaba assumpto et tito. Ascendi aūt fm reuelationē et cōtuli cū illis euāgeliū quod p̄dico in gētib⁹. Seorsuz aūt his qui videbant aliquid esse ne forte i vacuū currerē aut cucurrissez Sed neq̄ titus qui mecū erat. cuz esset gētilis cōpulsus ē circūcidi: sed propter subintroductos falsos fratres qui subintroierūt explorare libertatē nraz quaz habemus in chr̄isto iesu: vt nos in seruitutē redigerēt. Quib⁹ neq̄ ad horā cessimus subiectioni: vt veritas euāgelij p̄maneat apud vos. Ab his aūt qui videbant esse aliquid. quales aliqn fuerit nihil mea interest. Deus enī p̄sonā hoīs nō accipit. Mihi enī qui videbant esse aliquid nihil contulerūt. sed ecōtra cuz vidissent q̄ creditū est mihi euāgeliū p̄putij. sicut ⁊ petro circūcisionis: qui enī

Mat. 5. a

Ro. 2. h. Eph. 6. b. Col. 3. d Act. 10. c. Ja. 2 b.

opatus est petro in apostolatū circūcisionis·opatus est ⁊ mihi inter gētes·et cū cognouissent grām q̄ data ē mihi· iacobus et cephas ⁊ iohānes q̄ videbant colūne esse dextras dederūt mihi ⁊ barnabe societatis:vt nos in gētes·ipi aūt in circūcisionē:tm̄ vt pauperū memores esse mus. Qđ etiā sollicit' fui hoc ipm facere.
C Cū aūt venisset petrus antiochiā:in faciem ei restiti·q̄ reprehensibilis erat. Prius enī q̄ venirēt quidā a iacobo·cū gētibus edebat. Cū aūt venissent subtrahebat ⁊ segregabat se:timēs eos q̄ ex circūcisione erāt. Et simulatōi eius cōsenserūt ceteri iudei ita vt ⁊ barnabas duceret ab eis in illā simulatōez. Sed cū vidissez q̄ nō recte ambularēt ad veritatē euāgelij:dixi cephe coram oibus: Si tu cū iudeus sis·gētiliter vivis ⁊ nō iudaice·quō gentes cogis iudaizare? Nos natura iudei
D et nō ex gētibus pctōres. Scientes aūt q̄ nō iustificat hō ex opibus legis·nisi p fidē iesu christi·⁊ nos in christo iesu credim⁹ vt iustificemur ex fide christi ⁊ nō ex opibus legis. Propter qđ ex opibus legis nō iustificabit ois caro. Q si querentes iustificari in christo·inuenti sum⁹ et ipsi peccatores nunquid christus peccati minister est? Absit. Si enī que destruxi itez rūm hec reedifico:puaricatōez me ostituo. Ego enī p legē legi mortu⁹ sū vt deo viuam. Christo cōfixus sū cruci. Vivo autē iam nō ego: vivit vo in me christ⁹. Q aūt nūc vivo in carne. in fide vivo filij dei·qui dilexit me ⁊ tradidit seipm p me
A Nō abijcio grām dei. Si enī p legē iustitia:g̃ grat' christ⁹ mortu⁹ est.

III

O Insensati galathe:q̄s vos fascinauit nō obedire veritati? Añ q̄rū oculos christ⁹ iesus p̄script⁹ ē:⁊ i vobis crucifix⁹. Hoc solū a vob̄ volo discere:ex opibus legis spm̄ accepistis. an ex auditu fidei? Sic stulti estis vt cū spū ceperitis·nūc carne cōsūmamini. Tanta passi estis sine cā·si tm̄ sine cā. Qui ergo tribuit vobis spūm ⁊ opat' virtutes in vobis·ex opibus legis·an ex auditu fidei? Sicut scriptū ē abrahā credidit deo·⁊ re
Eccli.15.·Ro.4.· putatū est illi ad iustitiā. Cognoscite ergo q̄ qui ex fide sunt:hi sunt filij abrahe.
Ja.2.d. Prouidēs aūt scriptura·q̄ ex fide iustificat gētes de⁹·pnūciauit abrahe q̄ benedicent in te oēs gētes. Igit' q̄ ex fide sūt bndicent cū fideli abrahā. Quicūq̄ enim ex opib⁹ legis sunt·sub maledicto sunt. Scriptū ē enī Maledictus ois qui nō pmanserit in oib⁹ q̄ scripta sūt i libro legis·vt faciat ea. Q̄m autē in lege nemo iustificat apud deū·manifestū est q̄ iustus ex fide vivit. Lex aūt nō ē ex fide: sz qui fecerit ea. vivet in illis. Christ⁹ nos redemit de maledicto legis·factus p nobis maledictū·q̄ scriptū est maledict⁹ ois qui pēdet in ligno:vt in gētib⁹ bndictio abrahe fieret in christo iesu vt pollicitationē spūs accipiam⁹ p fidē. Frēs sm hoiem dico tm̄ hois confirmatū testamētū nemo spnit aut superordinat. Abrahe dicte sunt pmissiones·⁊ semini ei⁹. Nō dicit ⁊ seminib⁹ quasi in multis·sz q̄si in vno et semini tuo·qui ē christ⁹. Hoc autē dico testamētū confirmatū a deo q̄ post quadringētos ⁊ triginta ānos facta ē lex·nō irritū facit ad euacuandā pmissionem. Nā si ex lege hereditas:iā nō ex promissione. Abrahe aūt p repromissionē donauit deus. Quid igit' lex? Propter trāsgressionem posita ē:donec veniret semē cui p̄miserat:ordinata p angelos i manu mediatoris. Mediator aūt vnius nō ē·deus autem vnus est. Lex ergo aduersus pmissa dei? Absit. Si enī data eēt lex q̄ posset vivificare:vere ex lege eēt iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato:vt pmissio ex fide iesu christi daret credētibus. Priusquam autem q̄ veniret fides sub lege custodiebamur·conclusi in eā fidē que revelāda erat. Itaq̄ lex pedagogus noster fuit in christo vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides:iam non sumus sub pedagogo. Omnes enim filij dei estis per fidem que est in christo iesu
Ro.6.a. Quicunq̄ enim in christo baptizati estis: christum induistis. Non est iudeus neq̄ grecus: non est seruus neq̄ liber: non est masculus neq̄ femina

Omnes enī vos vnū estis in christo ie
su. Si aūt vos christi: ḡ semē abrae estis
ſm ꝓmissionem heredes. IIII

A Dico aūt. Quāto tpe heres ꝑuu
lus est. nihil differt a seruo cum
sit dñs oī m: sz sub tutoribus ⁊
actoribꝫ ē vsqꝫ ad p̄finitū tps a pr̄e Ita ⁊
nos cū essem⁹ ꝑuuli sub elemētis mūdi
i. Timot. i. b. eramus seruiētes. At vbi venit plenitu
do tpis. misit de⁹ filiū suū factū ex mulie
re factū sub lege: vt eos q̄ sub lege erāt
redimeret. vt adoptōez filioꝝ recipem⁹
Qm̄ aūt estis filij dei: misit de⁹ spm̄ filij
sui in corda vr̄a clamātez. abba pat̄. Ita
qꝫ iam nō ē seru⁹: sz fili⁹. Q si fili⁹ ⁊ heres
B ꝑ deū. Sz tūc quidē ignorātes deuz his
qui natura nō sūt dij. seruiebatis. Nūc
aūt cū cognoueritis deū. imo cogniti si
tis a deo: qūo ꝯuertimī iteꝝ ad infirma
et egena elemēta q̄bꝫ denuo seruire vul
tis? Dies obseruatis ⁊ mēses ⁊ tpa ⁊ an
nos. Timeo vos: ne forte sine cā labora
uerim ī vobis Estote sic̄ ego: qꝛ et ego si
cut vos. Frēs obsecro vos: nihil me lesi
stis. Scitis aūt qꝛ ꝑ infirmitatē carnis
euāgeliçaui vob̄ iā pridē: ⁊ tēptatōez ve
strā in carne mea non spreuistis neqꝫ re
spuistis sz sicut angelū dei excepistis me
C sicut christū iesū. Ubi ē ḡ beatitudo vr̄a?
Testimoniū enī ꝑhibeo vobis. qꝛ si fieri
posset oculos vr̄os eruissetis ⁊ dedissetꝫ
mihi. Ergo inimic⁹ vobis fact⁹ sū veruz
dicēs vobis? Emulant̄ vos nō bene: sed
excludere vos volūt: vt illos emulemī.
Bonū aūt emulamī in bono semp. ⁊ nō
tm̄ cū p̄ñs suz apud vos. Filioli mei q̄s
iteꝝ ꝑturio donec formet̄ christ⁹ ī vobis
Vellē aūt esse apud vos mō et mutare
vocē meā: qm̄ ꝯfundor in vobis. Dicite
mihi: q̄ sub lege vultis eē. Legē nō legi
Geñ. ri. stis. Scriptū ē enī: qm̄ abraam duos fi
lios habuit. vnū de ancilla. ⁊ vnū de libe
ra. Sz qui de ancilla ſm carnē natus ē.
qui aūt de libera: ꝑ reꝓmissionem. Que
sunt ꝑ allegoriā dicta. Hec. n. sunt duo
D testamēta. Unū quidē in mōte sina ī ser
uitutem generās. que ē agar. Sina enī
mons ē in arabia qui ꝯiunct⁹ ē ei. q̄ nūc
est hierusalē. ⁊ seruit cū filijs suis. Illa
aūt q̄ sursuz ē hierl'm libera ē que ē mat̄
nr̄a. Scriptū ē enī. Letare sterilis que
nō paris: erūpe ⁊ clama q̄ non ꝑturis qꝛ Sap. 3. Esaie
multi filij deserte magis q̄ꝫ ei⁹ q̄ hēt viꝝ 54. Luce. 23. d.
Nos aūt frēs ſm ysaac ꝓmissionis filij
sumus. Sed quō tūc is qui ſm carnez
natus fuerat ꝑsequebat̄ eū qui ſm spm̄
ita et nūc. Sz quid dicit scriptura. Eij Geñ. ri.
ce ancillā ⁊ filiū eius. Nō eniz heres erit
filius ancille: cū filio libere Itaqꝫ fratres
nō sum⁹ ancille filij sed libere. qua liber
tate nos christus liberauit. V A

State: ⁊ nolite iterū iugo serui 2. Cor. 6. c.
tutis ꝯtineri. Ecce ego paul⁹ di Act. 15. a:
co vobis: qm̄ si circūcidamī chri Eccle. 13.
stus vobis nihil ꝓderit. Testificor autez
rursus oī hoī circūcidēti se: qm̄ debitor ē
vniuerse legis faciende. Euacuati estis
a christo. q̄ in lege iustificamī a gr̄a excidi
stis. Nos enī spū ex fide spē iusticie expe
ctamus. Nā in christo iesu neqꝫ circum
cisio aliquid valet neqꝫ p̄putiū: sed fides
que ꝑ charitatē opat̄. Currebatis bene.
Quis vos impediuit v̄itati nō obedire? B
Nemini ꝯsenseritis. Persuasio hec non
est ex eo q̄ vocat vos. Modicū fermētuz i. Cor. 5. b.
totā massaz corrūpit Ego ꝯfido in vobis
in dño q̄ nihil aliud sapietis. Qui autē
ꝯturbat vos: portabit iudiciū. quicūqꝫ ē
ille. Ego aūt fratres si circūcisionem ad
huc p̄dico: quid adhuc ꝑsecutōz patior?
Ergo euacuatū ē scādalū crucis. Utinā C
abscindant̄ qui vos ꝯturbant. Vos enī
in libertatē vocati estis fratres: tantum
ne libertatē in occasionē detis carnis: sz
ꝑ charitatē spūs seruire inuicē. Oīs enī
lex ī vno ſmone implet̄. diliges ꝓximū Leuit. 19. Mt.
tuū sic̄ teip̄m. Q si īuicē mordetis et co 22. g. Mar. 12.
meditis: videte ne ab inuicē ꝯsumamī. e. Lu. 10. g. Ro
Dico aūt in christo. Spū ambulate. et 13. c. Ja. 2. b.
desideria carnis nō ꝑficietis. Caro eniz Ro. 13. d.
ꝯcupiscit adūsus spūm: spūs aūt adūs⁹ i. Pe. 2. b.
carnē. Hec enī sibi inuicē aduersant̄ vt
nō q̄cūqꝫ vultis illa faciatis. Q si spiritu D
ducemī nō estis sub lege. Maīfesta sūt
āt opa carnis q̄ sūt fornicatio. īmūdicia
īpudicitia luxūia idoloꝝ ſuitus veneficia

inimicitie. ꝯtentões. emulatões. ire. ri-
xe. dissensiões. secte. inuidie. homicidia.
ebrietates. comesatiões. ⁊ his similia. q̄
p̄dico vobis sicut p̄dixi: qm̄ q̄ talia agūt
Ezech. 47. regnū dei nō ꝯsequent̄. Fruct⁹ aūt spūs
Apoc. 22. a est charitas. gaudiū. pax. patientia. beni-
gnitas. bonitas. lōganimitas. māsuetu-
do. fides. modestia. cōtinentia. castitas.
Ro. 13. d. Aduersus hmōi nō ē lex. Qui aūt sunt
i. Pe. 2. b. christi: carnē suā crucifixerūt cū vitijs ⁊
concupiscentijs. VI

A Si spū viuim⁹ spū ambulemus
Nō efficiamur inanis glorie cu-
pidi inuicē ꝓuocātes: inuicē in-
Mat. 18. c. uidentes. Fratres et si p̄occupat⁹ fuerit
Luc. 17. a. homo in aliquo delicto. vos qui spūales
estis hmōi instruite in spū lenitatis. ꝯsi-
derās teip̄m. ne ⁊ tu tempteris. Alter al-
terius onera portate: ⁊ sic adimplebitis
legē christi. Nā si q̄s existimat se aliq̄d eē
cū nihil sit: ip̄e se seducit. Op⁹ aūt suuz
ꝓbet vnusquisq; ⁊ sic in semetip̄o tātuz
B gloriā habebit et nō in altero. Vnusq̄sq;
enī onus suū portabit. Cōmunicet autē
is qui catheticat̄ verbo: ei q̄ se catheticat
in oībꝫ bonis. Nolite errare: deus nō irri-
pū. 22. i. Cor. detur. Que enī seminauerit homo: hec ⁊
15. d. Hiere. 12. metet. Qm̄ si seminat in carne sua: de
2. Cor. 9. b. carne ⁊ metet corruptōem. qui aūt semi-
2. Thessal. 3. c. nat in spū: de spū metet vitā et̄naz. Bo-
nū aūt faciētes nō d̄ficiamus: tp̄e enim
C suo metemus nō deficiētes. Ergo dum
tempus habemus. op̄emur bonū ad om-
nes: maxime autez ad domesticos fidei.
Videte qualibꝫ litteris scripsi vob̄ mea
manu. Quicūq; enī volūt placere ī car-
ne. hi cogūt vos circūcidi: tantū vt cru-
cis christi p̄secutōez nō patiant̄. Neq; eī
qui circūcidunt̄. legē custodiūt. sz volūt
vos circūcidi. vt in carne vestra glorient̄.
D Mihi aūt absit gloriari nisi in cruce dn̄i
nr̄i iesu christi. per quē mihi mund⁹ cru-
cifixus ē. et ego mundo. In christo eniz
iesu neq; circūcisio aliquid valet neq; p̄-
putium: sed noua creatura. Et quicūq;
hanc regulam secuti fuerint: pax sup̄ il-
los et misericordia ⁊ super israel dei. De
cetero nemo mihi molestus sit. Ego eī

stigmata domini iesu in corpore meo por-
to. Gratia dn̄i nostri iesu christi cuz spi-
ritu vestro fratres. Amen.

Explicit epistola Pauli ad Galathas
Incipit argumētū ī epl'az ad Ephesios.

Ephesij sūt asiani. Hi acce-
pto verbo veritatis. persti-
terūt in fide. Hos collau-
dat apl's: scribēs eis a rho-
ma de carcere per tychicuz diaconem.

Explicit argumentum Incipit episto-
la Pauli ad Ephesios Capitulum I

A Paulus apo-
stolus christi iesu per
voluntatē dei: omibꝫ
sanctis qui sūt ephe-
si et fidelibus in chri-
sto iesu: Gratia vob̄
et pax a deo patre nostro et domino iesu
christo. Benedictus deus et pater domi-
ni nostri iesu christi qui benedixit nos in
omni benedictōe spūali in celestibus in
christo. sicut elegit nos in ip̄o ante mū-
di constitutōez: vt essemus sancti ⁊ īma-
culati in ꝯspectu eius in charitate. Qui
predestinauit nos in adoptionē filioruz
p̄ iesum christū in ip̄m s̄m ꝓpositū volū-
tatis sue in laudē glorie gratie sue: ī qua
gratificauit nos in dilecto filio suo: in q̄
habemus redemptionē p̄ sanguinē eius
remissionē pctōꝝ s̄m diuitias gratie ei⁹
que super abūdauit in nobis in omī sa-
pientia et prudētia: vt notū faceret no-
bis sacramentū volūtatis sue s̄m bene-
placitū eius quod proposuit in eo in dis-
pensatione plenitudinis temporum in-
staurare omīa in christo que in celis ⁊ q̄
in terra sūt in ip̄o. In q̄ etiā nos sorte Col. i. b.
vocati sum⁹ p̄destinati s̄m ꝓpositū eius C
qui op̄at̄ oīa s̄m consiliū volūtatis sue:
vt simus in laudē glorie eius nos q̄ au-
te sperauimus in christo. In quo et vos
cū audissetis verbū veritatis euāgelium
salutis vr̄e: in q̄ ⁊ credētes signati estis

spū ꝓmissiōis sancto·q̄ est pign⁹ heredi-
tatis nr̄e in redēptōez acquisitōis in lau
dē gl'ie ip̄i⁹. Propterea et ego audiēs fi
dē vr̄az q̄ ē in christo iesu· ⁊ dilectiōez in
omnes sanctos: nō cesso gr̄as agēs ꝓ vo
bis memoriā vr̄i faciēs in orōib⁹ meis·
D vt deus dn̄i nostri iesu christi pater gl'ie
det vobis spūm sapie et reuelatōnis in
agnitōez ei⁹ illuiatos oculos cordis vr̄i:
vt sciatis q̄ sit spes vocatōis ei⁹: ⁊ q̄ diui
tie glorie hereditatis ei⁹ in scis· ⁊ q̄ sit su
pereminēs magnitudo virtutis eius in
nos q̄ credim⁹ ꝟm opatōez potētie v̄tu-
tis ei⁹ quā opat⁹ ē in christo suscitās illū
a mortuis· ⁊ ꝯstituēs ad dexteram suam
in celestib⁹ supra oēm principatū ⁊ ptā-
tem et virtutē et dn̄ationez· ⁊ oē nomē
qd̄ noiat̄ nō solū in hoc seculo· sz etiaz in
futuro· et oīa subiecit sub pedib⁹ ei⁹. Et
ip̄m dedit caput supra oēm eccīaz que ē
corpus ip̄ius· et plenitudo ei⁹ qui omīa
A in omib⁹ adimplet̄. II
Et vos ꝯuiuificauit cuz essetis
mortui delictis et pctis vr̄is in
quib⁹ aliqn̄ ambulastis ꝟm seculū mun
di huius ꝟm p̄ncipē ptātis aeris hui⁹·
spūs qui nūc opat̄ in filios diffidētie: in
quib⁹ ⁊ nos oēs aliqn̄ ꝯuersati sum⁹ ī de
sideriis carnis nostre faciētes volūtatē
B carnis ⁊ cogitationū· ⁊ eram⁹ natura fi-
lij ire sicut ⁊ ceteri. De⁹ aūt q̄ diues ē in
misericordia ꝓpter nimiā charitatē suaz
qua dilexit nos: ⁊ cū essem⁹ mortui pec-
catis ꝯuiuificauit nos ī christo cui⁹ gr̄a
estis saluati ⁊ ꝯresuscitauit ⁊ ꝯsedere fec̄
in celestib⁹: ī christo iesu vt on̄deret in se
culis supueniētib⁹ abūdantes diuitias
gratie sue in bonitate sup̄ nos ī christo ie
su Gratia enī estis saluati ꝑ fidē ⁊ h̄ non
ex vobis. Dei enī donū est: nō ex opib⁹:
vt ne q̄s glorie t̄. Ip̄i⁹ enī sum⁹ factura:
C creati in christo iesu in opib⁹ bonis· q̄ p̄-
parauit de⁹ vt ī illis ambulem⁹. Propt̄
qd̄ memores estote ꝙ aliqn̄ vos q̄ gen-
tes eratis in carne q̄ dicebamī p̄putium
ab ea q̄ dicit̄ circūcisio in carne manufa-
cta: q̄ eratis illo ī tp̄e sine christo aliena-
ti a ꝯuersatōe isrl̄ ⁊ hospites testamētoꝝ
ꝓmissiōis spez nō h̄ntes· ⁊ sine deo ī hoc
teros iudicabit de⁹. Sint mores sine a-
uaricia. cōtenti presentib⁹. Ipse eī dixit
Nō te deseram neq̄ꝫ derelinquam: ita vt
B ꝯfidenter dicam⁹. Dn̄s mihi adiutor ē:
nō timebo q̄d faciat mihi homo. Memē
tote prepositoꝝ vr̄oꝝ q̄ vobis locuti sūt
verbū dei: quoꝝ intuētes exitū ꝯuersati-
onis. imitamini fidē. Iesus christus he-
ri ⁊ hodie: ipse ⁊ in secula. Doctrinis va
riis ⁊ ꝑegrinis nolite abduci Optimū ē
enī gr̄a stabilire cor: nō escis q̄ nō ꝓfue-
runt ambulantib⁹ in eis. Habem⁹ alta-
re: de quo edere nō hn̄t ptātem q̄ taber-
naculo deseruiūt Quoꝝ enī aīaliū infer
tur sanguis ꝑ peccato in sancta ꝑ ponti-
ficem: hoꝝ corpa cremantur extra castra
Propter qđ ⁊ iesus vt scīficaret ꝑ suuꝫ
sanguinē ꝓpl'm extra portā passus est Ex C
eamus igit̄ ad eū extra castra. improperi
um ei⁹ portātes. Nō enī habem⁹ hic ma
nentē ciuitatē: sed futurā inq̄rim⁹. Per
ip̄m g̃ offeram⁹ hostiā laudis sp̄ deo idē
fructū labioꝝ ꝯfitentiū nomini ei⁹. Bn̄
ficientie aūt ⁊ cōmūionis nolite obliui
sci. Talib⁹ enī hostiis ꝓmeret̄ de⁹. Obedi
te prepositꝫ vr̄is: ⁊ subiacete eis. Ip̄i enī
ꝑuigilant q̄si rōem ꝓ aīab⁹ vr̄is redditu
ri: vt cū gaudio hoc faciant: ⁊ nō gemen
tes. Hoc enī nō expedit vob̄. Orate pro
nobis. Cōfidim⁹ enī qꝛ bonā ꝯsciam ha
bem⁹ in oīb⁹ bene volētes ꝯuersari. Am- D
plius aūt deꝑcor vos hoc facere: quo cele
rius restituar vob̄. De⁹ aūt pacis q̄ edu
xit de mortuis pastorē magnū ouiū ī san
guine testamēti eterni dn̄m nr̄m iesum
christū. aptet vos in oī bono vt faciat̄ ei⁹
voluntatē: faciēs in vob̄ qđ placeat corā
se ꝑ iesum christū: cui est gl'ia in secl'a se-
culoꝝ Amē. Rogo aūt vos frēs vt suffe
ratis verbū solacij. Etenī ꝑ pauc̄ scripsi
vob̄. Cognoscite frēm vr̄m timotheū di
missuꝫ: cū q̄ si celeri⁹ venerit videbo vos
Salutate om̄s prepositos vr̄os: ⁊ om̄s
sanctos. Salutant vos de italia fratres
Gratia cum oībus vobis Amen.

Explicit epistola Pauli ad Hebreos.
Incipit prefatio beati hieronymi p̄sby-
teri in librum Actuum apostolorū.

Canit psalmista: ambulabunt
de virtutib⁹ in v̄tutes. Post
apl'i pauli epl'as dudū vobis
vno volumine translatas dō-
non ⁊ rogatiōe charissimi. actus apl'orū
cōpellitis vt trāsferam ī latinū: quē libꝝ
nulli dubium est a luca antiocheno arte
medico (qui postea inseruiens paulo apo
stolo christi fact⁹ est discipl's) fuisse editū
Ceruices premit imposita sepius oner̄
magnitudo: qꝛ studia inuidoꝝ rep̄hensi-
one digna putant ea q̄ scribim⁹. Illorū
nunq̄ꝫ odio ⁊ detractione. iuuante chri-

sto meum filebit eloquium.

Actus apostolorum nudā quidē videntur sonare historiā: et nascētis ecclesie infantiā texere: sed si nouerimus scriptorē eorū lucam esse medicū. cuius laus est in euangelio: aīaduertimus pariter oīa verba illius anime languentis esse medicinam.

Item alius prologus.

Lucas antiochensis natione syrus cuius laus in euangelio canitur: apud antiochiā medicine artis egregius: et apostolorum christi discipulus fuit: postea vsque ad cōfessionē paulū secutus apostolum. sine crimine in virginitate permanēs. deo maluit seruire. Qui septuagīta et quattuor ānos etatis agens in bithynia obijt plenus spūsctō: quē instigante in achaie partibus euāgeliuz scribens grecis fidelibus incarnationez dñi fideli narratōe ondit: eundēque ex stirpe dauid descendisse monstrauit. Cui nō immerito scribendorum actuū apostolicorum ptās in ministerio datur: vt deo in deū pleno. et filio perditiōis extincto. oratione ab apostolis facta. sorte dñice electiōis numerus cōpleretur. Sicque paulus consummationē apostolicis actibus daret: quē diu contra stimuluz calcitrantē dñs elegisset. Quod legentibus et requirentibus deū breui potius volui ondere sermone: quam prolixius aliquid fastidiētibus prodidisse: sciens quod operantē agricolā oporteat primū de suis fructibus edere. Quē ita diuina subsecuta est gratia vt nō soluz corporibus. sed etiā aīabus eius proficeret medicina.

Incipit liber actuum apostolorum beati Luce euangeliste. Capitulum I

A i. Esdre. 7. Mat. 5. c. Ja. i. d. Ro. 2. c.

Primū quidem sermonē feci de oībus o theophile quē cepit iesus facere et docere vsque in diē quē precipiens apostolis per spiritū sanctū quos elegit assumptus est. Quibus et prebuit seipsum viuū post passionē suam in multis argumētis. per dies quadragīta apparens eis: et loquēs de regno dei. Et cōuescens precepit eis ab hierosolymis ne discederent. sed expectarēt promissionē patris quā audistis inquit per os meū. quia iohannes quidē baptiçauit aqua: vos aūt baptiçabimini spūsancto nō post multos hos dies. Igitur qui cōuenerant interrogabāt euz dicentes. Dñe si in tpe hoc restitues regnū israel? Dixit aūt eis: Non est vestrum nosse tempora vel momēta que pater posuit in sua ptāte: sed accipietis virtutē superuenientis spūssancti in vos: et eritis mihi testes in hierusalē et in omni iudea et samaria et vsque ad vltimū terre. Et cū hec dixisset. videntibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eū ab oculis eorū. Cunque intuerentur in celū euntez illum. ecce duo viri astiterūt iuxta illos in vestibus albis: qui et dixerunt: Viri galilei quid statis aspiciētes in celū? Hic iesus qui assumptus est a vobis in celū: sic veniet quēadmodū vidistis eum euntē in celū. Tunc reuersi sunt hierosolymā a mōte qui vocatur oliueti qui est iuxta hierusalem sabbati hñs iter. Et cū introissent in cenaculū ascenderūt vbi manebat petrus et iohannes et iacobus et andreas philippus et thomas bartholomeus et matthe-us: iacob alphei et simon çelotes et iudas iacobi. Hi oēs erant perseuerātes vnanimiter in oratione cū mulieribus et maria matre iesu et fratribus eius. In diebus illis exurgens petrus in medio fratruz dixit Erat aūt turba hoīm simul fere centuz viginti. Viri frēs: oportet impleri scripturā quā predixit spūsscūs: per os dauid de iuda qui fuit dux eorum qui cōprehenderunt iesum qui cōnumeratus erat in nobis: et sortitus est sortem ministerij huius Et hic quidē possedit agruz de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit medius: et diffusa sunt oīa viscera eius. Et notū factum est oībus habitantibus hierusalem ita vt appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach. hoc ē ager sanguinis. Scriptum est enī in libro psalmorum. Fiat cō-

j. ii. b. et. 19. a

Luc. 24. g. j. 12. c. et. 10. d. Vr. 16. g. B Apoc. ii. c.

Jo. 20. c.

Mat. 10. a Mar. 3. d. Luce. 6. c.

Judith. 5.

C

D ps. 108.

moratio eoꝝ deserta: ⁊ nō sit q̄ inhabitet
in ea. Et episcopatū eius accipiat alter.
Oportet ḡ ex his viris qui nobiscuꝫ sūt
cōgregati in omī tp̄e quo intrauit ⁊ ex-
iuit inter nos dn̄s iesus incipiens a ba
ptismate iohānis. vsq̄ in diē qua assum
ptus est a nobis testem resurrectiōis ei⁹
j.4.d. nobiscū fieri vnum ex istis. Et statuerūt
duos: ioseph qui vocabat̄ barsabas. qui
cognoīatus est iustus: ⁊ matthiam. Et
orantes dixerunt: Tu dn̄e qui corda no
sti omniū: oñde quē elegeris ex his duo
bus vnū accipere locū ministerij huius
⁊ apostolat⁹: de quo p̄uaricatus est iudas
vt abiret in locū suū. Et dederūt sortes
eis. Et cecidit sors sup̄ matthiam: ⁊ an-
numerat⁹ est cū vndecim apl'is. II
A Et cū cōplerent̄ dies pentecostes
erant oēs p̄iter in eodem loco.
Et factus est repente de celo so
nus. tanq̄ aduenientis spūs vehementis
⁊ repleuit totā domū vbi erant sedētes
Et apparuerūt illis disp̄tite lingue tan
j.4.d.⁊.19.a. q̄ ignis. seditq̄ supra singulos eoꝝ. Et
repleti sunt oēs spūsancto: ⁊ ceperunt lo
qui varijs linguis p̄ut spūsscūs dabat
eloqui illis. Erant aūt in hirl'm habitā
tes iudei viri religiosi: ex oī natiōe q̄ sub
celo est. Facta aūt hac voce ꝯuenit mul-
titudo ⁊ mente cōfusa est: qm̄ audiebat
vnusquisq̄ lingua sua illos loquentes.
Stupebant aūt oēs ⁊ mirabant̄ dicētes
Nonne ecce oēs isti qui loquuntur gali
lei sunt? Et quō nos audiuim⁹ vnusq̄s
q̄ linguā nr̄am in q̄ nati sum⁹? Parthi
⁊ medi ⁊ elamite. ⁊ qui habitant mesopo
tamiam. iudeā ⁊ cappadociā. pontū ⁊ asi
am. phrygiam ⁊ pamphiliā. egyptum et
p̄tes libye. que est circa cirenen. et adue-
ne romani. iudei quoq̄ ⁊ proseliti chre-
tes ⁊ arabes: audiuim⁹ eos loquētes no
stris linguis magnalia dei. Stupebant
aūt oēs: ⁊ mirabant̄ adinuicem dicētes.
B Quid nā vult hoc esse? Alij aūt irriden-
tes dicebant: quia musto pleni sunt isti
Stans aūt petrus cum vndecim eleua
uit vocem suā: ⁊ locutus est eis. Viri iu
dei ⁊ qui habitat̄ hirl'm vniuersi: hoc vo

bis notū sit: ⁊ auribꝫ p̄cipite verba mea
Nō enī sicut vos estimatis hi ebrij sunt
cū sit hora diei tertia. Sed hoc est qd̄ di
ctuꝫ est p̄ p̄phetam iohel. Et erit ī nouis Johel.2.
simis diebꝫ dicit dn̄s effundam de spiri Esa.44.
tu meo sup̄ oēꝫ carnē. Et p̄phetabūt filij
vestri ⁊ filie vr̄e: ⁊ iuuenes vr̄i visiones
videbūt ⁊ seniores vr̄i somnia somnia-
bunt: Et quidē sup̄ seruos meos ⁊ ancil
las meas in diebꝫ illis effundam de spū
meo ⁊ p̄phetabūt: et dabo p̄digia in celo
sursum. ⁊ signa in terra deorsuꝫ: sangui-
nem ⁊ ignē ⁊ vaporē fumi. Sol ꝯuerte Johel.2.⁊.3.
tur in tenebras ⁊ luna in sanguinez: an-
teq̄ veniet dies dn̄i magn⁹ ⁊ maīfestus
Et erit oīs quicūq̄ inuocauerit nomē Mat.10.e.⁊.24
dn̄i saluus erit. Viri israelite. audite ver b. Johel.2.
ba hec. Jesum naçarenū virū approba- Ro.10.c.
tum a deo in vob̄ virtutibꝫ ⁊ p̄digijs ⁊ si j.5.d.
gnis q̄ fecit de⁹ p̄ illū in medio vr̄i sicut
scitis. hūc definito cōcilio ⁊ p̄scientia dei
traditū p̄ manus iniquoꝝ. affigētes in-
teremistis. Quē deus suscitauit solutis j.10.d.
doloribꝫ īferni: iuxta qd̄ impossibile erat
teneri illū ab eo. Dauid enī dicit in eū: C
Prouidebā dn̄m in cōspectu meo sem ps.15.
per: qm̄ a dextris est mihi ne cōmouear.
Propter h̄ letatū est cor meuꝫ ⁊ exulta-
uit lingua mea: insup̄ ⁊ caro mea requi-
escet in spe. Qm̄ nō dereliques aīaꝫ me-
am in inferno: nec dabis scm̄ tuū vide-
re corruptionē. Notas mihi fecisti vias
vite: replebis me iocūditate cū facie tua
Viri frēs: liceat audenter dicere ad vos
de patriarcha dauid qm̄ defunctus est. ⁊
sepult⁹ est. ⁊ sepulcrū eius est apud nos
vsq̄ in hodiernū diē. Propheta igit̄ cuꝫ
esset ⁊ sciret q̄ iureiurādo iurasset illi de
us de fructu lumbi ei⁹ sedere sup̄ sedeꝫ
eius: p̄uidens locut⁹ est de resurrectiōe
christi: q̄ neq̄ derelict⁹ est in inferno. ne
q̄ caro eius vidit corruptionē. Hūc ie-
sum resuscitauit de⁹ cuius oēs nos te- s.i.a.
stes sum⁹. Dextera igit̄ dei exaltatus. et j.10.d.
p̄missione spūssancti accepta a patre. ef-
fudit hoc donū qd̄ vos videtis ⁊ auditis
Nō enī dauid ascēdit in celos. Dicit au
tē ipse. Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris ps.109.

meis. Donec ponam inimicos tuos sca
bellū pedū tuoꝝ. Certissime sciat ḡ om̄is
domus isrl̄: qꝛ ⁊ dn̄m eū ⁊ christū fecit de
D us hūc iesum quē vos crucifixistis. His
aūt auditis cōpuncti sunt corde. et dixe-
runt ad petruz ⁊ ad reliq̄s apl̄os: Quid
Mt. 4. e. Mar. faciem⁹ viri frēs. Petrus aūt ad illos:
i. c. Luce. 13. a. penitentiā inquit agite. ⁊ baptiçet̄ vnus
Apoc. 2. d. quisq̄ vr̄m in noīe iesu christi in remis
sionē pctōꝝ vr̄oꝝ: ⁊ accipietis donū spūs
sancti. Vobis enī est repromissio ⁊ filijs
vestris: ⁊ oībus q̄ longe sunt q̄scunq̄ ad
uocauerit dn̄s de⁹ nr̄. Alijs etiaz verbis
plurimis testificat⁹ est: ⁊ exhortabat̄ eos
dicēs: Saluamini a generatiōe ista pra
ua. Qui ḡ receperūt sermonē ei⁹ bapti-
çati sunt: ⁊ apposite sunt in die illa anīe
circiter tria milia. Erant aūt ꝑseuerātes
in doctrina apl̄oꝝ ⁊ cōicatiōe fractionis
panis ⁊ orōib⁹. Fiebat aūt oī anīe timor
Multa quoq̄ ꝓdigia ⁊ signa ꝑ apl̄os in
hierusalē fiebant: ⁊ met⁹ erat magn⁹ in
i. 4. d. vniuersis. Oēs etiā qui credebāt erant
pariter: ⁊ habebāt oīa cōmunia. Posses
siones ⁊ substātias vendebant: ⁊ diuide
bant illa oīb⁹ ꝓut cuiq̄ op⁹ erat. Quoti
die quoq̄ ꝑdurātes vnanimiter ī tēplo
⁊ frangētes circa domos panē sumebāt
cibū cū exultatiōe ⁊ simplicitate cordis:
collaudātes deū et hn̄tes grām ad oēm
plebem. Dn̄s autē augebat qui salui fie
bant quotidie in idipsum. III

A Petrus aūt ⁊ iohānes ascēdebāt
in templū: ad horā orōis nonaz
i. 14. b. Et quidā vir qui erat claudus
ex vtero m̄tis sue baiulabat̄ quem pone
bant q̄tidie ad portā templi q̄ dicit̄ speci-
osa: vt peteret elemosynā ab introeunti
bus in templū. Is cū vidisset petrū ⁊ io
hannē incipiētes introire in templū ro
gabat vt elemosynam accipet. Intuens
aūt in eū petr⁹ cū iohāne dixit: Respice
in nos. At ille intendebat ī eos: sperans
se aliq̄d accepturū ab eis. Petrus autē
dixit: Argentū ⁊ aur̄ nō est mihi: qd̄ au
i. 9. d. tē habeo hoc tibi do. In noīe iesu christi
naçareni surge ⁊ ambula. Et apprehēsa
manu eius dextera alleuauit eū: ⁊ proti-
nus cōsolidate sunt bases ei⁹ et plante.
Et exiliens stetit ⁊ ambulabat: ⁊ ītrauit B
cū illis in templū: ambulans ⁊ exiliēs ⁊
laudans deū. Et vidit oīs ꝓpl̄s eū ambu
lantez ⁊ laudantē deū. Cognoscebāt au-
tem illū. q̄ ipse erat qui ad elemosynam
sedebat ad speciosaz portā templi. Et im
pleti sunt stupore. ⁊ extasi: in eo qd̄ conti
gerat illi. Cū tenerent aūt petrū ⁊ iohā
nem: Cucurrit oīs ꝓpl̄s ad eos ad porti
cū que appellat̄ salomōis stupentes. Vi
dens aūt petr⁹ rn̄dit ad populum: Viri
israelite q̄d miramini in hoc. aut nos q̄d
intuemini: q̄si nr̄a virtute aut ptāte fe-
cerimus hūc ambulare? Deus abraam C
⁊ deus ysaac ⁊ deus iacob: deus patꝝ no-
strorū glororificauit filiū suū iesuz: quez
vos quidē tradidistis ⁊ negastis an̄ faci-
em pilati iudicāte illo dimitti. Vos au Mat. 27. b.
tem sanctū ⁊ iustū negastis: ⁊ petistis vi Mar. 15. b.
rū homicidam donari vobis: autorez ve- Luc. 23. c.
ro vite interfecistis. Quez deus suscita- Joh. 18. g.
uit a mortuis: cui⁹ nos testes sum⁹. ⁊ in
fide noīs eius hūc quē vos videtis ⁊ no
stis ꝯfirmauit nomē eius: ⁊ fides q̄ ꝑ eū
est dedit integram sanitatē istā in cōspe-
ctu oīm vr̄m. Et nūc fratres scio quia ꝑ
ignorantiā fecistis: sicut et principes vr̄i
Deus aūt qui prenūciauit ꝑ os oīm ꝓ- D
phetaꝝ pati christuz suum: sic impleuit.
Penitemini igit̄ ⁊ cōuertimini vt dele Ecc. 17. Ezech
ant̄ peccata vr̄a. vt cū venerint tp̄a refri- 18. Mat. 4. e.
gerij a ꝯspectu dn̄i ⁊ miserit eū qui p̄di- Mr. i. c. Lu. 13.
catus est vob̄ iesum christū: quē oportet a. Apoc. 2. d.
quidē celū suscipe vsq̄ in tp̄a restitutio
nis oīm que locut⁹ est de⁹ ꝑ os scōꝝ suo
rū a seculo ꝓphetaꝝ. Moyses quidez di-
xit. Quoniā ꝓphetaz suscitabit vob̄ dn̄s Deut. 18.
deus vr̄ de fratrib⁹ vr̄is: tanq̄ meipsum
audietz iuxta oīa q̄cūq̄ locut⁹ fuerit vo
bis. Erit aūt oīs aīa q̄ n̄ audierit ꝓphetā
illū exterminabit̄ de plebe. Et oēs ꝓphe-
te a samuel ⁊ deinceps: qui locuti sūt an
nunciauerunt dies istos. Vos estis filij
ꝓphetaꝝ ⁊ testamēti: qd̄ disposuit de⁹ ad
patres vestros dicens ab abraam. Et in Gen. 12.
semine tuo bn̄dicent̄ om̄s familie terre
Vobis primū deus suscitās filiū suum

misit eum bñdicentē vobis: vt ꝯuertat se vnusquisq; a nequicia sua. IIII

A Loquentib; aūt illis ad populū supuenerūt sacerdotes ⁊ magistratus templi ⁊ saducei: dolētes ꝙ docerēt ppl'm ⁊ annūciarēt in iesuz resurrectionē ex mortuis. ⁊ iniecerunt in eos manus: ⁊ posuerūt eos in custodiaz in crastinū. Erat autē iam vespa. Multi autē eorū qui audierāt verbuz crediderūt ⁊ fact⁹ est numerus eoꝝ quiq; milia. Factum est aūt in crastinū vt ꝯgregarētur principes eoꝝ ⁊ seniores et scribe in hierusalem: ⁊ annas princeps sacerdotum ⁊ cayphas ⁊ iohānes. ⁊ alexāder. ⁊ quot quot erant de genere sacerdotali. Et statuentes eos ī medio interrogabāt: In qua v̄tute aut in q̄ noīe fecistis hoc vos? Tūc replet⁹ spūscō petrus. dixit ad eos. Principes ppl'i ⁊ seniores isrl' audite: si nos hodie diiudicamur in bñfacto hoīs infirmi in q̄ iste saluus fact⁹ est. notū sit oībus vob̄ ⁊ oī plebi isrl' qꝛ in noīe domini nr̄i iesu christi naçareni quē vos crucifixistis quē deus suscitauit a mortuis. in hoc ip̄e astat corā vob̄ san⁹. Hic ē lapis qui reprobat⁹ est a vob̄ edificantib; qui factus est in caput anguli: ⁊ nō est ī alio aliq̄ salus. Nec enī aliud nomen est sub celo datū hoībus in q̄ oporteat nos saluos fieri. Uidētes aūt petri ꝯstantiam ⁊ iohānis: cōperto ꝙ hoīes essent sine litteris ⁊ idiote āmirabant̄. ⁊ ꝯgnoscebant eos: qm̄ cū iesu fuerāt. Hoīem quoq; videntes stantē cū eis qui curatus fuerat nihil poterāt ꝯtradicere. Jusserūt autez eos foras extra ꝯciliū secedere: ⁊ cōferebant ad inuicē dicētes: Quid faciemus hoīb; istis? Qm̄ quidē notū signū factū est ꝑ eos oīb; habitantib; hirl'm. Manifestū ē: ⁊ nō possum⁹ negare. Sz ne amplius diuulget̄ in ppl'm: cōminemur eis ne vltra loquant̄ in noīe hoc vlli hoīum Et vocātes eos: denūciauerunt ne oīno loq̄rent̄ neq; docerent in noīe iesu. Petrus vero ⁊ iohannes rñdentes dixerūt ad eos. Si iustuz est in cōspectu dei vos potius audire q̄ deū. iudicate. Nō enim possumus q̄ vidim⁹ ⁊ audiuim⁹ non loqui. At illi comminātes dimiserūt eos: nō inueniētes quō punirēt eos ꝓpter populū qꝛ oēs clarificabant id qd̄ factū fuerat in eo qd̄ acciderat. Annorū enī erat ampli⁹ q̄draginta homo in q̄ factuz fuerat signū istud sanitat⁹. Dimissi autē venerūt ad suos. ⁊ annūciauerūt eis q̄nta ad eos principes sacerdotum ⁊ seniores dixissent. Qui cū audissent: vnanimiter leuauerūt vocē ad deū ⁊ dixerūt. Domine tu q̄ fecisti celū ⁊ terrā mare ⁊ oīa q̄ ī eis sunt: qui spūscō ꝑ os p̄ris nr̄i dauid pueri tui dixisti. Quare fremuerūt gentes: ⁊ ppl'i meditati sunt inania. Astiterūt reges terre ⁊ principes ꝯuenerūt ī vnuz adūsus dñm ⁊ adūsus christū eius. Cōuenerunt enī vere in ciuitate ista aduersus scm̄ puerū tuū iesum quē vnxisti: herodes ⁊ ponti⁹ pilatus cū gentib; et populis isrl': facere q̄ man⁹ tua ⁊ ꝯsiliū tuū decreuerūt fieri Et nūc dñe respice ī minas eoꝝ: ⁊ da seruis tuis cū oī fiducia loqui verbū tuū in eo ꝙ manū tuā extendas ad sanitates ⁊ signa ⁊ ꝓdigia fieri ꝑ nomē sancti filij tui iesu. Et cū orassent motus est loc⁹ in quo erāt ꝯgregati. Et repleti sunt oēs spūscō: ⁊ loq̄bant̄ verbū dei cū fiducia. Multitudinis aūt credētium erat cor vnū et aīa vna: nec quisq̄ eoꝝ que possidebat aliq̄d suū eē dicebat: sed erant illis oīa cōmūia. Et virtute magna reddebāt apl'i testimoniū resurrectiōis iesu christi dñi nr̄i: ⁊ gratia magna erat in oīb; illis. Neq; enī q̄sq̄ egēs erat inter illos. Quotq̄t enī possessores agrorū aut domoꝝ erant. vendētes afferebant p̄cia eoꝝ q̄ vendebāt. ⁊ ponebant ante pedes apl'oꝝ. Diuidebat̄ aūt singulis ꝓut cuiq; opus erat. Joseph autē q̄ cognominat⁹ est barsabas ab apostolis. qd̄ est interp̄tatum fili⁹ ꝯsolatiōis. leuites. cyprius genere cū haberet agrū vendidit eum: ⁊ attulit p̄ciū ⁊ posuit ante pedes apostolorū. V

B Mat. 21. g. Mar. 12. b. Luce. 20. c. 1. Pe. 2. a. i. 5. c. C D s. 2. a. ⁊ j. 19. a Hiere. 32. Ezech. 6. i. Pe 3. b. Esa. 7. Amos 5. p̄s. 96. Prou. 17. Ro. 12. d. s. 2. d. Deut. 15. Tobie. i. s. i. a.

V Vir autē quidā noīe ananias cū saphyra vxore sua vendidit agꝝ ⁊ fraudauit de precio agri conscia vxore A

sua: ⁊ afferens ꝑtem quãdam: ad pedes
apl'orum posuit. Dixit autẽ petr⁹ ad ana
niam: Anania cur temptauit sathanas
cor tuũ mentiri te spiritui sancto: ⁊ frau
dare de precio agri? Nõne manens tibi
manebat: ⁊ venundatum in tua erat po
testate? Quare posuisti in corde tuo hãc
rem? Nõ es mẽtitus hoĩbꝫ sed deo. Au
diens autẽ ananias hec verba: cecidit et
expirauit. Et factus est timor magn⁹ su
per om̃es qui audierũt. Surgẽtes autẽ
iuuenes amouerũt eum: ⁊ efferẽtes se
pelierũt. Factũ est autẽ quasi horaꝝ triũ
spaciũ: ⁊ vxor ip̃ius nesciens q̃d factum
fuerat introiuit. Dixit autem ei petrus
Dic mihi mulier: si tanti agrũ vendidi
stis? At illa dixit: Etiã tanti. Petr⁹ autẽ
ad eam. Quid vtiq̃ ꝯuenit vobis tem
ptare spm̃ dñi? Ecce pedes eoꝝ qui sepe
lierũt virũ tuũ ad hostiuꝫ: ⁊ efferent te.
B Confestim cecidit ante pedes ei⁹: ⁊ expi
rauit. Intrãtes aũt iuuenes inuenerũt
illã mortuã ⁊ extulerũt ⁊ sepelierũt ad vi
rũ suũ. Et fact⁹ est timor magn⁹ in vni
uersa eccl'ia ⁊ in oẽs q̃ audierũt hec. Per
man⁹ autẽ apl'oꝝ fiebant figna ⁊ ꝓdigia
multa in plebe. Et erãt vnanimiter oẽs
in porticu salomonis. Ceteroꝝ autẽ nẽo
audebat se ꝯiungere illis: sed magnifica
bat eos ꝓpl's. Magis autez augebat̃ cre
dentiũ in dño multitudo viroꝝ ac mu
lierũ: ita vt in plateas eijcerẽt infirmos
⁊ ponerẽt in lectulis ac grabat̃ vt veniẽ
te petro saltẽ vmbra illi⁹ obũbraret quẽ
q̃ illoꝝ ⁊ liberarent̃ oẽs ab infirmitatibꝫ
suis. Cõcurrebat aũt ⁊ multitudo vici
naꝝ ciuitatũ hirl'm. afferẽtes egros ⁊ ve
xatos a spiritibꝫ immũdis: q̃ curabãtur
oẽs. Exurgens autẽ prĩceps sacerdotuꝫ
⁊ oẽs qui cũ illo erãt q̃ est heresis saduce
orũ repleti sunt çelo: ⁊ iniecerũt manus
in apl'os ⁊ posuerũt eos in custodia pub
j.12.a. lica. Angl's autẽ dñi ꝑ noctez apiens ia
nuas carceris ⁊ educens eos dixit. Ite:
⁊ stantes loq̃mini in tẽplo plebi oĩa ver
ba vite hui⁹. Qui cũ audissent intraue
runt diluculo in tẽplum: ⁊ docebãt. Ad
ueniens autẽ princeps sacerdotũ et qui
cum eo erãt. cõuocauerũt ꝯciliuꝫ. et oẽs
seniores filioꝝ isrl' ⁊ miserũt ad carcerez
vt adducerent̃. Cum autẽ venissent mi C
nistri ⁊ apto carcere nõ inuenissent illos
reuersi nunciauerũt dicẽtes. Carcerez j.12.a.⁊.16.c.
q̃dem inuenim⁹ clausum cũ oĩ diligen
tia: ⁊ custodes stãtes añ ianuas: apiẽtes
autẽ neminẽ intus inuenim⁹. Ut autez
audierũt hos ſmones magistrat⁹ tẽpli ⁊
principes sacerdotũ: ambigebãt de illis
q̃d nã fieret. Aduenĩẽs autẽ quidã nũci
auit eis: qꝛ ecce viri q̃s posuistis in carce
rem sunt in tẽplo stãtes: ⁊ docẽtes ꝓpl'm
Tunc abijt magistrat⁹ cuꝫ mĩstris ⁊ ad
duxit illos sine vi. Timebant enĩ ꝓpl'm
ne lapidarent̃. Et cuꝫ adduxissent illos
statuerũt in ꝯcilio. Et interrogauit eos
princeps sacerdotũ dicẽs. Precipiẽdo Mar.7.c.
p̃cepim⁹ vob̃ ne doceret̃ in noĩe isto. ⁊ ec
ce replestis hirl'm doctrina vr̃a: ⁊ vultis
inducere sup̃ nos sanguinez hoĩs istius
Rñdens autẽ petr⁹ ⁊ apl'i dixerũt: Obe s.4.b.
dire oportet deo mag̃ q̃ hoĩbꝫ: de⁹ patrũ
vr̃oꝝ suscitauit iesum: quẽ vos interemi
stis suspendẽtes in ligno. Hũc principez
⁊ saluatorẽ deus exaltauit dextera sua ad
dandã pnĩaꝫ israel ⁊ remissionẽ pctõꝝ: ⁊
nos sum⁹ testes hoꝝ v̄boꝝ ⁊ spũsscũs quẽ
dedit de⁹ oĩbus obediẽtibꝫ sibi. Hec cuꝫ
audissent dissecabant̃ ⁊ cogitabãt inter D
ficere illos. Surgens aũt quidã in con j.22.a.
cilio phariseus nomĩe gamaliel legisdo
ctor honorabilis vniu̇se plebi iussit foras
ad breue homĩes fieri. Dixitq̃ ad illos.
Viri israelite: attẽdite vobis sup̃ hoĩbꝫ s.2.b.
istis: quid acturi sitis. Ante hos enĩ dies
extitit theodas dicens se esse aliquẽ: cui
cõsensit numerus viroꝝ circiter q̃drin
gentoꝝ: q̃ occisus est ⁊ oẽs qui credebãt
ei dissipati sũt: ⁊ redacti ad nihilũ. Post
hunc extitit iudas galile⁹ in diebꝫ profes
sionis: ⁊ auertit ꝓpl'm post se. Et ipse pe
rijt: ⁊ oẽs quotq̃t ꝯsenserũt ei dispsi sũt
Et nunc itaq̃ dico vob̃: discedite ab hoĩ
bus istis: ⁊ sinite illos. Quoniã si est ex
hoĩbus cõciliũ hoc aut opus. dissoluetur
si vero ex deo est nõ poteritis dissoluere
ne forte ⁊ deo repugnare videamĩ. Con

senserunt autē illi: ⁊ ꝯuocātes apl'os ce-
sis denūciauerūt ne oīno loq̄rent̄ in no
Esa. 51. mine iesu: ⁊ dimiserūt eos. Et illi quidē
ibant gaudētes a cōspectu cōcilij: qm̄ di-
gni habiti sunt ꝓ noīe iesu cōtumeliam
pati. Omni autem die nō cessabant in
templo ⁊ circa domos docētes: ⁊ euange
liçantes christum iesum. VI

A In diebꝫ autē illis crescente nu-
mero discipuloꝝ: factū est mur
mur grecoꝝ adūsus hebreos eo
q̄ despicerent̄ in ministerio q̄tidiano vi
due eoꝝ. Cōuocantes aūt duodecī mul
titudinē discipuloꝝ dixerūt: Nō ē equū
nos derelinq̄re verbū dei: ⁊ mīstrare mē
B sis. Cōsiderate ḡ frēs viros ex vob̄ boni
testimonij septem plenos spūscō ⁊ sapi
entia: quos ꝯstituam⁹ sup̄ hoc op⁹. Nos
vero orōni ⁊ mīsterio verbi instātes eri-
mus. Et placuit sermo corā oī multitu
dine. Et elegerūt stephanū virū pleuū
fide ⁊ spūscō: ⁊ philippū ⁊ prochoꝝ ⁊ nica
norem ⁊ thimonē ⁊ parmenā ⁊ nicolaū
aduenā anthiocenū. Hos statuerūt an
te ꝯspectū apl'orū ⁊ orātes imposuerunt
C eis man⁹. Et verbū dn̄i crescebat: ⁊ mul
tiplicabat̄ nūer⁹ discipl'oꝝ ī hirl'm valde
Mlta ec̄ turba sacdotū obediebat fidei.
j. 18. a. Stephanus autē plenus gr̄a ⁊ fortitu
dine faciebat prodigia ⁊ signa magna in
populo. Surrexerūt autē quidam de sy
nagoga que appellat̄ libertinoꝝ ⁊ cyrenē
sium ⁊ alexandrinorum. ⁊ eorū qui erāt
D a cilicia ⁊ asia disputātes cū stephano: ⁊
nō poterant resistere sapiētie ⁊ spiritui q̄
loq̄batur: ꝓpter qd̄ redarguerent̄ ab eo
j. 7. d. cum oī fiducia. Tūc summiserūt viros
qui dicerēt se audiuisse eū dicētem v̄ba
blasfemie in moysen ⁊ deū. Cōmouerūt
itaq̄ plebem ⁊ seniores ⁊ scribas ⁊ ꝯcur-
rentes rapuerūt eum ⁊ adduxerūt in cō
ciliuz: ⁊ statuerūt falsos testes q̄ dicerēt.
Homo iste non cessat loq̄ verba adūsus
locū scm̄ ⁊ legē. Audiuim⁹ enī eū dicētē
qm̄ iesus naçaren⁹ hic destruet locū istū
⁊ mutabit traditiōes: q̄s tradidit nobis
Judic. 14. moyses. Et intuētes eū oēs q̄ sedebant
in ꝯcilio viderūt faciē eius tanq̄ faciem
angeli. Dixit autē princeps sacerdotū: si
hec ita se haberent? Qui ait. VII

A Viri frēs ⁊ p̄res audite. De⁹ glo
rie apparuit p̄ri nr̄o abrae cuz es
set in mesopotamia priusq̄ mo-
raret̄ in carran. ⁊ dixit ad illū: Exi de ter
ra tua ⁊ de cognatiōe tua: ⁊ veni in terrā
quā monstrauero tibi. Tunc exijt de tra
chaldeoꝝ: ⁊ habitauit in carran. Et inde
postq̄ mortu⁹ est p̄r eius trāstulit illum
in terrā istā: in qua nunc vos habitatis
Et nō dedit illi hereditatē in ea nec pas-
sum pedis: sed repromisit dare illi eam
in possessionē ⁊ semini ei⁹ post ip̄m cum
nō h̄ret filiū. Locutus est aūt ei deus: q̄r
erit semē eius accola ī terra aliena: ⁊ ser-
uituti eos subijcient ⁊ male tractabunt
eos annis q̄dringētis: ⁊ gentē cui serui-
erint iudicabo ego dicit dn̄s. Et post hec
exibūt: ⁊ seruiēt mihi in loco isto. Et de-
dit illi testamentū circūcisionis. ⁊ sic ge
nuit ysaac: ⁊ circūcidit eum die octauo ⁊
ysaac iacob: et iacob duodecim patriar-
chas. Et patriarche emulantes ioseph Gen. 37.
vendiderūt in egyptū: ⁊ erat de⁹ cum eo.
Et eripuit eū ex oībꝫ tribulatiōibꝫ eius:
⁊ dedit ei gr̄am ⁊ sapiētiam in conspectu
pharaonis reg̃ egyptioꝝ: ⁊ ꝯstituit eū p̄
positum sup̄ egyptū ⁊ sup̄ oēm domum
suā. Venit autē fames in vniūsam egy-
ptum ⁊ chanaan ⁊ tribulatio magna: et
nō inueniebāt cibos p̄res nr̄i. Cū audis Gen. 42.
set autē iacob esse frumentuz in egypto
misit p̄res nr̄os primū. ⁊ in secundo co- Gen. 45.
gnitus est ioseph a fratribꝫ suis. ⁊ mani
festatū est pharaoni gen⁹ eius. Mittens
aūt ioseph accersiuit iacob p̄rem suuz et
oēm cognationē suā in aīabꝫ septuagin-
taquinq̄. Et descēdit iacob in egyptū ⁊ Gen. 49.
defunctus est ip̄e ⁊ p̄res nr̄i. Et trāslati
sunt in sichem: et positi sunt in sepulcro
qd̄ emit abraaz p̄cio argēti a filijs emor
filij sichem. Cū autē appropinq̄ret tp̄us B
ꝓmissiōis quā ꝯfessus erat de⁹ abrae cre
uit populus ⁊ multiplicat⁹ est in egypto
quoadusq̄ surrexit alius rex in egypto
qui nō sciebat ioseph. Hic circūueniēs
genus nr̄m afflixit patres nr̄os. vt expo-

nerent infantes suos ne viuificarentur
Eodem tpe natus est moyses:⁊ fuit gra
tus deo qui nutrit⁹ est trib⁹ mensib⁹ in
domo patris sui. Exposito aũt illo sustu
lit eum filia pharaonis:⁊ nutriuit eum
sibi in filiũ. Et erudit⁹ est moyses omni
sapientia egyptio⁹:⁊ erat potens in ver⁊
bis ⁊ in opibus suis. Cũ autẽ impleret
ei quadraginta annoꝝ tps: ascẽdit ī cor
eius vt visitaret fratres suos filios isrl'
Et cũ vidisset quendã iniuriã patientẽ
vindicauit illũ:⁊ fecit vltionẽ ei q̃ iniu⁊
riaz sustinebat pcusso egyptio. Existima
bat autẽ intelligere fratres: qm̃ deus per
manũ ipsius daret salutem illis. At illi
nõ intellexerũt. Sequẽti vero die appa⁊
ruit illis litigantib⁹ ⁊ reconciliabat eos in
pace dicens: Viri frẽs estis. Ut q̃d noce
tis alterutrũ? Qui aũt iniuriã faciebat
primo: repulit eũ dicẽs⁊ Quis te constri
tuit pncipem ⁊ iudicẽ sup nos? Nũquid
interficere me tu vis: quẽadmodum in
terfecisti hyeri egyptiũ? Fugit autẽ moy⁊
ses in verbo isto:⁊ fact⁹ est aduena in ter
ra madian: vbi genauit filios duos.
Et expletis ãnis q̃draginta: apparuit il⁊
li in deserto montis sina anglus in igne
flamme rubi. Moyses aũt videns ãmi⁊
ratus est visum. Et accedẽte illo vt cõsi
deraret· facta est ad eum voꝝ dñi dicens
Ego sum de⁹ patruz tuoꝝ· de⁹ abraaz· de⁹
ysaac· ⁊ deus iacob. Tremefact⁹ autem
moyses: nõ andebat ꝯsiderare. Dixit au
tẽ illi deus⁊ Solue calciamẽta pedũ tu⁊
orũ: locus enĩ in quo stas terra sancta ẽ.
Videns vidi afflictionẽ ppli mei qui est
in egypto:⁊ gemitũ eoꝝ audiui ⁊ descen
di liberare eos. Et nũc veni ⁊ mittam te
in egyptũ. Hunc moysen quẽ negauerũt
dicẽtes quis te ꝯstituit pncipez ⁊ iudi⁊
cem: hũc deus pncipem ⁊ redemptorẽ
misit cũ manu angeli q̃ apparuit illi ī ru
bo. Hic eduxit illos faciens pdigia ⁊ si⁊
gna in terra egypti ⁊ in rubro mari:⁊ in
deserto annis q̃dragĩta. Hic est moyses
qui dixit filijs isrl'⁊ Prophetã suscitabit
vobis deus de fratribus vris: tanq̃ me⁊
ipsum audietis. Hic est qui fuit in eccle
sia in solitudine cum angelo qui loq̃ba⁊
tur ei in monte sina ⁊ cũ patribus vris
qui accepit verba vite dare vobis. Cui
noluerũt obedire patres vestri: sed repu
lerũt ⁊ auersi sunt cordibus suis in egy⁊
ptum: dicẽtes ad aaron. Fac nobis deos Exo.32.
qui pcedant nos⁊ Moysi enĩ huic qui e⁊
duxit nos de terra egypti: nescimus q̃d
factum sit ei. Et vitulum fecerũt in die
bus illis:⁊ obtulerũt hostiaz simulacro:
⁊ letabãtur in opibus manuum suaruz
Cõuertit autem deus:⁊ tradidit eos ser
uire militie celi: sicut scriptum est in li⁊
bro pphetarũ. Nũquid victimas aut ho⁊
stias obtulistis mihi annis q̃draginta ī
deserto domus israel? Et suscepistis ta⁊
bernaculũ moloch ⁊ sidus dei vri rem⁊
pham· figuras q̃s fecistis adorare eas: et
transferam vos trans babylonẽ⁊ Tabe Exo.25.
naculũ testimonij fuit cũ patrib⁹ vestris
in deserto sicut disposuit illis de⁹ loquẽs
ad moysen: vt faceret illud ſm formam
quã viderat. Qđ ⁊ induxerũt suscipien⁊
tes pres vestri cũ iesu in possessionẽ gen
tium: q̃s expulit de⁹ a facie patrũ vroruz
vsq̃ in dieb⁹ dauid. Qui inuenit gratiã D
ante deũ:⁊ petijt vt inueniret tabernacu
lum deo iacob. Salomon autẽ edifica⁊
uit illi domũ. Sed nõ excelsus in manu
factis habitat: sicut pphetaz dicit⁊ Ce⁊ Esa.66.
lum mihi sedes est: terra autẽ scabellum
pedum meoꝝ. Quaz domũ edificabitis
mihi dicit dñs: aut quis locus requieti
onis mee est? Nõne man⁹ mea fecit hec
omnia? Dura ceruice ⁊ incircũcisi cor⁊di
bus ⁊ aurib⁹ vos semp spiritui sco resti⁊
tistis: sicut pres vri ita ⁊ vos. Quẽ pro⁊
phetarũ nõ sunt psecuti pres vestri? Et
occiderũt eos qui pnũciabant de aduen
tu iusti: cui⁹ vos nunc pditores ⁊ homi⁊
cide fuistis: qui accepistis legẽ in dispos
tione angelorũ ⁊ nõ custodistis⁊ Audien 8.6.d.
tes aũt hec dissecabantur cordib⁹ suis:⁊
stridebant dentib⁹ in eũ. Cũ autez esset
plenus spiritusancto· intẽdens in celuz
vidit gloriã dei⁊ ⁊ iesum stantẽ a dextris Mar.16.g.
virtutis dei. Et ait: Ecce video celos a⁊
pertos ⁊ filiũ hois stantẽ a dextr⁊ virtut⁊

Luce.12.b. Exo.2.

Exo.3. Josue 5

C

Deut.18.

dei. Exclamãtes autẽ voce magna conti
nuerũt aures suas: ⁊ impetum fecerunt
j.22.c. vnanimiter in eũ. Et eijcientes eum ex
tra ciuitatem lapidabãt: ⁊ testes deposu
erũt vestimẽta sua secus pedes adolescẽ
tis: qui vocabat̃ saulus. Et lapidabãt ste
phanũ inuocãtem ⁊ dicẽtem: Dñe iesu
suscipe spiritũ meũ. Positis autẽ genu
bus: clamauit voce magna dicens: Do
mine: ne statuas illis hoc peccatũ. Et cũ
hoc dixisset obdormiuit in dño VIII
A Saulus aũt erat cõsentiens neci
eius. Facta est aũt in illa die ꝑse
cutio magna in ecclesia que erat
hierosolymis: ⁊ oẽs dispersi sunt ꝑ regi
ones iudee ⁊ samarie: preter apl'os. Cu
rauerũt autẽ stephanũ viri timorati: et
j.9.a. fecerunt planctũ magnũ sup̃ eũ. Sau
lus vero deuastabat ecclesiã ꝑ domos in
trans ⁊ trahens viros ac mulieres: trade
bat in custodiã. Igit̃ qui dispersi erãt ꝑ
transibãt euangeliçãtes verbũ dei. Phi
lippus autẽ descẽdens in ciuitatez sama
rie predicabat illis christum. Intende
bant aũt turbe his que a philippo dice
bant̃ vnanimiter audiẽtes ⁊ videntes si
gna que faciebat. Multi enĩ eoꝝ qui ha
bebant spũs immũdos: clamantes voce
magna exibant. Multi aũt paralytici et
claudi curati sunt. Factũ est g̃ gaudium
magnũ in illa ciuitate. Vir aũt quidam
noĩe simon qui añ fuerat in ciuitate ma
gus seducens gentẽ samarie dicens se es
se aliquẽ magnũ: cui auscultabant oms
a minimo vsq̃ ad maximũ dicẽtes: hic
B est virtus dei que vocat̃ magna. Attẽde
bant aũt eum: ꝓpter qđ multo tp̃e ma
gicis suis dementasset eos. Cũ vero cre
didissent philippo euãgeliçãti de regno
dei: in nomine iesu christi baptiçabãtur
viri ac mulieres. Tunc simon ⁊ ipse cre
didit: ⁊ cum baptiçatus esset adherebat
philippo. Videns etiã signa ⁊ virtutes
maximas fieri. stupens ammirabat̃. Cuz
autem audissent apostoli qui erãt in hie
rosolymis qꝛ recepisset samaria verbuz
dei: miserũt ad eos petrum ⁊ iohannem
Qui cũ venissent orauerũt pro ipsis: vt
accipent spm̃sanctũ. Nõdum enĩ in quẽ
q̃ illorum sup̃uenerat: sed baptiçati tm̃
erant in noĩe dñi iesu Tũc imponebant
manus sup̃ illos ⁊ accipiebãt spm̃sanctũ
Cum vidisset aũt simon qꝛ ꝑ impositio
nem man⁹ apl'oꝝ daret̃ spũscũs obtulit
eis pecuniam dicẽs: Date ⁊ mihi hãc po
testatem: vt cuicũq̃ imposuero man⁹ ac
cipiat spiritũscm̃. Petrus autẽ dixit ad
eum: Pecunia tua tecũ sit in ꝑditiõem
quoniã donũ dei existimasti pecunia pos
sideri. Nõ est enim tibi pars neq̃ sors ĩ
sermõe isto. Cor eĩ tuũ nõ ẽ rectũ coraz
deo. Penitẽtiam itaq̃ age ab hac nequi
cia tua: ⁊ roga deuz si forte remittat̃ tibi
hec cogitatio cordis tui. In felle eĩ ama
ritudinis ⁊ obligatione iniq̃tatis video
te esse. Rñdens aũt simon dixit. Preca C
mini vos pro me ad dñm vt nihil veni
at sup̃ me hoꝝ que dixistis. Et illi quidẽ
testificati ⁊ locuti verbũ dei redibãt hie
rosolymam: ⁊ multis regiõib⁹ samarita
norũ euãgeliçabãt. Angelus aũt dñi lo
cutus est ad philippuz dicẽs: Surge et
vade ꝯtra meridianũ ad viam q̃ descen
dit ab hierl'm in gaçã: hec est deserta. Et
surgens abijt Et ecce vir ethiops eunu
chus potẽs candacis regine ethiopuz q̃
erat sup̃ oẽs gaças eius venerat adora
re in hierl'm ⁊ reuertebat̃ sedẽs sup̃ cur
rum suum. legensq̃ esaiã ꝓphetam. Di
xit autẽ spũs philippo. Accede: ⁊ adiũge
te ad currum istum. Accurrens aũt phi
lippus: audiuit eũ legẽtem esaiam ꝓphe
tam ⁊ dixit: Putasne intelligis q̃ legis?
Qui ait: Et quõ possum: si nõ aliq̃s ostẽ
derit mihi? Rogauitq̃ philippũ vt ascẽ
deret: ⁊ sederet secum. Locus autem scri
pture quã legebat erat hic. Tanq̃ ouis Esa.53.
ad occisiõem ductus ẽ: ⁊ sicut agnus co
ram tondẽte se sine voce. sic nõ aperuit
os suum. In humilitate iudiciuz eius
sublatum est: Generatiõem ei⁹ q̃s enar
rabit? Quoniã tollet̃ de terra vita eius. D
Rñdens autem eunuchus dixit philip
po: Obsecro te de quo ꝓpheta dicit hoc?
De se an de alio aliquo? Aperiens autẽ
philippus os suũ: ⁊ incipiens a scriptu

tā ista: euangeliçauit illi ieſuz. Et dum
irent per viam: venerunt ad quādam a-
ī·io·d· quaz. Et ait eunuchus. Ecce aq; Quis
prohibet me baptiçari? Dixit autē phi-
lippus: Si credis ex toto corde licet Et
rndens ait: Credo filium dei eſſe ieſum
chriſtum. Et iuſſit ſtare currum. Et de-
ſcenderūt vterq; in aquam philippus ⁊
eunuchus: ⁊ baptiçauit eum. Cum aūt
aſcendiſſet de aqua ſpūs dñi rapuit phi
lippum: et amplius nō vidit eum eunu
chus. Ibat enim p viam ſuam gaudēs
Philippus autem inuētus eſt in aço-
to: ⁊ pertranſiens euangeliçabat ciuita-
A tibus cunctis donec veniret ceſaream.

ī·22·a· Saulus autē adhuc IX
ſpirans minarū ⁊ cedis in diſci
pulos dñi acceſſit ad principem
ſacerdotum·et petijt ab eo epiſtolas in
s·8·a· damaſcum ad ſynagogas: vt ſi quos in
ueniſſet hui⁹ vie viros ac mulieres vin
ctos p̄duceret in hieruſalem. Et cū iter
faceret: contigit vt appropinq̄ret dama-
ſco. Et ſubito circūfulſit eū lux de celo: ⁊
cadens in terram audiuit vocem dicen-
ī·22·b·i· Cor· tez ſibi: Saule ſaule q̄d me p̄ſequeris?
15·b· Gal·i·c· Qui dixit: Quis es dñe? Et ille. Ego
ſum ieſus quem tu p̄ſequeris. Durum
eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Et tre-
mens ac ſtupēs dixit. Dñe quid me vis
facere? Et dñs ad eum. Surge ⁊ ingre-
dere ciuitatem: ⁊ ibi dicet tibi quid te o-
portet facere. Viri aūt illi qui comita-
bant cum eo ſtabant ſtupefacti: audien-
tes quidē vocē neminem aūt videntes.
Surrexit autez ſaulus de terra: aptiſq;
oculis nihil videbat. Ad manus autem
illū traxntes·introduxerūt damaſcum
Et erat ibi trib⁹ dieb⁹ nō videns: ⁊ non
B manducauit neq; bibit. Erat aūt q̄dam
diſcipulus damaſci noie ananias. Et di
xit ad illū in viſu dñs. Anania. At ille ait
Ecce ego dñe. Et dom̄in⁹ ad eum. Sur
ge ⁊ vade in vicum qui vocatur rect⁹: et
quere in domo iude·ſaulū nomīe thar-
ſenſem. Ecce enim orat. Et vidit virū
ananiam nomīe introeuntez ⁊ imponē-
tem ſibi manus vt viſum recipiat. Re-

ſpondit autem ananias: Domine audi-
ui a multis de viro hoc quāta mala fece-
rit ſanctis tuis in hieruſalez: Et hic ha
bet poteſtatem a principib⁹ ſacerdotum:
alligandi omnes qui inuocant nomē tu
um. Dixit autem ad eum dñs. Vade q̄-
niam vas electionis eſt mihi iſte: vt por
tet nomen meum coram gentib⁹ ⁊ regi
bus ⁊ filijs iſrael. Ego enim oſtēdam il-
li: quāta oporteat eum pro nomine meo
pati. Et abijt ananias ⁊ introiuit in do-
mum: ⁊ imponēs ei manus dixit. Sau-
le frater dominus miſit me ieſus·q̄ ap-
paruit tibi in via qua veniebas: vt vide
as ⁊ implearis ſpirituſancto. Et confe-
ſtim ceciderunt ab oculis ei⁹ tanq̄ ſqua
mei: ⁊ viſum recepit. Et ſurgens bapti-
çatus eſt: ⁊ cum accepiſſet cibum cōfor-
tatus eſt. Fuit autem cum diſcipulis q̄
erant damaſci per dies aliquot. Et con-
tinuo ingreſſus ī ſynagogas p̄dicabat
ieſum: quoniam hic eſt filius dei. Sto-
pebant autem omnes qui eū audiebāt:
⁊ dicebant: Nonne hic eſt qui expugna-
bat in hieruſalem eos qui inuocabant
nomē iſtud? Et huc ad hoc venit: vt vin
ctos illos duceret ad principes ſacerdo-
tum. Saulus autem multo magis cō-
ualeſcebat ⁊ cōfundebat iudeos qui ha-
bitabant damaſci· affirmans quoniam
hic eſt chriſtus. Cum autez implerētur
dies multi cōcilium fecerūt invnum iu
dei vt eum interficerent. Note aūt facte
ſunt ſaulo inſidie eorum Cuſtodiebant
autem ⁊ portas die ac nocte vt euz inter
ficerent. Accipiētes autez cum diſcipu- 2·Cor·ii·d·
li nocte p murū dimiſerūt eū: ſummit-
tentes in ſporta. Cum autem veniſſet in
hieruſalem temptabat ſe iungere diſci-
pulis· ⁊ omēs timebāt eum: non creden
tes q̄ eſſet diſcipulus. Barnabas autez
apprehenſum illum duxit ad apoſtolos:
⁊ narrauit illis quō in via vidiſſet dñm
⁊ quia locutus eſt ei: et quō in damaſco
fiducialiter egerit in noie ieſu. Et erat
cum illis intrans ⁊ exiens in hierlm fi-
ducialiter agens in noie dñi. Loquebat
quoq; gentib⁹ ⁊ diſputabat cum grecis

illi aũt querebãt occidere eum. Qd cuz cognouissent frẽs. deduxerũt eũ cesareã ⁊ dimiserũt tharsum. Ecclesia quidez ꝑ totam iudeã ⁊ galileã ⁊ samariã habebat pacem ⁊ edificabatur ambulans in timore dñi ⁊ cõsolatiõe sanctispũs replebat. Factum est aũt vt petrus dum transiret vniuersos deueniret ad scõs qui habitabant lydde. Inuenit aũt ibi hoĩem quẽdam noĩe enean. ab annis octo iacẽtem in grabato: qui erat paralyticus. Et ait illi petrus. Enea: sanet te dñs iesus christus. Surge. ⁊ sterne tibi. Et continuo surrexit. Et viderũt eum oñes qui habitabãt lydde ⁊ sarone. qui cõuersi sunt ad dominum. In ioppe autem fuit quedam discipula nomĩe thabita: q̃ interp̃tata dicitur dorcas. Hec erat plena operibus bonis ⁊ elemosynis quas faciebat Factum est autẽ in diebꝫ ill': vt infirmata moreretur. Quã cum lauissent: posuerunt eam in cenaculo. Cum autez prope esset lydda ab ioppe: discipuli audientes quia petrus esset in ea: miserunt duos viros ad eum. rogantes: ne pigriter venire vsqꝫ ad nos. Exurgens aũt petr⁹ venit cum illis. Et cuz aduenisset: duxerũt illũ in cenaculũ. ⁊ circũsteterũt illuz oñes vidue flentes ⁊ ostendentes ei tunicas ⁊ vestes quas faciebat illis dorcas Eiectis autem omĩbus foras: petrus ponens genua orauit: ⁊ cõuersus ad corp⁹ dixit. Thabita surge. Et illa aperuit oculos. ⁊ visu petro resedit. Dans autẽ illi manum erexit eam. ⁊ cũ vocasset scõs et viduas. assignauit eam viuã. Notũ aũt factum est ꝑ vniuersam ioppen. ⁊ crediderunt multi in dño. Factũ est autez vt dies mltos moraret in ioppe apud simonem quendam coriarium.

D

s.3.a

X

A

Vir autẽ quidam erat in cesarea noĩe cornelius centurio cohort⁹ que dicitur italica. religiosus et timẽs deum cum omni domo sua: faciẽs elemosynas mltas plebi ⁊ deprecans deum semper. Is vidit in visu manifeste quasi hora diei nona angelum dei introeuntem ad se ⁊ dicentẽ sibi: Corneli. At ille intuens eũ: timore correptus dixit: Quis es dñe? Dixit autẽ illi. Oratiões tue ⁊ elemosyne tue ascenderunt in memoriam in cõspectu dei. Et nunc mitte viros in ioppen. ⁊ accersi simonem quẽdam qui cognominatur petrus. Hic hospitatur apud simonẽ quendaz coriariũ cuius est domus iuxta mare. Hic dicet tibi: quid te oporteat facere. Et cũ discessisset angelus qui loquebat illi: vocauit duos domesticos suos. ⁊ militem metuentem dñm ex his q̃ illi parebant. Quibus cum narrasset omnia: misit illos in ioppen. Postera autẽ die iter illis faciẽtibus ⁊ appropinquãtibus ciuitati: ascẽdit petrus in superiora vt oraret circa horam sextam. Et cũ esuriret voluit gustare. Parantibꝫ autẽ illis: cecidit super eũ mentis excessus. Et vidit celum apertuz ⁊ descendens vas quoddam velut linthe um magnũ quattuor initijs summitti de celo in terrã in quo erant oĩa q̃drupedia ⁊ serpentia terre ⁊ volatilia celi. Et facta est vox ad eũ. Surge petre: occide et manduca. Ait autẽ petrus. Absit domĩe quia nunq̃ manducaui oñe cõmune ⁊ immundũ. Et vox iterũ secundo ad eũ. Quod de⁹ purificauit: tu cõmune ne dixeris. Hoc factũ est ꝑ te. Et statim receptum est vas in celũ. Et duz intra se hesitaret petrus quid nam esset visio quã vidisset: ecce viri qui missi erãt a cornelio inquirẽtes domũ simonis. astiterũt ad ianuam. Et cuz vocassent: interrogabant. si simon qui cognoĩatur petrus illic haberet hospitiũ Petro autẽ cogitante de visione: dixit spũs ei: Ecce viri tres querũt te. Surge itaqꝫ ⁊ descende. ⁊ vade cum eis nihil dubitans: qꝛ ego misi illos. Descendens autẽ petrus ad viros dixit: Ecce ego sum quẽ querit⁹. Que cã est ꝓpter quã venistis? Qui dixerũt. Cornelius centurio vir iustus ⁊ timẽs deuz ⁊ testimoniũ habens ab vniuersa gente iudeorũ responsuz accepit ab anglo scõ accersiri te ĩ domũ suã. ⁊ audire vba abs te. Introducens g̃ eos recepit hospitio. Sequẽti autẽ die surgens. ꝓfect⁹ est cũ

Tobie.ix.

j.ii.a.

B

Luce.2.d.

C

illis ⁊ quidam ex fratribꝫ ab ioppe comi-
tati sunt eũ. Altera aũt die introiuit ce-
saream. Cornelius vero expectabat illos
cõuocatis cognatis suis ⁊ necessarijs a-
micis. Et factũ est cũ introisset petr⁹ ob
uius venit ei cornelius. ⁊ ꝓcidens ad pe
des eius adorauit euꝫ. Petrus vero ele
uauit eum dicens. Surge: ⁊ ego ipse ho
mo sum. Et loquens cũ illo intrauit. et
inuenit multos q̃ cõuenerãt. dixitq̃ ad
illos: Vos scitis quõ abominatuꝫ sit vi-
ro iudeo cõiungi aut accedere ad alieni-
genam. Sed mihi oñdit de⁹ neminem
cõmunẽ aut immũdũ dicere hoĩem pro
pter qd̃ sine dubitatiõe veni accersitus.
Interrogo ergo quã ob causaꝫ accersi-
stis me. Et cornelius ait: A nudius q̃rta
die vsq̃ ad hanc horaꝫ orans eram hora
nona in domo mea. ⁊ ecce vir stetit ante
me in veste candida. ⁊ ait / Corneli exau-
dita est oratio tua. ⁊ elemosyne tue com
memorate sunt in cõspectu dei. Mitte g̃
in ioppen ⁊ accersi simonez q̃ cognomi-
natur petr⁹: hic hospitat̃ in domo simõis
coriarij iuxta mare. Confestim g̃ misi ad
te. ⁊ tu bñ fecisti veniẽdo. Nunc g̃ oñes
nos in ꝯspectu tuo adsum⁹: audire oñia
q̃cunq̃ tibi p̃cepta sunt a dño. Aperiens
aũt petrus os suũ dixit / In veritate cõ-
peri. qꝛ nõ est ꝑsonaꝝ acceptor de⁹. sed in
omni gente qui timet eũ ⁊ opat̃ iusticiã
acceptus est illi. Verbũ misit deus filijs
isrl̃. annũcians pacẽ ꝑ iesum christũ: hic
est oĩm dñs. Vos scitis qd̃ factũ est ver-
bum ꝑ vniuersam iudeã / Incipiens eĩ
a galilea post baptismũ quod predicauit
iohannes iesum a naçareth quõ vnxit
eum deus spũscõ ⁊ virtute qui ꝑtransijt
benefaciendo ⁊ sanando oẽs oppressos a
diabolo: quoniã deus erat cum illo / Et
nos testes sum⁹ oĩm que fecit in regiõe
iudeorũ ⁊ hirl̃m: quẽ occiderunt suspen
dentes in ligno / Hunc deus suscitauit
tertia die ⁊ dedit eũ manifestũ fieri non
omni populo: sed testibꝫ p̃ordinat̃ a deo
nobis q̃ mãducauim⁹ ⁊ bibim⁹ cuꝫ illo
postq̃ resurrexit a mortuis. Et p̃cepit no
bis p̃dicare ꝓpl̃o ⁊ testificari: qꝛ ipse est q̃
cõstitutus est a deo iudex viuoꝝ ⁊ mortu
orũ. Huic omnes ꝓphete testimoniũ ꝑ-
hibent remissionem peccacoꝝ accipe per
nomen eius: oñs qui credũt in eũ. Ad-
huc loquẽte petro verba hec cecidit spũs
sanct⁹ sup omnes qui audiebant verbũ
Et obstupuerũt ex circũcisione fideles
qui venerant cum petro: quia ⁊ in natio
nes gr̃a spũssancti effusa est. Audiebant
enĩ illos loquẽtes linguis. ⁊ magnificã-
tes deũ. Tũc rñdit petr⁹ / Nũquid aquaꝫ
quis ꝓhibere põt vt nõ baptiçentur hi
qui spm̃sanctũ acceperunt sicut ⁊ nos?
Et iussit eos baptiçari in noĩe dñi iesu
christi. Tũc rogauerũt euꝫ: vt maneret
apud eos aliquot diebꝫ.

XI

Audierũt aũt apl̃i ⁊ frẽs q̃ erant
in iudea: qm̃ ⁊ gentes receperũt
verbum dei. Cum autẽ ascendis-
set petrus hierosolymam disceptabant
aduersus illũ qui erant ex circumcisiõe
dicentes: Quare introisti ad viros pre-
putium habentes. ⁊ manducasti cum il
lis? Incipiens autez petrus: exponebat
illis ordinem dicens / Ego eram in ciui
tate ioppe orans. ⁊ vidi in excessu mẽtis
mee visionem: descendens vas quoddã
velut lintheuꝫ magnuꝫ quattuor initijs
summitti de celo. ⁊ veĩt vsq̃ ad me. In
quod intuens considerabam: et vidi q̃-
drupedia terre ⁊ bestias ⁊ reptilia ⁊ vola
tilia celi. Audiui autem ⁊ vocem dicen-
tem mihi. Surge petre: occide et man-
duca. Dixi autem. Nequaq̃ dñe: qꝛ cõ-
mune aut immũdum nunq̃ introiuit ĩ
os meum. Rñdit autem vox secundo de
celo. Que deus mũdauit: tu ne cõmũe
dixeris. Hoc autem factũ est ꝑ te. ⁊ rece
pta sunt oĩa rursum in celũ. Et ecce viri
tres confestim astiterũt in domo in qua
eram missi a cesarea ad me. Dixit autez
spũs mihi: vt irem cũ illis nihil hesitãs
Venerũt autem mecũ ⁊ sex frẽs isti: ⁊ in
gressi sumus in domũ viri. Narrauit au
tem nobis quomodo vidisset angelum
in domo sua stantẽ. ⁊ dicentez sibi: Mit-
te in ioppen: et accersi simonem qui co-
gnominat̃ petrus: qui loquet̃ tibi verba

Tobie. 12.
Leuit. 19. Ro. 2. b. Ephe. 6. b. Col. 3. d. 1. Pe. 1. c. Ja. 2. b.
D
Esa. 61.
Esa. 43. s. 1. a.
s. 2. b.
s. 8. d.
A
s. 10. a.
B

in quibus saluus eris tu ⁊ vniuersa domus tua. Cum autẽ cepissem loqui: cecidit spiritus sctũs sup eos: sicut ⁊ in nos in initio. Recordatus sum aũt verbi domini: sicut dicebat / Johãnes quidẽ baptiçauit aqua: vos autez baptiçabimini spiritu sancto. Si g eandẽ grãm dedit illis deus sicut ⁊ nobis q̃ credidim⁹ in dominũ iesum christũ: ego quis eram qui possem phibere deum? His auditis tacuerũt ⁊ glorificauerũt deum dicẽtes. Ergo ⁊ gentib⁹ penitentiã dedit deus ad vitam. Et illi quidẽ qui dispersi fuerant a tribulatiõe que facta fuerat sub stephano: pambulauerũt vsq; phenicẽ ⁊ cyprũ ⁊ antiochiam. nemini loquẽtes verbuz nisi solis iudeis. Erant autẽ quidam ex eis viri cyprij ⁊ cyrenei: q̃ cũ introissent antiochiam loq̃bant̃ ad grecos annunciantes dñm iesum. Et erat manus dñi cũ eis: multusq; numer⁹ credentiũ conuersus est ad dñm. Peruenit aũt ℞mo ad aures ecclesie q̃ erat hierosolymis super istis: ⁊ miserũt barnabam vsq; ad antiochiam. Qui cũ peruenisset ⁊ vidisset grãm dei: gauisus est ⁊ hortabat̃ oñs in ꝓposito cordis ꝑmanere in dño: qz erat vir bon⁹ ⁊ plen⁹ spũsc̃o ⁊ fide. ⁊ apposita est multa turba dño. Profect⁹ est autez tharsum vt q̃reret saulũ: quẽ cũ iuuenisset pduxit antiochiã. Et annũ totũ conuersati sunt ibi in eccl'ia: ⁊ docuerũt turbam multaz. ita vt cognoiarent̃ primuz antiochie discipuli christiani. In his autẽ diebꝫ supuenerũt ab hierosolymis ꝓphete antiochiã: ⁊ surgens vn⁹ ex eis nomine agabus significabat per spm̃: famẽ magnã futurã in vniuerso orbe terrarũ que facta est sub claudio. Discipuli aũt ꝓut quisq; habebat: ꝓposuerũt i ministerium mittere habitantib⁹ in iudea fribꝫ qđ ⁊ fecerũt mittẽtes ad seniores p manus barnabe ⁊ sauli.

XII

dicor hodie a vobis. Distulit aūt illos fe
lix:certissime sciēs de via hac·dicēs: Cū
tribunus lysias descēderit audiam vos
Jussitqꝫ cēturioni custodire eū⁊ hāe re
quiē:nec quēqꝫ de suis ꝓhibere mistrare
ei. Post aliq̄t aūt dies veniēs felix cum
drusilla vxore sua q̄ erat iudea vocauit
paulū·⁊ audiuit ab eo fidē q̄ ē i chr̄istū ie
suz. Disputāte aūt illo de iusticia⁊ casti
tate⁊ de iudicio futuro:tremefact⁹ felix
rñdit. Qd̄ nūc attinet·vade:tpe āt opor
tuno accersiā te: fil' ⁊ sperans q⁹ pecunia
ei dare⁊ a paulo: ꝓpter qd̄⁊ frequēter ac
cersiēs eū loq̄bat cū eo. Biennio aūt ex
pleto:accepit succesorē felix portiū festū
Volēs aūt gram ꝓstare iudeis felix:reli
quit paulū vinctū. ¶ XXV

Festus ergo cū venisset in ꝓuin
ciam post triduū ascēdit hiero
solymā a cesarea Adieruntqꝫ eū

principes sacerdotū ⁊ primi iudeorū ad uersus paulū ⁊ rogabāt eū postulantes gr̄am aduersus eū vt iuberet p̄duci euz in hierl̄m: insidias tēdentes vt interfi cerēt eū in via. Fest⁹ aūt rūdit seruari q̄ dem paulū in cesarea: se aūt maturi⁹ p̄fe cturū. Qui ergo ī vobis ait potētes sūt descēdentes simul si qđ ē ī viro crimen accusent eū. Demorat⁹ aūt inter eos di es nō ampli⁹ q̄z octo aut decē descēdit ce sareā: ⁊ altera die sedit p̄ tribunali ⁊ ius sit paulū adduci. Qui cū p̄duct⁹ eēt: cir cūsteterūt eū q̄ ab hierosolyma descēde rāt iudei· multas ⁊ graues causas obij cientes q̄s nō poterāt p̄bare: paulo ratio nē reddēte: qm̄ neq; in legē iudeoz neq; in tēplū neq; in cesarē q̄cq; peccaui Fest⁹ aūt volēs gr̄az p̄stare iudeis: rūdēs pau lo dixit: Vis hierosolymā ascēdere· ⁊ ibi de his iudicari apud me? Dixit autem paulus. Ad tribunal cesaris sto: ibi me oportet iudicari. Judeis non nocui: si cut tu melius nosti. Si eniz nocui aut dignū morte aliquid feci: nō recuso mo ri. Si vero nihil est eoz que hi accusant me: nemo pōt me illis donare. Cesarez appello. Tūc festus cū ꝯsilio locutus rū dit. Cesarē appellasti: ad cesarē ibis. Et cū dies aliq̄t trāsacti essent· agrippa rex et bernice descēderūt cesareā ad salutan dū festū. Et cū dies plures ibi morarēt festus regi idicauit de paulo· dicēs: Vir quidā est derelictus a felice vinct⁹: de q̄ cūessem hierosolymis adierūt me p̄nci pes sacerdotū ⁊ seniores iudeoz postulā tes aduersus illū damnationem. Ad q̄s rūdi: q̄z nō ē romanis ꝯsuetudo donare aliquē hoīem priusq̄; is qui accusatur p̄ sentes habeat accusatores: locumq; de fendēdi accipiat ad abluenda crimina q̄ ei obiciunt. Cū ergo huc conuenissent sine vlla dilatione in sequēti die sedens p̄ tribunali iussi adduci virū. De q̄ cum stetissent accusatores nullā cām deferē bant de quib⁹ ego suspicabar malū: que stiones vero quasdā de sua sup̄stitiōe ha bebāt aduersus eū: et de quodam iesu de functo quē affirmabat paulus viuere.

Desitās aūt ego ꝺ huiusmodi questiōe dicebā· si vellet ire hierosolymā: ⁊ ibi iu dicari de istis. Paulo aūt appellante vt seruaret augusti cognitioni: iussi seruari eū donec mittā eū ad cesarē. Agrippa āt dixit ad festū. Volebā ⁊ ipe hoīem audi re. Cras inquit audies eum. Altera aūt die cū venisset agrippa ⁊ bernice cū mul ta ambitione: et introissent in auditori um cū tribunis ⁊ viris principalib⁹ ciui tatis iubēte festo adductus est paulus. Et dixit fest⁹: Agrippa rex ⁊ oēs q̄ simul adestis nobiscū viri: videtis hūc hoīem de quo ois multitudo iudeoz interpel lauit me hierosolymis petentes ⁊ accla mātes: nō oportere eū viuere amplius. Ego vero cōperi nihil dignū morte euz admisisse. Ipo aūt hoc appellāte: ad au gustū iudicaui mittere de q̄ quid certū scribā dño nō habeo· ꝓpter qđ p̄duxi euz ad vos: ⁊ maxime ad te rex agrippa: vt in terrogatōe facta habeā q̄d scribā. Sine rōne enī mihi videt⁹ mittere vinctū: et causas eius nō significare.

XXVI

Agrippa vero ad paulū ait. Per mittit⁹ tibi loqui pro temetipo. Tūc paulus extēta manu cepit rationē reddere· De oīb⁹ quib⁹ accusor a iudeis rex agrippa estimo me beatum apud te: cū sim defensur⁹ me hodie: maxi me te sciēte oīa q̄ apud iudeos sūt ꝯsue tudines ⁊ q̄stiones: ꝓpter qđ obsecro pa tiēter me audias. Et quidē vitaz meā a iuuētute q̄ ab initio fuit in gēte mea in hierosolymis nouerūt oēs iudei: p̄scien tes me ab initio si velint testimoniū p̄ hibere: qm̄ fm certissimā sectaz nr̄e reli gionis viri phariseus Et nūc in spe que ad p̄res nr̄os repromissiōis facta ē a deo sto iudicio subiect⁹: in q̄ duodecim trib⁹ nostre nocte ⁊ die deseruiētes sperāt de uenire. De qua spe accusor a iudeis rex. Quid incredibile iudicat⁹ apud vos si de us mortuos suscitat? Et ego quidē esti mauerā me aduersus nomen iesu naça reni debere multa cōtraria agere qđ feci hierosolymis. Et multos sanctoz̄ ego in carceribus inclusi a principib⁹ sacerdo-

tum potestate accepta:et cū occiderent
vetuli sententiā Et p oēs synagogas fre
quenter puniēs eos·cōpellebaz blasphe
mare:et amplius insaniens in eos·psequebar vsqz in exteras ciuitates. In qbus dum irem damascū:cū ptāte et permissu principū sacerdotū :die media in via vidi rex de celo supra splendorē solis circūfulsisse me lumē·et eos qui mecuz simul erāt oēsqz nos cū decidissem⁹ ī terrā audiui vocez loquentē mihi hebraica lingua/ Saule saule quid me pseqris? Durū est tibi contra stimulum calcitrare? Ego aūt dixi:Quis es dñe? Dominus aūt dixit:Ego sum iesus naçaren⁹ quez tu psequeris . Sed exurge:et sta supra pedes tuos·Ad hoc enī apparui tibi ꝛ cōstituā te mīstrū ꝛ testē eoz q̄ vidisti:ꝛ eorū quibꝫ apparebꝫ tibi eripiēs te ꝺ pplis et gētibꝫ in qs nūc ego mitto te aperire oculos eoz vt ꝺuertant a tenebris ad lucē·et de ptāte sathane ad deū ·vt accipiant remissionē peccatoz ꝛ sortē inter sanctos p fidē q̄ ē in me. Vnde rex agrippa nō fui incredulus celesti visioni :sz his qui sunt damasci primū ꝛ hierosolymis ꝛ in omnē regionē iudee·ꝛ gētibꝫ annunciabam·vt pniam agerēt ꝛ ꝺuerterent ad deū:digna penitētie opa faciētes . Hac ex causa me iudei cū essez in tēplo cōprehēsuz tēptabāt volētes me interficere. Auxilio aūt adiut⁹ dei vsqz in hodiernuz diē sto testificās minori atqz maiori:nihil extra dicēs q̄z ea q̄ pphete locuti sunt futura esse ꝛ moyses:si passibilis christ⁹ si prim⁹ ex resurrectōe mortuoz lumen annūciatur⁹ é populo ꝛ gentibꝫ. Hec loquēte eo ꝛ rationē reddēte fest⁹ magna voce dixit: Insanis paule. Multe te lre ad insaniā ꝺuertūt Et paul⁹:nō insanio inquit optime feste:sz veritatis ꝛ sobrietatis verba eloquor. Scit enī de his rex: ad quē ꝛ ꝓstāter loquor. Latere enī eum nihil hoz arbitror . Neqz enī in angulo quicqz hoz gestū est. Credis rex agrippa pphetis? Scio q̄ credis. Agrippa autez ad paulū. In modico suades me christi anū fieri. Et paul⁹. Opto apud deū ꝛ in modico ꝛ in magno:nō tm̄ te·sz etiā oēs qui audiunt hodie fieri tales q̄lis ꝛ ego sum:exceptis vinculis his. Et exurrexit rex ꝛ preses et bernice et qui assidebant eis. Et cū secessissent·loquebant ad inuicē dicētes:q̄ nihil morte aut vinculis dignū quid fecit homo iste. Agrippa aūt festo dixit. Dimitti poterat homo hic:si nō appellasset cesarem.

XXVII

Vt aūt iudicatū est nauigare eū in italiā ꝛ tradi paulū cū reliqs custodijs cēturioni nomīe iulio cohortis auguste:ascēdentes nauem adrumetinā incipientem nauigare circa asie loca sustulim⁹ pseuerāte nobiscum aristarcho macedone·thessalonicēse. De quēti aūt die venim⁹ fidonē. Humane aūt tractās iulius paulū pmisit ad amicos ire:ꝛ curā sui agere Et inde cū sustulissemus subnauigauim⁹ cyprū,pterea q̄ essent vēti cōtrarij·Et pelagus cilicie et pāphylie nauigantes venim⁹ lystram que est lytie:ꝛ ibi inuenies cēturio nauē alexandrinā nauigantē in italiā:trāspposuit nos in eā. Et cū multis diebꝫ tarde nauigaremus et vix deuenissem⁹ cōtra gnydū:phibente nos vēto adnauigauimus crete iuxta salomonē. Et vix iuxta nauigātes venim⁹ in locū quēdaz quivocat bonipor⁹:cui iuxta erat ciuitas thalassa. Multo aūt tpe pacto ꝛ cū iam nō esset tuta nauigatio eo q̄ ieiuniū iam pteriisset:psolabat eos paulus dicens eis Viri:video q̄m cū iniuria ꝛ multo dāno nō solū oneris ꝛ nauis:sz etiā animaꝝ nrārum incipit esse nauigatio. Cēturio aūt gubernatori ꝛ nauclero magis credebat q̄z his que a paulo dicebāt. Et cū aptus portus nō esset ad hyemādum plurimi statuerūt consiliū nauigare inde si quo modo possent deueniētes phenicem hyemare portū crete respiciētem ad affricū et ad chorū. Aspirāte aūt austro estimantes ꝓpositū se tenere: cū sustulissent de asson legebant cretam Non post multū aūt misit se contra ipam ventus typhonicus qui vocat euroaquilo. Cumqz arrepta esset nauis:ꝛ non posset conari in

ventū:data naue flatib⁹ ferebamur In
insulā aūt quandā decurrētes que voca
tur cauda·potuim⁹ vix obtinere scapham
Qua sublata adiutoriis vtebant accin
gētes nauē: timētes ne in syrtym inci⁊
derēt sūmisso vase sic ferebant. Valida
aūt nobis tēpestate iactatis· sequēti die
iactū fecerūt:⁊ tertia die suis manibus
armamēta nauis piecerūt· Neq; aūt so⁊
le neq; sideribus apparētib⁹ p plures dies
et tēpestate nō exigua imminēte:iā ablata
erat ispes oīs salutis nre. Et cū multa ie
iunatio fuisset:tūc stās paulus i medio
eor dixit:Oportebat quidē o viri audi⁊
te me nō tollere a creta:lucriq; facere in
iuriā hāc et iacturā. Et nūc suadeo vob
bono animo esse. Amissio enī nulli⁹ anime
rit ex nobis p̄terq; nauis⁊ Astitit enim
mihi hac nocte angel⁹ dei cuius sum ego
et cui deseruio dicēs: Ne timeas paule
cesari te oportet assistere. Et ecce dona⁊
uit tibi de⁹ oēs q̄ nauigāt tecū . Propt
qō bono animo estote viri. Credo enī deo:
q; sic erit quēadmodū dictū ē mihi. In
insulā aūt quandam oportet nos deueni
re. Dies postea q̄rtadecima nox sup
uenit:nauigātib⁹ nobis in hadria circa
mediam noctē suspicabant naute appare
re sibi aliquā regionē. Qui ⁊ sūmitten⁊
tes bolidē· inuenerūt passus viginti·⁊ pu
sillū inde sepati inuenerūt pass⁹ q̄ndecim
Timētes aūt ne in aspera loca incidere
mus:de puppi mittētes anchoras q̄ttuor optabāt die fieri. Nautis vero querē
tib⁹ fugere de naui:cū mississent scapham
in mare sub obtētu q̄si inciperēt a prora
anchoras extēdere:dixit paul⁹ cēturioni
⁊ militib⁹. Nisi hi in naui mānserint:vos
salui fieri nō potestis. Tūc absciderunt
milites funes scaphe:et passi sūt eā excu⁊
dere. Et cum lux inciperet fieri rogabat
paulus oēs sumere cibū dicēs Quarta
decima die hodie expectātes ieiunij per⁊
manetis:nihil accipiētes. Propter qō
rogo vos accipe cibuz p salute vīa quia
nullius vestrum capillus de capite peri⁊
bit. Et cū hec dixisset:sumens panē gīas
egit deo in conspectu oīm:et cū fregisset
cepit mānducare. Animequiores autem
facti oēs:et ipi assūpserūt cibū Eramus
vero vniuerse anime in naui ducente se
ptuaginta sex· Et satiati cibo alleuiabāt
nauē:iactātes triticū in mare. Cum aūt
dies factus esset terrā non agnoscebāt:
sinū vero quendā considerabāt habētez
litus:i quē cogitabant si possent ejicere
nauē. Et cū anchoras sustulissent cōmit
tebāt se mari· simul laxantes iuncturas
gubernaculorū:et leuato artemone flu
aure flatū tēdebāt ad litus. Et cum inci
dissemus in locū bithalassuz impegerūt
nauē:et prora quidē fixa manebat īmo⁊
bilis· puppis vero soluebat a vi maris.
Militū aūt consiliū fuit vt custodias occi
derēt ne q̄s cū enatasset effugeret:centu
rio aūt volens seruare paulū prohibuit fi
eri· Jussitq; eos qui possent natare emit
tere se primos et euadere et ad terram
exire:et ceteros alios in tabulis ferebāt
quosdam super ea que de naui erant Et
sic factum est:vt omnes anime euade⁊
rent ad terram:

XXVIII

Et cū euasissemus tunc cogno⁊
uimus quia mytilene insula vo
cabatur . Barbari vero p̄stabāt
nō modicā hūanitatē nob. Accēsa enī py⁊
ra reficiebāt nos oēs:pter imbrē q̄ imi
nebat et frigus. Cū congregasset aūt pau
lus sarmentor aliquantā multitudinē
et imposuisset sup ignē:vipa a calore cū
p̄cessisset inuasit manū eius. Ut vero vi
derūt barbari pendentez bestiā de manu
eius:ad inuicē dicebāt. Utiq; homicida
est homo hic:qui cū euasit de mari vltio
nō sinit eū viuere. Et ille quidē excutiēs
bestiā in ignē· nihil mali passus est. At il
li existimabant eū in tumorē q̄uertēduz
et subito casurū ⁊ mori: Diu aūt illis ex
pectātib⁹ ⁊ videntib⁹ nihil mali in eo fie
ri:q̄uertentes se dicebāt eū eē deū In lo
cis aūt illis erant p̄dia principis insu
le noīe publij:qui nos suscipiēs· triduo
benigno exhibuit. Contigit autez patrē
publij febribus et dissēteria vexatū iace⁊
re· Ad quē paulus intrauit:et cū orasset
et imposuisset ei manus saluauit eum.

L s·i·a·et·z.b·

D

B

A

Prologus

Quo facto oēs qui in insula habebant infirmitates accedebāt et curabantur. Qui etiā multis honoribꝫ nos honorauerūt:et nauigantibꝫ imposuerūt q̄ necessaria erāt. Post mēses aūt tres nauigauim⁹ in naui alexandrina q̄ in insula hyemauerat:cui erat insigne castrorum Et cū venissemus siracusaꝫ ·māsim⁹ ibi triduo. Inde circūlegētes devenim⁹ regiū:et post vnū diē flante austro secūda die venimus puthеolos:vbi inuētis fribus rogati sum⁹ manere apud eos dies septē:ɼ sic venim⁹ romā. Et inde cū audissent fratres occurrerunt nobis vsqꝫ ad appiifororū·ɼ tribꝫ tabernis. Quos cuꝫ vidisset paulus gras agēs deo accepit fiduciā. Cū aūt venissemus romā pmissum est paulo pmanere sibimet :cū custodiēte se milite ·post tertiū aūt diē cōuocauit primos iudeoꝝ. Cūq̄ venissent dicebat eis:Ego viri frēs nihil aduersus plebē faciēs aut morē paternū: vinct⁹ ab hierosolymis tradit⁹ sum in manus romanoꝝ:q̄ cū interrogationē de me habuissent voluerunt me dimittere: eo q̄ nulla esset cā mortis in me:Cōtradicēti bus aūt iudeis coactus suꝫ appellare cesarē:nō quasi gentē meā hns aliq̄d accusare. Propter hanc igit cām rogaui vos videre et alloqui. Propter spem enī isrl catena hac circūdatus sū At illi dixerūt ad eū:Nos neq̄ lras accepim⁹ de te a iudea:neq̄ aduenies aliqs fratrū nūciauit aut locutus est q̄d de te malū. Rogam⁹ aūt a te audire que sentis. Nā de secta hac notū est nobis:q̄ vbiq̄ ei ꝓtradicit. Cū constituissent aūt illi diē venerūt ad euꝫ in hospitiū plurimi·quibꝫ exponebat testificās regnū dei suadēsq̄ eis de ihesu ex lege moysi ɼ pphetis a mane vsqꝫ ad vesperā. Et quidā credebāt his que dicebātur:quidā vero nō credebāt. Cūq̄ inuicem nō essent ꝓsentiētes:discedebāt dicēte paulo vnū verbū. Quia bene spūs sanctus locutus ē p̄ esaiā pphetā ad patres vros dicēs/ Vade ad pplum istū et dic:Aure audietis ɼ nō intelligetis:ɼ videntes videbitis ɼ nō ꝑspicietis. Incrassatū est enī cor pplī huius et auribꝫ graviter audierūt:et oculos suos cōpressērunt ne forte videāt oculis et auribꝫ audiant et corde intellgāt: et ꝓuertant⁹ ɼ sanem eos Notū ergo sit vob:qm̄ gētibꝫ missum est hoc salutare dei:ɼ ipi audiēt Et cū hec dixisset:exierūt ab eo iudei multā hntes inter se questionē. Mānsit aūt biēnio toto in suo ꝓductu:ɼ suscipiebat oēs q̄ ingrediebant⁹ ad eū:pdicās regnū dei ·ɼ docēs que sunt de domino ihesu christo cuꝫ omni fiducia sine prohibitione.

Esa·6. Mat·13· b·Mar·4·b. Lu·8·b. Job· 12·f.

Explicit liber actuū apl̄oꝝ. Incipit prologus in septē epistolas canonicas.

In ita est ordo apud grecos qui integre sapiunt fidēq̄ rectā sectant⁹ epl̄aꝝ septem·que canonice nūcupant⁹ sicut in latinis codicibus inuenit⁹ vt q̄ petrus ē primus in ordine apl̄oꝝ:prime sint etiā eiꝰ epl̄e in ordine ceteraꝝ. Ꝙz sicut euāgelistas duū ad veritatis lineā correxim⁹:ita hasꝑpio ordini deo iuuāte reddidim⁹. Est enī prima eaꝝ vna iacobi:due petri:tres iohānis·et iude vna. Que si sicut ab eis digeste sūt ita q̄z ab interptibꝫ fideliter in latinū verterent⁹ eloquium·nec ambiguitatē legētibꝫ facerēt· nec sermonū se se varietas impugnaret :illo ꝑcipue loco vbi de vnitate trinitatis in prima iohānis epl̄a positū legim⁹: in qua etiā ab infidelibꝫ trāslatoribꝫ multū erratū esse a fidei veritate cōperimus·trium tm̄mo vocabula·hoc est aque sanguinis ɼ spiritus in ipa sua editione ponētibꝫ:et patris verbiq̄ ac spūs testimoniū omittētibꝫ:in quo maxime et fides catholica roborat⁹:ɼ p̄ris et filij ɼ spūssancti vna diuinitatis substantia cōprobat⁹. In ceteris vero epl̄is quantū a nostra aliorū distet editio:lectoris prudentie derelinq̄. Ꝙz tu virgo christi eustochiū dum a me impensius scripture veritatē inquiris:memam quodāmodo senectutē inuidorum dentibus corrodendam exponis:qui me falsariū corruptorēq̄ sanctarum ꝓnun-

Epistola

ciât scripturarũ. Ego ego in tali ope nec emulorum meorũ inuidentiã ptimesco nec sancte scripture veritatem poscenti/ bus denegabo.

Explicit prologus in septẽ epistolas canonicas. Incipit argumentũ in easdẽ.

IAcobꝰ.petrꝰ.iohãnes.et iudas septẽ epl'as ediderunt tam mystицas ꝙ succinctas.et breues pariter ac longas:breues in verbis.longas in sententijs vt rarus sit qui non in earum cecutiat lectione.

Explicit argumẽtũ in septẽ epl'as canonicas. Incipit argumentum in epistolã canonicam beati iacobi apostoli.

IAcobꝰ apl'us scm̃ instruit cleruꝫ de cultura celestiũ ꝓceptorꝫ ⁊ regula catholice obseruãtie.⁊ ꝺ̃ inuicte patiẽtie maiestate et de reuelatiõe plurimorꝫ:⁊ de mendatio magistrorum

Explicit argumentuꝫ. Incipit epistola canonica beati Jacobi apli. Caplm. I

A IAcobus dei et dñi nostri iesu christi seruus:duodecim tribubꝰ q̃ sunt in dispsione.salutez. Omne gaudiũ existimate frẽs mei cuꝫ in tẽptatiões varias inciderit/is.sciẽtes ꝙ ꝓbatio fidei vre patientiam operatur. Patientia aũt opꝰ pfectũ habeat:vt sitis pfecti ⁊ integri in nullo deficientes. Si quis autẽ vrm̃ idiget sapia.postulet a deo q̃ dat oĩbꝰ affluẽter.⁊ nõ improperat.⁊ dabit ei. Postulet aũt i fide nihil hesitãs. Qui enĩ hesitat similis ẽ fluctui maris.q̃ a vẽto mouet ⁊ circũfert. Non ergo estimet homo ille ꝙ accipiat aliq̃d a dño. Vir duplex aĩo inconstãs ẽ in oĩbus vijs suis. Gloriet aũt frater humilis in exaltatiõe sua:diues aũt in humilitate sua:qm̃ sicut flos feni trãsibit. Exortus enĩ est sol cũ ardore. et arefecit fenũ. et flos eius decidit.⁊ decor vultus ei⁹ depe rijt. Ita et diues in itinerib⁹ suis marcescet. Beat⁹ vir qui suffert tẽptationẽ qm̃ cũ ꝓbatus fuerit accipiet coronã vite.quã repromisit deꝰ diligentibꝰ se. Nemo cũ tẽptat dicat:qm̃ a deo tẽptat. Deus enĩ intẽptatorꝫ malorꝫ est Ipe aũt neminẽ tẽptat. Unusquisq̃ vero temptat a ꝓcupiscẽtia sua.abstractꝰ ⁊ illectꝰ. Deinde ꝓcupiscẽtia cũ concepit parit pctm̃ pctm̃ vero cũ cõsummatum fuerit generat mortẽ. Nolite itaq̃ errare frẽs mei dilectissim. Omne datũ optimũ ⁊ oẽ donuꝫ pfectũ desursum est descẽdẽs a patre luminũ:apud quẽ nõ est trãsmutatio.nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enĩ genuit nos verbo veritatis.vt simus initiũ aliquid creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit aũt oĩs homo velox ad audiẽdũ:tardus aũt ad loquendum.et tardus ad irã. Ira enĩ viri iusticiam dei nõ operatur. Propter qõ abijciẽtes oẽm imundiciã et abũdantiã malicie.in mansuetudine suscipite insitum verbũ:q̃ põt saluare aĩas vras. Estote aũt factorꝫ verbi et non auditorꝫ tantũ fallẽtes vosmetipos.qz si quis auditor est verbi ⁊ nõ factor hic cõparabit viro cõsiderãti vultũ natiuitatis sue in speculo. Cõsiderauit enĩ se ⁊ abijt:⁊ statim oblitus est qualis fuerit. Qui aũt pspexerit in lege pfecte libertatis ⁊ pmanserit in ea nõ auditor obliuiosus factꝰ:sed factor operis:hic beat⁹ in facto suo erit. Si quis aũt putat se religiosũ esse nõ refrenãs linguã suã sed seducens cor suũ.huius vana est religio. Religio mũda ⁊ immaculata apud deũ et patrẽ.hec est :visitare pupillos ⁊ viduas in tribulatõe eorũ:⁊ imaculatũ se custodire ab hõ seculo.

II Fratres mei: nolite in pso narũ acceptione habere fidẽ dñi nostri iesu christi glorie. Eteniz si introierit in conuẽtũ vestrũ vir aureũ annulũ habens in veste candida introierit aũt ⁊ paup in sordido habitu:⁊ intẽdatis in eum qui indutus est veste pcla/ra et direritis ei:tu sede hic bene: paupi aũt dicatis.tu sta illic.aut sede sub scabel

Jac.1.a. Jac.1.a. Jac.1.a.

lo pedū meorum:nonne iudicatis apud
vosmetipos·et facti estis iudices cogita
tionū iniquarū ?Audite fratres dilectis
simi.Nōne deus elegit paupes in ꝺ mū
do·diuites in fide ⁊ hæredes regni:qꝺ re
promisit deus diligētibꝫ se?Vos aūt ex
honorastis pauperē:Nōne diuites ꝑ po
tentiā oppimūt vos et ipi trahunt vos
ad iudicia?Nōne ipi blasphemāt bonum
nomē quod inuocatū ē sup vos?Si tñ
legē pficitis regalez ꝟm scripturas //dilu
ges prorimū tuū sicut teipm·bñ facitis
//si aūt psonā accipitis·pctm operamī: re
darguti a lege quasi trāsgressores.Qui
cūqꝫ aūt totā legez seruauerit· offendat
aūt in vno·factus est omniū reus.Qui
enī dixit:nō mechaberis dixit ⁊ non occi
des.Qsi nō mechaberis occides aūt:fa
ctus es trāsgressor legis//Sic loquimi
ni et sic facite:sicut ꝑ legē libertatis inci
pientes iudicari.Judiciū enī sine mise
ricordia illi:qui nō facit misericordiam.
Superaltet autē misericordia iudicio.
Quid ꝓderit frēs mei si fidē qs dicat se
habe:opa aūt nō habeat.Nūquid poterit
fides saluare eum:Si aūt frater ⁊ sor
nudi sint ⁊ indigeāt victu quotidiano:
dicat aūt aliqs ex vobis illis ·ite in pace
calefacimī ⁊ saturamī· nō dederitis aūt
eis q̄ necessaria sūt corpi · q̄d proderit?
Sic ⁊ fides si nō habeat opa:mortua est
in semetipa.Sꝫ dicet qs:Tu fidē habes
et ego opa habeo.Ostēde mihi fidē tuā
sine opibꝫ·⁊ ego estendā tibi ex opibꝫ fi
dem meā.Tu credis qm̄ vnus est deus
benefacis.Et dæmones credūt ⁊ ꝓtremi
scūt.Vis aūt scire o homo inanis:qm̄ fi
des sine opibꝫ ociosa est?Abraā pater no
ster nōne ex opibꝫ iustificat⁹ est·offerens
ysaac filiū suū sup altare?Vides qm̄ fi
des coopabat opibꝫ illi⁹.⁊ ex opibꝫ fides
ꝓsūmata ē?Et suppleta est scriptura di
cens//Credidit abraā deo et reputatum
est illi ad iustitiā·⁊ amicus dei appellat⁹
est.Videtis qm̄ ex operibꝫ iustificat ho
mo·et nō ex fide tantum·Similiter et
raab meretrix:nōne ex opibꝫ iustificata
est suscipiens nūcios et alia via eiciēs?

Sicut enī corpus sine spū mortuuz est:
ita fides sine opibꝫ mortua est. Cap. III

Nolite plures magistri fieri fra
tres mei scientes qm̄ maius iu
dicium sumitis.In multis enī
offendimus oēs//Si quis in verbo non
offendit·hic pfectus est vir.Potest etiā
freno circūducere totū corpus.Si autē
equis frena in ora mittimus ad consen
tiendū nobis omne corpus illoꝝ circū
ferimus.Et ecce naues cū magne sint
et a ventis validis minent̄: circūferunt̄
aūt a modico gubernaculo vbi impetus
dirigentis voluerit.Ita et lingua modi
cuz quidē membrū est et magna exaltat
Ecce quātus ignis cōbꝫ magnā siluā incē
dit?Et lingua ignis ē·vniuersitas iniq
tat⁹.Lingua ꝓstituit⁹ in mēbris nr̄is que
maculat totū corpus·et inflāmat rotaz
natiuitatis nostre inflāmata a gehenna
Oēs enī natura bestiarū et volucrū et
serpentiū et ceterorū domant̄ et domita
sunt a natura humana: linguā aūt nul
lus hoīm domare pōt.Inquietū malum
plena veneno mortifero.In ipa benedi
cimus deū et patrē·⁊ in ipa maledicim⁹
hoies qui ad imaginē ⁊ similitudinē dei
facti sunt.Ex ipo ore ꝓcedit benedictio
et maledictio·Non oportet fratres mei
hec ita fieri.Nūquid fons de eodem fora
mine emanat dulcē ⁊ amarā aquā?Nū
quid potest fratres mei ficus vuas face
re:aut vitis ficus?Sic necꝫ salsa dulcē
potest facere aquam.Quis sapiens ⁊ di
sciplinatus inter vos?Ostendat ex bo
na conuersatione opationē suā in man
suetudine sapientie:Q si celū amarum
habetis· et ꝓtētiones sint in cordibꝫ ve
stris nolite gloriari ⁊ mēdaces eē aduer
sus veritatem.Non est enī ista sapientia
desursum descendens a patre luminū·sꝫ
terrena aialis diabolica.Ubi enī ẓelus ⁊
cōtentio · ibi inconstantia et omne op⁹
prauum.Que autem desursum est sapi
entia·primum quidem pudica est·dein
de pacifica modesta · suadibilis · bonis
consentiens.plena misericordia et fru
ctibus bonis:iudicans sine simulatiōe·

B
C
D
D
A
B
C
D

Leui·19·
Leui·19·Ro·
2·b·Eph·6·b·
Col·3·d·Act·
10·c·i·Pe·1·c·

Gen·15·
Gal·3·a·
Ro·4·a·

Josue·2·

Eccl·19·et·25·

Fructus autem iusticie in pace semina
tur facientibus pacem. IIII

A Unde bella et lites in vobis. Nõ
ne ex concupiscẽtijs vr̃is: q̃ mi
litãt in mẽbris vr̃is? Cõcupisci
tis ⁊ nõ habetis: occiditis ⁊ çelatis. ⁊ nõ
potestis adipisci. Litigatis ⁊ belligeratis
et nõ habetis ꝓpter quod nõ postulatis.
Petitis et nõ accipitis: eo ꝙ male peta
B tis: vt in ꝯcupiscentijs vr̃is insumatis.
Adulteri: nescitis qꝛ amicitia hui⁹ mun
di inimica est dei? Quicũq; ergo volue
rit amicus esse seculi huius. inimic⁹ dei
ꝯstituit̃. An putatis qꝛ inaniter scriptu
ra dicat: ad inuidiã ꝯcupiscit spũs q̃ ha
bitat in vobis? Maiorẽ aũt dat gratiaꝫ.
Propter quod dicit: Deus sup̃bis resi
Eph̃. 4. d. stit. humilib⁹ aũt dat gr̃am. Subditi g̃
1. Pe. 5. c. estote deo. resistite aũt diabolo: ⁊ fugiet
a vobis. Appropiate deo ⁊ appropinq̃bit
C vobis. Emũdate man⁹ peccatores. ⁊ pu
Hiere. 31. rificate corda duplices aĩo. Miseri esto
Joh̃. 16. e te ⁊ lugete ⁊ plorate: risus vester ĩ luctũ
1. Pe. 5. c. ꝯuertat̃. ⁊ gaudiũ in merorẽ. Humilia
Hiere. 13. mini in ꝯspectu dñi. et exaltabit vos No
lite detrahere alterutruꝫ frẽs mei. Qui
detrahit fratri aut qui iudicat fratrẽ su
um: detrahit legi ⁊ iudicat legẽ. Si aũt
iudicas legẽ: nõ es factor legis: sꝫ iudex
Unus est enĩ legislator ⁊ iudex: qui põt
Ro. 14. a. et. b. ꝑdere ⁊ liberare. Tu autẽ q̃ es q̃ iudicas
D ꝓximũ tuũ? Ecce nũc qui dicitis. hodie
aut crastino ibim⁹ in illã ciuitatẽ. ⁊ facie
mus ibi quidẽ annũ ⁊ mercabimur ⁊ lu
crũ faciem⁹: qui ignoratis q̃d erit in cra
stinũ. Que ẽ enĩ vita vr̃a? Vapor est ad
modicũ parẽs. ⁊ deinceps exterminabit̃
ꝓ eo vt dicatis: si dñs voluerit. ⁊ si vixe
rimus. faciem⁹ h̃ aut illud. Nunc aũt ex
ultatis in sup̃bijs vr̃is. Oĩs exultatio
uce. 1. L. f. talis maligna est. Sciẽti igit̃ bonũ face
re ⁊ nõ faciẽti peccatũ est illi. V

A Agite nũc diuites: plorate vlulã
tes in miserijs vr̃is q̃ adueniẽt
vobis. Diuitie vestre putrefa
cte sunt. ⁊ vestimenta vestra a tineis co
mesta sunt. Aurũ et argentũ vestrũ eru
ginauit et erugo eoꝝ in testimoniũ vo
bis erit. et manducabit carnes vestras
sicut ignis. Thesauriçastis vobis iraꝫ in
nouissimis diebus. Ecce merces opera
riorum qui messuerunt regiones ve
stras que fraudata est a vobis. clamat et
clamor eorum in aures dñi sabaoth in
troiuit. Epulati estis sup̃ terram. ⁊ in lu B
xurijs enutristis corda vestra. In die oc
cisionis adduxistis ⁊ occidistis iustũ. et
nõ restitit vobis. Patientes igit̃ estote
fratres vsq; ad aduentũ dñi. Ecce agri
cola expectat preciosuꝫ fructũ terre. pati
enter ferens donec accipiat tẽporaneũ ⁊
serotinũ. Patiẽtes igit̃ estote et vos et
confirmate corda vestra: qm̃ aduentus
dñi appropinq̃bit. Nolite ĩgemiscere fra
tres in alterutrũ. vt nõ iudicemĩ. Ecce
iudex ante ianuã assistit. Exemplũ acci ꝓu̅. 24. Joh̃. 13.
pite fratres exitus mali ⁊ longanimita c. 1. Timo. 4. c.
tis ⁊ laboris et patiẽtie ⁊ ꝓphetas. q̃ locu
ti sunt in noĩe dñi. Ecce beatificam⁹ eos C
qui sustinuerũt. Sufferẽtiam iob audi
stis. ⁊ finẽ dñi vidistis: qm̃ misericors ẽ
dñs et miserator. Ante oĩa aũt frẽs mei
nolite iurare: neq; ꝑ celũ neq; ꝑ terram
neq; aliud quodcũq; iuramentuꝫ. Sit
aũt sermo vester. est est. nõ nõ: vt nõ sub Mat. 5. f.
iudicio decidatis. Tristat̃ aũt aliquis ve
strum: oret equo aĩo ⁊ psallat. Infirmat̃ 2. Cor̃. 7. c
quis in vobis inducat p̃sbyteros eccle 1. Pe. 2. c.
sie. et orent sup̃ eũ. vnguẽtes eũ oleo in
nomĩe dñi. Et oratio fidei saluabit infir
mũ et alleuiabit eũ dñs. et si in pctis sit D
remittẽtur ei. Cõfitemini ergo alteru
trũ peccata vestra ⁊ orate ꝓ inuicẽ vt sal
uemini. Multũ enĩ valet dep̃catio iusti
assidua. Helias hõ erat similis nob̃ pas 3. Regũ. 17. et.
sibilis. et oratione orauit vt nõ plueret 18. Luce. 4. d.
super terram et non pluit annos tres ⁊
mẽses sex. Et rursum orauit. et celũ de
dit pluuiã. et terra dedit fructum suut.
Fratres mei. si quis ex vobis errauerit
a veritate ⁊ ꝯuerterit q̃s euꝫ. scire debet:
qm̃ qui conuerti fecerit peccatoreꝫ ab er
rore vie sue: saluabit animã eius a mor
te. et operit multitudinẽ peccatorum.

Explicit epl̃a beati Jacobi apostoli.

Epistola Petri I

Incipit argumentum in epistolā beati Petri primam.

DIscipulos saluatoris inuicti toto orbe diffusos et peregrinos in hoc seculo monstrat. ⁊ p̄terite vite penitere suadet. et in nouā vitā proficere tota cū sollicitudine exhortatur simō petrus filiꝰ iohānis. ꝓuincie galilee vico bethsaida frater andree apostoli.

Explicit argumentum. Incipit epl̄a beati petri apl̄i prima. Capitulū. I

A

PEtrus apostolus iesu christi. electis aduenis dispsionis ponti galatie cappadotie asie et bithynie ꝑm p̄scientiā dei patris in sanctificationē spūs. in obediētiā ⁊ aspsionem sanguinis iesu christi: gr̄a vobis et pax multiplicetur. Benedictus deꝰ ⁊ pater dñi nostri iesu christi q̄ ꝑm misericordiā suā magnā regenerauit nos in spem viuam ꝑ resurrectionē iesu christi ex mortuis in hereditatē incorruptibilē ⁊ incōtaminatā et īmarcessibilē ꝯseruatā in celis. in vobis qui in virtute dei custodimī ꝑ fidē in salutē paratā reuelari ī tp̄e nouissimo. In quo exultabitis / modicum nūc si oportet ꝯtristari in varijs tēptationibꝰ vt ꝓbatio vr̄e fidei multo p̄ciosior sit auro qđ ꝑ ignē ꝓbat̄. inueniat̄ in laudē ⁊ gloriā et honorē in reuelatōne iesu christi: quē cū nō videritis diligitis. In quē nūc q̄z nō vidētes creditis. credētes aūt exultabitis leticia inenarrabili ⁊ glorificata: reportātes finē fidei vestre salutē aīaꝝ vestrarū. De qua salute exquisierūt atq̄z scrutati sunt ꝓphete. q̄ de futura in vobis gr̄a ꝓphetauerūt. scrutantes in qđ vel quale tēpus significaret ī eis spiritꝰ christi p̄nunciās eas q̄ in christo sūt passiones ⁊ posteriores glorias. quibꝰ reuelatū est. qꝛ nō sibimetip̄is. vobis autē mīstrabāt ea q̄ nūc nūciata sūt vobis ꝑ eos q̄ euāgeliçauerūt vobis spūscō misso de celo: in quē desiderāt angeli ꝓspicere. Propter qđ succincti lūbos mētꝫ vr̄e sobrij ꝑfecti sp̄ate in eā q̄ offert̄ vob̄ gr̄aꝫ in reuelationē iesu christi. q̄si filij obediētie nō ꝯfigurati prioribꝰ ignorātie vr̄e desiderijs. sꝫ ꝑm eū q̄ vocauit vos scm̄: vt ⁊ ip̄i in omni ꝯuersatione sancti sitis. qm̄ scriptū est / sancti eritis. qm̄ ego sanctus suꝫ / Et si patrē inuocatis eū qui sine acceptōe ꝑsonaꝝ iudicat ꝑm vniuscuiusq̄z opus in timore incolatus vr̄i tp̄e ꝯuersamini. Sciētes ꝙ nō corruptibilibus auro vel argēto redēpti estis đ vana vr̄a ꝯuersatiōe pat̄ne traditiōis / sꝫ p̄cioso sanguine quasi agni īmaculati christi et incontaminati. p̄cogniti quidē ante mūdi constitutionem: manifestati aūt nouissimis temporibꝰ ꝓpter vos qui ꝑ ip̄m fideles estis in deo qui suscitauit eum a mortuis. ⁊ dedit ei gloriā. vt fides vr̄a ⁊ spes esset in deo. Animas vr̄as testificātes in obediētie charitatis ī fraternitatꝫ amore simplici ex corde inuicē diligite attētius renati nō ex semine corruptibili: sꝫ incorruptibili ꝑ verbū dei viui ⁊ ꝑmanētis in eternū / qꝛ oīs caro vt fenū. ⁊ oīs gl̄ia eiꝰ tanq̄z flos feni / Exaruit fenū et flos eiꝰ decidit: verbū aūt dñi manet in eternū. Hoc est autem verbum quod euangeliçatum est in vos. II

B Joh. 16. e.

C

Leui. ii. Leui. 19. Deu. 10. 2. pal. 19. Col. 3. d. Ja. 2. b. Act. 10. c. Ro 2. b. Eph. 6. b.

D

Heb. 9. b. i. Joh. i. d. Apoc. i. b.

Esa. 40. Esa. 40. Ecc. 14. Jacobi. i. b.

A

Eph. 4. c. Col. 3. b. Heb. 12. a. Hiere. 17.

DEponētes igit̄ oēm maliciā et oēm dolū et simulatiōes ⁊ inuidias ⁊ oēs detractiones: sic modo geniti infantes rationabiles ⁊ sine dolo lac concupiscite vt in eo crescatis ī salutē: si tñ gustatis qm̄ dulcis ē dñs. Ad quez accedentes lapidē viuū ab hoībus quidē reprobatū. a deo aūt electū ⁊ honorificatū. et ip̄i tanq̄z lapides viui sup̄edificamini domo spirituales in sacerdotiū sanctū offerentes spiritales hostias acceptibiles deo per iesum christum. Propter quod continet scriptura / Ecce pono in sion lapidem sūmū angularem ꝓbatū electū preciosum. et qui crediderit in eum non cōfundetur / Vobis igit̄ honor credētibꝰ: nō credētibꝰ aūt lapis quē reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli ⁊ lapis offensionis ⁊

Esa. 28.

Mt. 21. g. Mr. 12. b. Lu. 20. c. Act. 4. b.

petra scandali: his qui offendunt verbo
Exo. 19. nec credūt in quo ⁊ positi sūt. Vos aūt
gen⁹ electū. regale sacerdotiū. gens san-
cta. ꝓpl'us acquisitiōis: vt virtutes ānū-
cietis eius qui de tenebris vos vocauit
Osee. 2. in āmirabile lumē suū. Qui aliqñ non
ꝓpl'us dei. nūc aūt ꝓpl'us dei: q̄ nō ꝯsecuti
misericordiā: nūc aūt misericordiā cōse-
Deut. 10. cuti. Charissimi obsecro vos tanq̄ ad-
Ro. 13. d. nenas ⁊ peregrinos abstinere vos a car-
Gal. 5. c. nalib⁹ desiderijs que militāt aduersus
aīam: ꝯuersationē vestrā inter gētes ha-
bentes bonā: vt in eo qđ detractāt de vo-
bis tanq̄ de malefactorib⁹: ex bonis opi-
C bus vos ꝯsiderantes. glorificēt deum in
Ro. 13. a. die visitatiōis. Subiecti igit̄ estote oī
humane creature ꝓpter deū. Siue regi
quasi p̄cellēti. siue ducibus tanq̄ ab eo
missis: ad vindictā malefactorum: lau-
dem vero bonorum. Quia sic est volun-
tas dei. vt benefaciētes obmutescere fa-
ciatis imprudentiū hominū ignorātiaꝫ
Quasi liberari. ⁊ nō quasi velamē hñtes
Ro. 12. c. malicie libertatē. sed sicut ſui dei. Oēs
honorate. fraternitatē diligite. Deuꝫ ti-
Eph. 6. a. Col. mete: regē honorificate. Serui subditi
3. d. Titū. 2. c. estote in oī timore dñis. nō tm̄ bonis et
2. Cor. 7. c. modestis: sed etiā discholis. Hec est eni
Jacobi. 5. c. gr̄a: si ꝓpter dei ꝯsciam sustinet quis tri-
D sticias patiens iniuste. Que enī est gra-
tia: si peccantes ⁊ collaphiçati suffertis?
Sed si benefacientes patienter sustine-
tis: hec est gratia apud deū. In hoc eniꝫ
vocati estis: quia et christus passus est ꝓ
nobis: vobis relinquēs exemplū vt seq̄-
mini vestigia eius. Qui peccatū non fe-
1. Joh. 3. a. cit nec inuētus est dolus in ore ei⁹. Qui
Esa. 53. cū maledicerēt nō maledicebat: cū pate-
ret. nō cōminabat. Tradebat aūt iudicā-
Esa. 53. ti se iniuste. Qui peccata nostra ipe per-
tulit in corpore suo super lignū. vt pecca-
tis mortui iusticie viuamus: cuius liuo-
re sanati estis. Eratis enī sicut oues er-
rātes: sed conuersi estis nūc ad pastoreꝫ
A et episcopū aīaꝝ vestrarū: III
Col. 3. c. Similit ⁊ mlieres subdite sint
Eph. 5. c. viris suis: vt ⁊ si qui nō credūt
verbo ꝑ mulierū ꝯuersationē sine verbo

lucrifiant. considerantes in timore san-
ctam ꝯuersationē vestrā. Quarū si non
sit extrinsecus capillatura aut circūda-
tio auri aut indumenti vestimētoꝝ cul-
tus: sed qꝛ abscōditus est cordis. homo
in incorruptibilitate quieti et modesti
spūs qui est in ꝯspectu dei locuplex. Sic
enī aliqñ et sancte mulieres sperātes in
deo ornabāt se subiecte ꝓprijs vir⁹. sicut
sara obediebat abrae dñm eū vocās: cui⁹
estis filie benefaciētes: ⁊ nō ꝑtinētes vl-
lam ꝑturbationē. Viri similiter cohabi- B
tantes ſm sciam. quasi infirmiori vascu-
lo muliebri īparciētes honorē tanq̄ cohe-
redib⁹ gr̄e vite: vt nō impediant̄ orōnes
vr̄e. In fide aūt oēs vnanimes cōpati- Pū. 20. Ro. 12.
entes fraternitatis amatores misericor- d. ps. 96.
des. modesti. humiles. nō reddētes ma- C
lū ꝓ malo. nec maledictū ꝓ maledicto:
sed ecōtrario bñdicētes: qꝛ in hoc vocati
estis vt bñdictionē hereditate possideat⁹
qui enī vult vitā diligere. ⁊ dies vide- ps. 33.
re bonos: coerceat linguā suā a malo. et Jacobi. 1. d.
labia eius ne loquant̄ dolū. Declinet āt
a malo et faciat bonū. inquirat pacē ⁊ se-
quat̄ eā. qꝛ oculi dñi sup iustos. ⁊ aures
eius in p̄ces eoꝝ: vultus aūt dñi supfaci-
entes mala. Et q̄s ē qui vobis noceat: si
boni emulatores fueritis? Sꝫ ⁊ si quid Mat. 5. a.
patimini ꝓpter iusticiā. beati. Timorem
aūt eoꝝ ne timueritis vt nō ꝯturbemini
Dñm aūt christū sanctificate in cordib⁹
vr̄is: parati semp ad satisfactiōeꝫ oī poscē-
ti vos rationē de ea que in vobis est spe:
sed cū modestia et timore ꝯscientiā ha-
bētes bonā. vt in eo qđ detrahūt de vob
ꝯfundant̄ qui calūniant̄ vr̄am bonaꝫ in
christo ꝯuersationē. Melius est enī vt be- D
nefaciētes si volūtas dei velit pati q̄ ma-
lefacientes. qꝛ et christus semel pro pec- Heb. 9. d.
catis nostris mortuus est iustus pro in- Ro. 5. b.
iustis: vt nos offerret deo mortificatos
quidē carne: viuificatos autem spiritu.
In quo et his qui in carcere erant spiri- Mat. 24. e.
tu veniens predicauit. qui increduli fu- Luce. 17. f.
erāt aliqñ qnando expectabant dei pati-
entiam in diebus noe cuꝫ fabricaretur
arca: in qua pauci id ē octo anime salue

facte sūt p aquā. Q et vos nunc similis forme saluos facit baptisma: nō carnis ꝺpositio sordiū: sed ꝺscie bone interrogatio in deum: per resurrectionē ieſu christi a mortuis qui est in dextra dei: deglutiens mortē vt vite eterne hæredes effi/ ceremur ꝓfectus in celuz subiectis sibi angelis ⁊ potestatib⁹ et virtutib⁹. IIII

A

Epb. 4. d. Ja. 4. b.

B

Christo igit̄ passo in carne ⁊ vos eadē cogitatione armamini: qz qui passus ē in carne desijt a peccatis vt nō iam desideriis hominū sz voluntate dei quod reliquū est in carne viuat tpis. Sufficit enī ꝓteritū tempus ad voluntatem gentiū consūmandā his q̄ ambulauerūt in luxurijs desideriis vinolētijs comessatōib⁹ potatōib⁹ ebrietatib⁹ et illicitis idolor cultib⁹. In q̄ āmirāt̄ nō ꝯcurrētib⁹ vobis in eādez luxurie ꝯfusionē blasphemātes qui reddēt rationem ei qui paratus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Propter hoc enim ⁊ mortuis euāgelizatū est: vt iudicent̄ q̄dez ſm homines in carne: viuāt aūt ſm deū i spū. Oim aūt finis appropinq̄bit Estote itaq̄ prudētes ⁊ vigilate in orationib⁹: ante oia aūt mutuā in vobismetipis charitatem ꝯtinuā hñtes qz charitas opit multitudinē peccator. Hospitales inuicē: sine murmuratōe. Unusquisq̄ sicut accepit gratiā in alterutrū illā āministrātes sicut boni dispēsatores multiformis gr̄e dei. Si quis loquit̄: quasi sermones dei Si quis ministrat tanq̄ ex virtute quaz āministrat deus vt in omnib⁹ honorificet deus p ieſum christū: cui est gloria et imperiū in secula seculor amē. Charissimi nolite pegrinari in feruore qui ad tentationē vobis fit: quasi noui aliquid vobis ꝯtingat. sed coicantes christi passionib⁹ gaudete: vt et in reuelatione glorie eius gaudeatis exultātes. Si exprobramini in noie christi: beati eritis: qm̄ qđ ē honoris glorie et virtutis dei. et qui est eius spūs sup vos requiescet. Nemo aūt vr̄m patiat̄: quasi homicida aut fur aut maledicus aut alienor appetitor. Si aūt vt christianus non erubescat glorificet

C

Proū. 10.

D

aūt deū in isto noie: qm̄ tps est vt incipiat iudiciū a domo dei. Si aūt p̄mū a nobis: quis finis eor qui nō credūt dei euāgelio? Et si iustus quidē vix saluabitur impius ⁊ peccator vbi parebūt? Itaq̄ ⁊ hi qui patiunt̄ ſm voluntatem dei. fideli creatori cōmendēt animas suas in benefactis.

V

Enior ergo qui in vobis sūt obsecro consenior et testis christi passionum: qui ⁊ eius que in futuro reuelāda est: glorie cōmunicator Pascite qui in vobis est gregem dei: prouidentes nō coacte sed spontanee ſm deum: neq̄ turpis lucri gratia: sed voluntarie: neq̄ vt dominātes in cleris. sz forma facti gregis ex animo. ⁊ cum apparuerit princeps pastorum percipietis imarcessibilem glorie coronam. Similiter adolescentes subditi estote seniorib⁹. Omnes. n. inuicem humilitatem insinuate: qz deus superbis resistit: humilib⁹ aūt dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu dei. vt vos exaltet in tempore visitationis omnem sollicitudinē vestram proicientes in eum: qm̄ ipi cura est de vobis. Sobrij estote ⁊ vigilate qz aduersari⁹ vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit: querens quē deuoret Cui resistite forte in fide: scientes eandem passionem ei que in mūdo est vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie qui vocauit nos in eternā suā gloriā in christo ieſu modicum passos: ipe perficiet. confirmabit. solidabitq̄. Ipsi gloria ⁊ imperium: in secula seculor amen. Per siluanum fidelem fratrem vobis vt arbitror breuiter scripsi obsecrans ⁊ contestans hanc esse veram gratiam dei in qua statis. Salutat vos ecclesia que est in babylone collecta. et marcus filius meus. Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus qui estis in christo ieſu. Amen.

Explicit epistola beati Petri apostoli prima. Incipit argumentum in epistolam secundam.

E

Ja. 4. c. Hiere. 13. Lu. 12. c. Ro. 12. c.

SImon petrus ꝑ fidē huic mun/
do sapiētes mortuos esse decla
rat: eisdemq; pietatis quāta sit
magnitudo luce ipa clarius manifestat.

Explicit argumentuz. Incipit epistola
secunda beati Petri apostoli. Capm I

A SImon petrus seruus et
apls iesu christi: his q̄ coe
qualē nobiscū sortiti sunt
fidē in iustitia dei nostri et
saluatoris iesu christi Gra
tia vobis et pax adimpleat in cognitiōe
dei et christi iesu dñi nostri. Quō omia
nobis diuine virtutis sue que ad vitaz
et pietatē donata sūt ꝑ cognitionē eius
qui vocauit nos ppria gloria et virtute.
ꝑ quē maxima t pciosa nobis pmissa do
nauit. vt ꝑ hoc efficiami diuine cōsortes
nature: fugiētes eius que in mundo est
B concupiscētie corruptionē. Vos aūt cu
rā oēm subinferentes ministrate in fide
vestra virtutē: in virtute aūt sciaz: in sci
entia aūt abstinētiā: i abstinētia autē pa
tiētiam: in patiētia aūt pietatez: in pie/
tate autem amorē fraternitatis in amo
re aūt fraternitatis charitatē. Hec enim
si vobiscum assint t superēt: nō vacuos
nec sine fructu vos ꝓstituent in dñi no/
stri iesu christi cognitione. Cui enī non
C presto sunt hec: cecus est et manu tēptās
obliuionē accipiēs purgatōis veterū su
orum delictoꝝ. Quapropter fratres ma
gis satagite: vt ꝑ bona opa certā vestraz
vocationē et electionē faciatis. Hec enī
facientes non peccabitis aliquando. Sic
enī abūdanter ministrabit vobis introi
tus in eternū regnū dñi t saluatoris no
stri iesu christi. Propter qō vos incipiā
semp cōmonere de his. et quidē scientes
et confirmatos vos in p̄senti veritate. Ju
stū aūt arbitror q̄diu fuz in hoc taberna
culo suscitare vos in cōmonitione: cer/
tus q̄ velox est dēpositio tabernaculi mei
fm q̄ t dñs noster iesus christus signi/
ficauit mihi. Dabo aūt opam et frequē
D ter hēre vos post obitū meū: vt horū oīm
memoriā faciatis. Non enī indoctas fa
bulas secuti notā fecimus vobis domi/
ni nostri iesu christi vtutē t prescientiā
sed speculatores facti illius magnitudi
nis. Accipiēs enī a deo patre honorem t
gloriā voce delapsa ad eū huiuscemodi a
magnifica gloria / hic est filius meus di Esa. 42. Mat
lectus in quo mihi complacui. ipm au/ 3. g. et. 17. b.
dite. Et hanc vocez nos audiuimus de Mar. i. b.
celo allatam cum essemus cum ipso in Luce. 3. e.
monte sancto. Et habemus firmiorez p/
phēticū sermonem cui benefacitis atten
dentes quasi lucerne lucenti in caligi/
noso loco donec dies eluceſcat et lucifer
oriatur in cordibus vestris. hoc primuz
intelligētes q̄ omnis prophetia scriptu/
re ppria interpretatione non fit. Nō enī
voluntate humana allata est aliquādo
prophetia sed spiritusancto inspirati lo
cuti sunt sancti dei homines. II

A FUerunt vero et pseudo pphē
in populo: sicut t in vobis erūt
magistri mendaces: qui intro/
ducēt sectas pditionis: et eum qui emit
eos deū negant. superducentes sibi cele
rem perditionem. Et multi sequentur
eorum luxurias per quos via veritatis
blasphemabitur. et in auaricia fictis ver
B bis de vobis negociabuntur. Quib; iu
diciū iam olim non cessat. et perditio eo
rum non dormitat. Si enī deus ange/
lis peccātib; nō pepcit. sed rudentib; in/
ferni detractos in tartarū tradidit cru/
ciandos in iudiciū reseruari: et origina
li mūdo nō pepercit. sed octauū noe iu/
sticie preconē custodiuit diluuiū mūdū
impiorū inducēs. et ciuitates sodomoꝝ
et gomorreoꝝ in cinerem redigēs euer
siōe dānauit exemplū eoꝝ q̄ impie actu Gen. 19.
ri sūt ponēs / et iustū loth oppressū a ne/
phādoꝝ iniuria ac luxuriosa ꝙuersatiōe
eripuit. Aspectu enī et auditu iust⁹ erat
habitans apud eos qui de die in diē ani
mam iustam iniquis opib; cruciabant.
/ Nouit deus pios de temptatione eri/ ps. 36.
pere: iniquos vero in diez iudicij reserua
re cruciandos. Magis āt eos qui post
carnem in concupiscentia immunditie
ambulant. dominationemq; contēnūt:

audaces sibi placētes sectas nō metuūt
C introducere blasphemātes. Ubi angeli
fortitudine et virtute cū sint maiores: nō
portāt aduersum se execrabile iudicium
Hi vero velut irrationabilia pecora na-
turaliter in captionē et in pniciez his q̄
ignorāt blasphemātes in corruptōe sua
pibūt: pcipiētes mercedē iniusticie. Vo
luptatē existimātes diei dlitias coinqui
natōis et macule. delicijs affluētes in cō
uiuijs suis luxuriātes vobiscū: oculos
hn̄tes plenos adulterij et incessabilis
delicti: pelliciētes aīas instabiles: cor ex-
ercitatū in auaricia hn̄tes. maledictiōis
filij derelinquētes rectā viā errauerunt
secuti viā balaā ex bosor: qui mercedem
iniquitatis amauit: correptionē vero ha
D buit sue vesanie. Subiugale mutū aīal
in homīs voce loquens: phibuit pphete
Jude. i. c. insipiētiā. Hi sūt fontes sine aqua. ⁊ ne
bule turbinibꝫ exagitate quibꝫ caligo te
nebrarū reseruat̄. Supbia enī vanitatꝫ
loquētes pelliciūt in desiderijs carnis lu
xurie eos qui paululū effugiūt. q̄ ī erro-
re ꝯuersati libertatē illis pmittētes cuz
ipi serui sint corruptiōis. A q̄ enī q̄s su-
peratꝰ ē huius ⁊ seruꝰ ē. Si enī refugiē
tes coinq̄natiōis mūdi in cognitōe dn̄i
nr̄i ⁊ saluatoris iesu christi. his rursꝰ im
plicati supant̄: facta sūt eis posteriora de
teriora prioribꝫ. Meliꝰ enī erat illis nō
cognoscere viā iusticie: q̄z post agnitiōez
retrorsum ꝯuerti ab eo quod illis tradi
tum est sancto mandato. Contingit enī
Pū. 26. Esa. 28. eis illud veri prouerbij. Canis reuersꝰ
i. 56. Hier. 48. ad suum vomitum et sus lota in volu-
A tabro luti.

III

Hanc ecce vobis charissimi secū-
daz scribo epl'am in quibꝫ vr̄am
excito in cōmonitione sinceraz
mentē. vt memores sitis eoꝝ que p̄dixi
verborū a sanctis pphetis ⁊ apl'oꝝ vestro
rum preceptoruz domini et saluatoris
Timo. 4. a. Hoc primū sciētes q̄ veniēt in nouissi
Timo. 3. a. mis diebꝫ in deceptōe illusores iuxta p-
prias ꝯcupīas ambulātes. dicētes: Ubi
est pmissio aut aduentus eius? Ex quo
B enī pr̄es dormierūt omīa sic pseuerāt ab
initio creature. Latet enim eos b̄ volē-
tes q̄ celi erāt prius et terra de aqua ⁊
p aquā ꝯsistēs dei vbo p que ille tūc mū
dus aqua inundatꝰ perijt. Celi aūt qui
nūc sūt et terra eodē verbo repositi sunt
igni seruati in die iudicij: pditiōis īpio-
rū hoīm. Unum vero hoc nō lateat vos
charissimi: qz vnus dies apud dn̄m sic
mille anni. et mille anni sicut dies vnꝰ.
Nō tardat dn̄s pmissionē suā sicut qui-
dam existimāt: sed patiēter agit ppt̄ vos
nolēs aliquos perire sz oēs ad pniam re
uerti. Adueniet aūt dies dn̄i vt fur: in q̄ C
celi magno īpetu trāsient: elemēta vero i. Thessal. 5. a.
calore soluent̄: terra aūt ⁊ que in ipa sūt Apoc. 3. a.
opa. exurent̄: Cū igit̄ hec oīa dissoluēda
sint quales oportet vos esse in sanctꝫ cō-
uersatiōibꝫ ⁊ pietatibꝫ expectātes ⁊ ppe-
rantes in aduentū diei dn̄i: p quem celi
ardētes solueut̄ ⁊ elemēta ignis ardore
tabescēt: Nouos vero celos ⁊ nouā ter Esa. 65. ⁊. 66.
ram et pmissa ipius expectamus in qui- Apoc. 21. a.
bus iusticia habitat. Propter qd̄ charis D
simi hec expectantes. satagite īmaculati
et inuiolati ei inueniri in pace ⁊ dn̄i nr̄i
iesu christi longanimitatē salutē arbitra
mini. sicut et charissimus frater noster
paulus s̄m datā sibi sapiētiā scripsit vo
bis. sicut et in oībꝫ epl'is. loquens in eis
de his in quibꝫ sunt quedā difficilia ītel
lectu. que indocti et instabiles deprauāt
sicut et ceteras scripturas ad suā ipoꝝ
pditionē. Vos igitur: fratres prescien-
tes custodite ne insipientiuz errore tra-
ducti excidatis a propria firmitate. Cre-
scite vero in gratia et in cognitione dn̄i
nostri et saluatoris iesu christi. Ipi glo-
ria et nūc et in diē eternitatis. Amen.

Explicit epistola beatri Petri apostoli se
cunda. Incipit argumentum in episto
lam beati iohannis apostoli primam.

Rationez verbi et q̄ deꝰ ipe sit
charitas manifestat. et susur
rones fratrū: nec deum scire.
nec pios fieri posse. eo vsq̄z dis
sertat vt esse comprobet homicidas. eo
q̄ odium sit interfectionis occasio.

Explicit argumentū.

Epistola Johannis I

Incipit epistola beati Johannis apostoli prima. Capitulum I

A Quod fuit ab initio · quod audiuim⁹ quod vidimus oculis nostris qđ ꝑspexim⁹ · et manus nr̄e ꝯtrectauer̄t de verbo vite: et vita manifestata est · ⁊ vidimus ⁊ testamur ⁊ annūciam⁹ vob̄ vitaꝫ eternā q̄ erat apud patrē · ⁊ apparuit nobis. B Quod vidim⁹ ⁊ audiuim⁹ annūciamus vobis · vt et vos societatem habeatis nobiscū et societas nr̄a sit cū pr̄e et cū filio eius iesu christo. Et hec scribimus vobis / vt gaudeatis ⁊ gaudeū vestrū sit plenū. C Et hec ē annūciatio quaꝫ audiuim⁹ ab eo ⁊ annūciam⁹ vobis: qm̄ deus lux ē · ⁊ tenebre ī eo nō sūt vlle. Si dixerim⁹ qm̄ societatē habem⁹ cū eo · et in tenebris ambulam⁹: mētimur ⁊ veritatē nō facimus. D Si aūt ī luce ambulamus sic̄ et ip̄e ē ī luce societatē habemus ad inuicē / ⁊ sanguis iesu christi filij eius emūdat nos ab oī peccato. Si dixerim⁹ qm̄ peccatū nō habemus · ip̄i nos seducimus ⁊ veritas in nobis nō est. Si ꝯfiteamur pctā nr̄a fidelis ē ⁊ iust⁹ vt remittat nobis pctā nr̄a · ⁊ emūdat nos ab oī iniquitate. Si dixerimus qm̄ nō peccauimus: mendacē facimus eum · ⁊ verbū eius nō est in nobis. A

Joh̄. 6. f. Hob. 9. b. Apoc. 1. b.

II

Filioli mei · hec scribo vob̄ vt nō peccetis. Sꝫ et si q̄s peccauerit aduocatū habem⁹ apud pr̄em iesum christū iustū. Et ip̄e ē ꝓpitiatio pro pctis nr̄is: nō ꝓ nostris aūt tm̄ sꝫ etiā ꝓ totius mūdi. Et in hoc scim⁹ qm̄ cognouimus eū: si mādata eius obseruamus / Qui dicit se nosse eū · ⁊ mandata eius nō custodit: mēdax est · ⁊ in h̄ v̄itas nō ē Qui aūt seruat verbū ei⁹ · vere in h̄ charitas dei ꝑfecta ē. In hoc scimus qm̄ in ip̄o sumus. Qui dicit se in christo manere: debet sicut ille ambulauit ⁊ ip̄e ambulare. B Charissimi · n̄ mādatū nouū scribo vob̄: sꝫ mādatū vetus qđ habuistis ab initio. Mādatū vet⁹ ē · v̄buꝫ qđ audistis Iterū mandatū nouū scribo vobis · qđ verū est ⁊ in ip̄o et ī vobis: qꝛ tenebre trāsierūt ⁊ verū lumē iā lucet / Qui dicit se in luce eē · ⁊ frēm suū odit: ī tenebris ē vsqꝫ adhuc. Qui diligit frēm suū: in lumine manet · ⁊ scandalū in eo nō ē / Qui āt odit frēm suū: in tenebris ē · ⁊ in tenebrꝫ ambulat · et nescit q̄ eat: qꝛ tenebre obcecauerūt oculos ei⁹. Scribo vobis filioli qm̄ remittunt̄ vobis pctā · ꝓpter nomē eius. Scribo vobis pr̄es · qm̄ cognouistis eū q̄ ab initio ē. Scribo vobis adolescētes: qm̄ vicistis malignū. Scribo vobis infantes: qm̄ coḡuistis pr̄em. Scribo vobis iuuenes: qm̄ fortes estis · ⁊ verbū dei manet ī vobis: ⁊ vicistis malignū Nolite diligere mūdū · neqꝫ ea q̄ in mđo sūt. Si q̄s diligit mūdū: nō ē charitas pr̄is in eo. Qm̄ oē qđ ē ī mūdo ꝯcupiscētia carnis ē ⁊ ꝯcupīa oculoꝝ · ⁊ suꝑbia vite q̄ nō est ex pr̄e sꝫ ex mūdo est. Et mūdus trāsit ⁊ ꝯcupīa eius. Qui aūt facit volūtatē dei: manet in eternum. Filioli nouissima hora ē. Et sicut audistis quia antichristus venit: nūc antichristi multi facti sūt. Vn̄ scimus qꝛ nouissiua hora ē Ex nobis ꝓdierūt: sꝫ nō erant ex nobis Nā si fuissent ex nobis ꝑmāsissent vtiqꝫ nobiscū. Sꝫ vt manifesti sint: qm̄ non sūt oēs ex nobis. Sꝫ vos vnctionē habetis a scō · ⁊ nostis oīa. Nō scripsi vobis quasi ignorātibꝫ v̄itatē: sꝫ q̄si scientibꝫ eā ⁊ qm̄ oē mēdaciū ex v̄itate n̄ ē Quis est mendax nisi is q̄ negat quoniā iesus nō ē christus? Hic ē antichrist⁹ q̄ negat pr̄em ⁊ filiū. Oīs q̄ negat filiū · nec pr̄eꝫ hēt: q̄ ꝯfitet̄ filiū: ⁊ pr̄em hēt Vos quod audistis ab initio · in vobis ꝑmaneat: qꝛ si in vobis ꝑmāserit qđ audistis ab initio · et vos in filio et patre manebitꝫ Et hec ē repromissio quā ip̄e pollicit⁹ ē nob̄ vitā eternā. Hec scripsi vobis de his q̄ seducūt vos. et vos vnctionē quā accepistis ab eo maneat in vobis. Et nō necesse habetis vt aliquis doceat vos: sꝫ sic̄ vnctio ei⁹ docet vos de oībꝫ · ⁊ verum ē: et nō ē mendaciū · Et sic̄ docuit vos manete ī eo. Et nūc filioli manete in eo vt cū apparuerit habeamus fiduciā et non

Joh̄. 13. g. ī. 4. d. ī. 3. c. C D

cōfundamur ab eo in aduētu eiꝰ. Si scitis qm̄ iustus ē: scitote qm̄ te ois qui facit iustitiā: ex ipo natus est. IIII

A Videte qualē charitatē dedit nobis pater: vt filij dei noiemur ⁊ simꝰ. Propter hoc mūdꝰ nō nouit nos: qz nō nouit eū. Charissimi nūc filij dei sumꝰ: ⁊ nōdū apparuit qd erimꝰ. Scimꝰ qm̄ cū apparuerit: similes ei erimus: quoniā videbimus eū sicuti ē. Et ois q̄ hēt hāc spem in eo: sanctificat se sicut et ille sanctꝰ ē. Ois q̄ facit peccatū: ⁊ iniquitatē facit. Et peccatū est iniq̄tas. Et scitis qz ille apparuit vt peccata tolleret et peccatū in eo nō est. Ois q̄ in eo manet nō peccat. Et ois q̄ peccat nō vidit eum nec cognouit eū. Filioli nemo vos seducat. Qui facit iustitiā iustꝰ ē: sicut et ille iustus est. Qui facit peccatū ex diabolo ē qm̄ ab initio diabolꝰ peccat. In hoc apparuit filius dei: vt dissoluat opera diaboli. Ois qui natꝰ ē ex deo peccatum nō facit quoniā semē ipius in eo manet: ⁊ nō potest peccare: quoniā ex deo natꝰ ē. In hoc manifesti sunt filij dei ⁊ filij diaboli. Ois qui nō ē iustꝰ nō est ex deo: ⁊ qui nō diligit frēm suū. Quoniā hec ē annūciatio quā audistis ab initio vt diligatis alterutruz. Nō sicut cayn q̄ ex maligno erat: et occidit fratrē suū. Et propter quid occidit eū? Qm̄ opa eiꝰ maligna erāt: fratris aūt eiꝰ iusta. Nolite mirari frēs si odit vos mūdus. Nos scimus qm̄ trāslati sumus de morte ad vitā: quoniā diligimꝰ frēs. Qui non diligit: manet in morte. Ois q̄ odit fratrē suū: homicida est. Et scitis quoniā ois homicida nō hēt vitaz eternā in se manētem. In hoc cognouimus charitatē dei: quoniā ille aiaz suā p nob posuit: ⁊ nos debem⁹ p frib⁹ aias ponere. Qui habuerit substātiā hui⁹ mūdi: ⁊ viderit fratrē suū necesse hēre: ⁊ clauserit viscera sua ab eo: qūo charitas dei manet in eo? Filioli mei: nō diligamus verbo neq; lingua: sz ope ⁊ veritate. In hoc cognoscimꝰ qm̄ ex veritate sumꝰ: ⁊ in cōspectu eiꝰ suadebimus corda nra. Qm̄ si reprehenderit nos cor nostrū: maior est deus cor nostro: et nouit omnia. Charissimi si cor nrm̄ nō reprehenderit nos: fiduciā habemus ad deū: et quicquid petierimus accipiemus ab eo quoniā mandata eius custodimus: et ea que sūt placita coram eo facimꝰ. Et hoc est mandatū eiꝰ vt credam⁹ in noie filij eiꝰ ihesu christi: ⁊ diligam⁹ alterutrū sicut dedit mandatū nobis. Et q̄ seruat mādata eiꝰ in illo manet: ⁊ ipe in eo. Et in hoc scimus qm̄ manet in nob⁹ de spū quē dedit nobis. IIII

A Charissimi nolite oi spūi credere: sed probate spūs si ex deo sint qm̄ multi pseudoprophete exierūt in mundum. In hoc cognoscit spūs dei Ois spūs q̄ confitet ihesū christū in carne venisse: ex deo est. Et ois spūs q̄ soluit ihesū ex deo nō est: ⁊ hic ē antichristꝰ de q̄ audistis quoniā venit: ⁊ nūc iam in mūdo ē. Vos ex deo estis filioli: ⁊ vicistis eum quoniā maior ē qui in vobis est: q̄z q̄ in mūdo. ipi de mūdo sūt: ideo de mūdo loquunt: ⁊ mūdus eos audit. Nos ex deo sumus. Qui nouit deū audit nos q̄ nō est ex deo nō audit nos. In hoc cognoscimus spūm veritatis ⁊ spūm erroris. Charissimi diligam⁹ nos inuicē: qz charitas ex deo est. Et ois qui diligit: ex deo natꝰ est: et cognoscit deū. Qui nō diligit: nō nouit deū: qm̄ deꝰ charitas ē. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniā filium suum vnigenitū misit deus in mundum vt viuamus p eum. In hoc est charitas: nō quasi nos dilexerim⁹ deum: sed quoniā ipe prior dilexit nos et misit filium suū propitiationē pro peccatis nostris Charissimi si deus dilexit nos: ⁊ nos debem⁹ alterutrū diligere. Deū nemo vidit vnq̄. Si diligamus inuicem: deꝰ in nobis manet et charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscim⁹ quoniā in eo manemus ⁊ ipe in nobis: quoniā de spū sancto suo dedit nobis. Et nos vidim⁹ et testificamur: quoniā pater misit filiū suū saluatorē mūdi. Quisq̄s confessꝰ fuerit qm̄ ihesus est filius dei: deus in eo manet: et ipe in deo. Et nos cognouim⁹ ⁊ credidim⁹ charitati quā hz deꝰ in nobis

Job. 16. f.

Job. 15. c. j. 4. c.

A

Job. 8. f.

s. i. a. Job. 8. f.

B

Job. 3. c.

C

1. Pe. 2. d. Elaie. 53.
B
Mt. 24. a. Mr 13. b. Lu. 21. b. Epb. 5. b. 1. Co 3. d. Col. 2. d. Apoc. 22. c. Job. 8. e.
Gen. 4.
C
Job. 15. e.
Leui. 19. 1. 2. b. Job. 15. c.
D
Io. 13. b.

Epistola Johannis II

D Deus charitas est:et qui manet in cha/
ritate in deo manet:et deus in eo. In h̄
pfecta ē charitas dei nobiscū:vt fiduciaz
habeamus in die iudicij:qz sicut ille est
et nos sum⁹ in hoc mūdo. Timor non
est in charitate:sz pfecta charitas foras
mittit timorē:qm̄ timor pnā h̄et. Qui
aūt timet nō est pfect⁹ in charitate Nos
ergo diligamus deū:qm̄ deus prior dile
xit nos. Si qs dixerit:qm̄ diligo deū et
s·2·a· fratrē suū odierit:mēdax est. Qui enim
s·2·b· nō diligit fratrē suū quē v idet:deū quē
nō videt quō pōt diligere? Et hoc mā/
Jo·iz·g·i·Cor datuz habemus a deo:vt qui diligit deū
4·d· Epb̄·5·a· diligat et fratrem suum.
Phil·3·c·
1·Thessal·4·b·

A OMnis q̄ credit qm̄ iesus ē chri/
stus:ex deo natus est Et omnis
qui diligit euz qui genuit: dili/
git et eum qui natus est ex eo. In hoc
cognoscim⁹ qm̄ diligim⁹ natos dei cum
deū diligamus·et mādata eius faciam⁹
Hec enī est charitas dei vt mādata eius
B custodiamus:z mādata eius grauia nō
i·Cor·15·d· sunt. Quoniā omne qđ natū est ex deo
vincit mūdū·et hec ē victoria que vin/
cit mūdū:fides nostra. Quis est autē q̄
vincit mundū:nisi qui credit qm̄ iesus
est filius dei: Hic ē qui venit p aquā et
sanguinē iesus christus. Nō in aqua so
lum:sed in aqua et sanguine. Et spūs ē
qui testificatur:qm̄ christus est veritas.
C Qm̄ tres sunt qui testimoniū dant in
celo:pater·verbū z spūssanct⁹·et hi tres
Job·3·f· vnū sunt. Et tres sūt qui testimonium
dant in terra:spūs·a qua et sanguis:et
hi tres vnū sūt. Si testimoniū hoīum
accipim⁹:testimoniū dei maius ē. Qm̄
hoc est testimoniū dei qđ maius ē:qm̄ te
stificatus ē de filio suo. Qui credit in fi/
liū dei·h̄et testimoniū dei in se. Qui nō
credit filio·mendacē facit eū qz non cre
dit in testimoniū qđ testificatus ē deus
de filio suo. Et hoc ē testimoniū qm̄ vi/
tā eternā dedit nobis de⁹·z hec vita in fi
lio ei⁹ ē. Qui h̄et filiū dei·h̄et vitā:q̄ nō
h̄et filiū dei·vitā nō h̄et. Hec scribo vob
vt sciatis qm̄ vitā habetis eternā:q̄ cre/
ditis in nomīe filij dei Et hec est fiducia
quā habemus ad deū:qz quodcūq̄z petie
rimus fm voluntatez eius audit nos Et
scimus:quia audit nos·quicquid petie/
rimus. Scimus: qm̄ habem⁹ petitiones
quas postulamus ab eo. Qui scit frēm
suum peccare peccatū non ad mortē· pe
tat et dabit ei vita peccāti nō ad mortē·
Est peccatū ad mortē:n̄ pro illo dico vt
roget qs. Omnis iniquitas peccatū est
et est peccatū ad mortem. Scimus qz
oīs qui natus est ex deo nō peccat:sed ge
neratio dei conseruat eum·et malignus
non tanget eum. Scimus: qm̄ ex deo
sumus·et mūdus totus in maligno po
situs est. Et scimus:quoniā fili⁹ dei ve/
nit et dedit nobis sensum·vt cognosca/
mus deum verum·z simus in vero filio
eius. Hic est verus deus et vita eterna.
Filioli:custodite vos a simulacris.

Explicit epistola beati iohannis apostoli prima. Incipit argumentum in epistolam eiusdem secundam.

V Hoc adeo ad sanctā feminam
scribit·vt eādē dñam nō dubi/
tet lītis apellare:eiusdēq̄ filijs te
stimoniū q̄ ambulēt in vitate phibet.

Explicit argumentū Incipit epla beati Johannis apli secunda Capitulū I

SEnior:electe dñe et na
tis eius quos ego dili/
go in veritate:et nō ego
solus:sed z omnes qui
cognouerūt veritatē p/
pter veritatē q̄ pmanet
B in vob:z vobiscū erit in eternū. Sit vo
biscū gr̄a misc̄dia pax a deo pr̄e·et a chri/
sto iesu filio patris in veritate z charita
te. Gauisus sum valde:qm̄ inueni de fi
lijs tuis ambulātes in veritate:sic̄ man
datū accepim⁹ a pr̄e. Et nūc rogo te dña
nō tanq̄z mādatū nouū scribēs tibi·sed
C quod habuimus ab initio vt diligam⁹
alterutrū. Et hec est charitas vt ambu/
lem⁹ fm mādata ei⁹. Hoc enī est māda/
tū:vt quēadmodum audistis ab initio
in eo ambuletis: qm̄ multi seductores

erierunt in mundū qui nō ꝓfitent ihesuz
chriſtū venisse in carnē. Hic est seductoz
t antichriſtus. Videte vosmetipos ne p
datis q̄ opati estis: sed vt mercedem ple
nā accipiatis. Omis q̄ recedit t nō pma
net ī doctrina chriſti. deū nō habet. Qui
pmanet in doctrina: hic pēm t filiū ha
bet. Si quis venit ad vos t hanc doctri
nam nō affert: nolite recipe eū in domū
nec aue ei dixeritis. Qui eī dicit illi aue:
cōmunicat opibz ei⁹ malignis. Ecce p̄di
xi vobis vt in die dñi nō cōfundamini.
Plura habens vobis scribere: nolui per
cartham t attramentū. Spero enim me
futurum apud vos. t os ad os loqui: vt
gaudium vestrum plenū sit. Salutant
te filij sororis tue electe.

Explicit epla bti Johānis apli secunda
Incipit argumētū i eplaz eiusde tertiā.

Gaiuz pietatiz cā extollit atq; vt in
ipsa pietate maneat exhortatur:
diotrepem impietatis t superbie
causa obiurgat: demetrio aūt bonū testi
monium phibet cū fratribz vniuersis.

Explicit argumentū. Incipit epla beati
Johannis apostoli tertia. Capitulū I

Senior: gaio charissimo
quem ego diligo in ve
ritate. Charissime. de
oībus oratiōnē facio p
spere te ingredi t valere
sicut prospere agit ania
tua. Gauisus sum valde venientibz fra
tribus t testimoniū phibentibz veritati
tue: sicut tu in veritate ambulas. Maio
rem hanc nō habeo gram: q̄z vt audiā fili
os meos in veritate ambulare. Charissi
me. fideliter facis quicq̄d operaris in frēs
t hoc in pegrinos qui testimoniū reddi
derūt charitati tue in conspectu ecclesie:
quos bñfacies deducēs digne deo. Pro
noie enī eius profecti sunt: nihil accipiē
tes a gentilibz. Nos ergo debem⁹ suscipe
re huiusmodi. vt cooperatores simus veri
tatis. Scripsissem forsitan ecclie: sed is
qui amat primatuz gerere in eis diotre
pes nō recipit nos. Propter hoc si vene
ro cōmoneam ei⁹ opa q̄ facit: verbis ma
lignis garriens in nos. Et q̄si nō ei ista
sufficiant. neq; ipse suscipit fratres. t eos
qui suscipiūt prohibet t de ecclesia ejicit.
Charissime. noli imitari malum: sed qđ
bonū est. Qui bene facit. ex deo est. q̄ ma
le facit nō videt deū. Demetrio testimo
niū redditur ab oībus t ab ipsa veritate
sed t nos testimoniū phibemus. t nosti
q̄m testimoniū nostrū verum est. Multa
habui tibi scribere. sed nolui p attramē
tum t calamum scribere tibi. Spero au
tem protin⁹ te videre: t os ad os loque
mur. Pax tibi. Salutant te amici. Sa
luta tu amicos nominatim.

Explicit epla beati Johānis apli tertia.
Incipit argumētū i eplaz bti Jude apli

Judas apostolus. frēs de corru
ptoribz vie veritatiz ita informat
vt illicitū esse dissertet de subiu
go semel erutos seruitutiz denuo operā
suam officijs nouare seruilibus.

Explicit argumentum. Incipit epistola
beati iude apostoli. Capitulū I

Judas iesu
christi seruus. frater
autē iacobi. his q̄ sūt
in deo pē dilectis. et
christo iesu ꝓseruatis
t vocatis. Misericoz
dia vobis. t pax t charitas adimpleatur.
Charissimi. omnē sollicitudinez faciens
scribendi vobis de cōmuni vestra salute
necesse habui scribere vobis deprecans su
percertari semel tradite scīs fidei. Sub
introierunt enī quidā hoīes qui olim p
scripti sunt in hoc iudiciuz impij dñi nri
gratiā transferētes in luxuriā t solū dña
torem t dñm nrm iesum christū negan
tes. Cōmonere aūt vos volo scientes se

Prologus

mel omnia:quoniã ieſus populũ de terra egypti ſaluans· ſecũdo eos qui nõ crediderunt pdidit.Angelos vero qui non ſeruauerũt ſuum principatũ: ſed dereliquerũt ſuũ domiciliũ: in iudiciũ magni dei vinculis eternis ſub caligine reſeruauit.Sicut ſodoma ⁊ gomorra et finitime ciuitates ſili modo erſornicate· ⁊ abeuntes poſt carnẽ alterã:facti ſunt exemplum ignis eterni penã ſuſtinẽtes.Similiter ⁊ hi carnẽ quidẽ maculant·dñationem autẽ ſpernũt· maieſtatem autem blaſphemant.Cũ michael archangelus cũ diabolo diſputans altercaret de moyſi corpe/nõ eſt auſus iudiciũ iferre blaſphemie·ſed dixit:Imperet tibi deus.Hi autẽ quecũq; quidem ignorant blaſphemant:q̃cunq; aũt naturaliter tanq̃ muta animalia nouerunt:in his corrumpunt Ve illis q̃ in via cayn abierunt:⁊ errore baalam mercede effuſi ſunt·⁊ in cõtradictione chore abierũt/Hi ſunt in epulis ſuis macule cõuiuantes·ſine timore·ſemetipſos paſcentes· nubes ſine aqua q̃ a ventis circũferuntur·arbores autũnales infructuoſe· bis mortue·eradicate· fluctus feri maris·despumãtes ſuas cõfuſiones:ſidera errantia·quib; pcella tenebrarũ ſeruata eſt in eternuz.Prophetauit autẽ et de his ſeptimus ab adam· enoch dicens/Ecce venit dñs in ſanctis milibus ſuis facere iudiciũ cõtra omnes ⁊ arguere omẽs impios de omnib; operibus impietatis eorũ quib; impie egerunt·⁊ de omnib; duris que locuti ſunt contra deum peccatores impij. Hi ſunt murmuratores queruloſi·ſm de ſideria ſua ambulantes ⁊ os eorũ loquitur;ſuppliam:mirantes pſonas queſtus cauſa.

D Vos autem chariſſimi memores eſtote verborũ que predicta ſunt· ab apoſtol̃ domini noſtri ieſu chriſti· qui dicebant vobis/Quoniã in nouiſſimis temporibus veniẽt illuſores ſm de ſideria ſua ambulantes in impietatib;.Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos:animales:ſpũm nõ habentes.Vos aũt chariſſimi ſupedificantes vosmetipos ſanctiſſime ñre fidei: in ſpiritu ſancto orantes·vosmetipos in dilectione dei ſeruate: expectantes miſericordiã dñi nri ieſu chriſti in vitã eternã: Et hos quidẽ arguite iudicatos·illos vero ſalutate de igne rapiẽtes. Alios autem miſeremini i timore·odiẽtes ⁊ eaz q̃ carnalis eſt maculatã tunicã.Ei aũt qui potens eſt vos ꝓſeruare ſine pctõ·⁊ ꝓſtituere añ cõſpectũ gl̃e ſue immaculatos i exultatione·in aduẽtu dñi nri ieſu chriſti: ſoli deo ſaluatori noſtro·p ieſum chriſtũ dñm nr̃m gloria ⁊ magnificentia· imperium ⁊ poteſtas ante omia ſecula·⁊ nũc ⁊ in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Explicit epl̃a bti Jude apli. Incipit prologus i apocalypſim bti Johannis apli

O Mnes qui pie volũt viuere in chriſto: ſicut ait apl̃s:pſecutionẽ patientur·iuxta illud:Fili accedens ad ſeruitutẽ dei:ſta in timore·⁊ prepara aiaz tuã ad temptationem. Temptatio nanq̃ eſt vita hoĩs ſup terrã. Ne aũt fideles deficiant in his: cõſolatur eos dñs atq̃ cõfirmat dicens:Vobiſcuz ſum vſq̃ ad conſummationẽ ſeculi·et nolite timere puſillus grex. Propterea videns de⁹ pater tribulatiões quas paſſura erat eccleſia ab apl̃is fundata ſupra petrã chriſtuz vt minus timeaṫ·diſpoſuit vna cuz filio ⁊ ſpũſancto eas reuelare.Reuelauit aũt tota trinitas chriſto ſm humanitatem Chriſtus vero iohanni p angelum. Johannes eccleſie·de q̃ reuelatiõe hunc librum cõpoſuit.Vnde ⁊ liber iſte apocalypſis dicit̃·id eſt reuelatio:qz hic cõtinetur que deus reuelauit iohanni⁊ iohannes eccleſie q̃nta ſcilicet eccleſia paſſa ſit in tempore primitiuo·⁊ nũc patiat̃·⁊ nouiſſime temporib; antichriſti:paſſura ſit quãdo tãta erit tribulatio vt ſi fieri poſſet etiam moueant̃ electi. Et que p his ⁊ nũc ⁊ in futuro premia ſit ſuſceptura· vt quos denunciata ſupplicia terrent·promiſſa premia letificẽt. Ideo iſte liber in-

Zach·3· Eccle·21·

Eſa·3· Mat 24·d· Apoc· 1·b·

1· Timoth·4·a· 2·Timoth·3·a· 2·Pe·3·a·

Prologus

ter reliquas scripturas noui testamenti ꝓphetie noie censet que alijs est excellentior ꝓphetis. Sicut enī nouū testamentū præstat veteri·euangeliū legi·ita hec ꝓphetia ꝓphetijs veteri testamēti: qz de christo t ecclia magna ex pte iam adimpleta sacramēta denūciat. Vel etiā ideo: qz cū alijs vnipharia: isti tripharia data est ꝓphetia simul·scz ꝓterito t presenti t futuro. Ad cui⁹ ꝯfirmandā autoritatē occurrit iam autoritas mittētis referētis t accipientis. Mittentis·s·trinitatis· t referentis·s·angeli·t accipiētis·s·iohannis. Cū aūt iohāni hec in visione fuerūt revelata·t sint tria genera visionuz·sub q̄ genere cōtineat videndū est. Visio enīz alia corpalis·qñ videlicet corpalibꝫ ocul⁹ aliquid videm⁹. Alia spūalis seu imaginaria cū videlicet dormiētes vel vigilātes imagines rez cernim⁹ quibꝫ aliquid significat·sic vidit pharao spicas t moyses rubū ardere: ille dormiens·iste vigilans. Alia intellectualis· qñ videlicz spiritus cō revelante intellectui mētis veritate mysteriorū sicut est capim⁹·quō vidit iohannes q̄ in hoc libro referuntur. Nō enī figuras tm̄ spū vidit: sed t eaz significata mēte intellexit. Vidit aūt iohānes t scripsit in pathmos insula relegatus a domitiano ī exilio principe impijssimo·hac eū ad scribenduz cōpellente cā qz dū exul teneret a domitiano in pathmos insula ī ecclesijs quibꝫ ꝑerat multa pullularūt atqꝫ inoleuerūt vitia atqꝫ diuerse hereses. Erant enī quidaz heretici ibi dicētes christū nō fuisse añ mariā·qz ꝯpaliter de ea nat⁹ erat·q̄s iohānes ī principio euāgelij sui redarguit dicens. In principio erat verbū. Et ī hoc libro cū dicit·alpha t o·i·principium t finis. Dicebant etiā quidā ecclesiā pondere tribulationū ante finē seculi defiturā·t ꝑ laboze nō premiū eternū suscepturā. Hoz g̃ erroz volens destruere iohannes: oñdit christū principiū esse t finem. Vñ esaias Ante me nō est format⁹ de⁹·t post me nō erit. Et ecclesiā ꝑ exercitiū tribulationū nō definere·sed ꝑficere. et ꝑ hīs brauiuz eternū recipere. Scribit aūt iohānes septem ecclijs asie·t eaz septē epīs de p̄dictis instruens: t ī eis ꝑ eā totā generalē ecclīam docēs. Est itaqꝫ materia iohānis in hoc ope stat⁹ specialit asiane ecclie: nec nō t toti⁹ videlicz q̄ in pñti patiat⁹·t ī futuro receptura sit. Intētio vero eius ē monere ad patiētiā q̄ fuāda est. Tum qz breuis labor·tū qz p̄miū magnū. Mod⁹ tractandi talis: primo p̄mittit prologuz t salutationē: vbi reddit auditores benignos t attentos·q̄ p̄misso accedit ad narrationē. Ante narrationē vero ostendit christū esse ab eterno fine principio t fine. Inducens ipm̄ loquentē: Ego sum alpha t o·i·principiū t finis. Postea accedens ad narrationē distinguit septem visiones: quibꝫ termiatis iste liber cōsummatur. Premittit aūt prologū dicēs: Apocalypsis iesu christi· subaudis hic ē· sic ī alijs: visio esaie hec ē·t parabole salomonis sunt hec.

Item alī⁹ prologus in Apocalypsim.

Iohannes apl⁹ et euāgelista a christo elect⁹ atqꝫ dilectus· in tāto amore dilectiōis vberior habit⁹ est·vt ī cena supra pectus ei⁹ recūberet·t ad crucē astanti soli mātem ꝑticā cōmēdasset· vt quē nubere volētem ad amplexū virginitat⁹ asciuerat·ipi etiā custodiēdā virginē tradidisset. Dic itaqꝫ cū ꝓpter verbū dei et testimoniū iesu christi in pathmos insulā sortiret exiliū·illic ab eodē apocalypsis ꝑ ostensa describit: vt sicut in principio canonis·id ē libri geneseos·incorruptibile principiū ꝑnotat: ita etiaz incorruptibil⁹ finis ꝑ virginē in apocalypsi redderetur dicētis: Ego sum alpha t o·initiū t finis. Dic est iohannes·q̄ sciens supueniss⁹ fibi diē egressiōis de corpe: quocat⁹ ī ephoso discipulis descēdit in defossum sepulture sue locuz: oroneqꝫ cōpleta reddidit spm̄·tā a dolore mortis fact⁹ extrane⁹ qꝫ a corruptiōe carnis noscit alien⁹. Cuius tm̄ scripture dispositio vel libri ordinatio ideo a nobis ꝑ singula nō exponitur: vt

nescientibus inquirendi desideriuz collocetur. ⁊ querētibus laboris fructus et deo magisterij doctrina seruetur.

Explicit prologus. Incipit argumentū

Apocalypsis Johannis tot habet sacramenta quot verba. Parum dixi. et pro merito voluminis laus om̄is inferior est. In verb̄ singulis multiplices latent intelligentie.

Explicit argumentū. Incipit liber apocalypsis bti Johānis apl̄i. Capl̄m I

A Apocalypsis iesu christi quam dedit illi deus palā facere seruis suis que oportet fieri cito: et sig̃ficauit mittens ꝑ angelum suum seruo suo iohanni qui testimoniū perhibuit verbo dei: et testimoniuz iesu christi quecūqz vidit. Beatus qui legit ⁊ audit verba ꝓphetie hui⁹: et ſuat ea q̄ in ea scripta sunt. Tempus enī prope est. Johannes septem ecclesijs q̄ sunt in asia. Gratia vobis ⁊ pax ab eo qui est ⁊ qui erat et qui ventur⁹ est: et a septē spiritib⁹ qui in cōspectu throni ei⁹ sunt. ⁊ a iesu christo qui est testis fidelis primogenit⁹ mortuorū ⁊ prīceps regū terre / qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nr̄is in sanguine suo. ⁊ fecit nos regnū et sacerdotes deo et pr̄i suo. Ipsi gl̄a et imperiū in secula seculoꝝ. Amen / Ecce venit cū nubib⁹. et videbit eū oīs oculus. et q̄ eū pupugerūt Et plangent se sup̄ eū omēs trib⁹ terre etiā amen / Ego sum alpha ⁊ o. prīcipiū et finis. dicit dn̄s de⁹ qui est et q̄ erat ⁊ q̄ venturus est omnipotēs. Ego iohānes frater vr̄ ⁊ particeps in tribulatiōe ⁊ regno ⁊ patientia in iesu christo fui in insula que appellat̄ pathmos ꝓpter verbuz dei et testimoniū iesu / Fui in spū in dn̄ica die. Et audiui post me vocē magnam tanq̄z tube dicentis. Qd̄ vides scribe ī libro. et mitte septem ecclesijs q̄ue sunt ī asia epheso ⁊ smyrne et pergamo et thiatyre et sardis et philadelphie et laodicie. Et cōuersus sum vt viderē vocem q̄ loquebat̄ mecū. Et cōuersus vidi septez candelabra aurea. et in medio septē candelabrorū aureoꝝ similez filio hom̄is vestitum podere. et p̄cinctum ad māmillas çona aurea. Caput autem eius ⁊ capilli erāt candidi tanq̄z lana alba: et tanq̄z nix / Et oculi ei⁹ velut flāma ignis: et pedes eius similes aurichalco sicut in camino ardenti. Et vox illi⁹ tanq̄z vox aquaꝝ mlt̄arum. ⁊ habebat ī dextera sua stellas septem / Et de ore eius gladi⁹ vtraqz parte acut⁹ exibat / et facies ei⁹ sicut sol lucz in virtute sua. Et cum vidissem eū: cecidi ad pedes ei⁹ tanq̄z mortu⁹. Et posuit dexteram suā super me dicēs. Noli timere / Ego sum primus et nouissim⁹ et viuus: et fui mortuus: et ecce sum viuens in secula secl̄oꝝ: et habeo claues mortis et inferni. Scribe ergo q̄ vidisti ⁊ q̄ sunt et q̄ oportet fieri post hec. Sacramentuz septem stellarū q̄s vidisti in dextera mea et septem candelabra aurea: septez stelle angeli sunt septē ecclesiarū: et cādelabra septem: septem ecclesie sunt. II

Et angelo ephesi ecclesie scribe: Hec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua qui ambulat ī medio septem candelabrorū aureorum Scio opera tua et laborem ⁊ patientiaz tuam. ⁊ qꝛ nō potes sustinere malos. Et temptasti eos qui se dicunt apostolos esse ⁊ non sunt: et inuenisti eos mēdaces. Et patientiā habes: et sustinuisti ꝓpter nomen meum: et non defecisti. Sed habeo aduersum te pauca. q̄ charitatē tuā primaz reliquisti. Memor esto itaqz vnde excideris / ⁊ age penitētiā ⁊ prima opera fac. Sinautē: venio tibi ⁊ mouebo cādelabrum tuū de loco suo / nisi penitentiam egeris. Sz hoc habes. qꝛ odisti facta nicolaitarum: que ⁊ ego odi. Qui habet aurem audiat: quid spiritus dicat ecclesijs. Uincenti dabo edere de ligno vite: quod est in paradiso dei mei. Et angelo

Heb. 9. b. i. Joh. i. d. — Esa. 3. Mt. 24. d. Jude. i. c. — j. 22. c. — j. 4. a. — j. 2. e. et 19. c. — j. 19. c. — Mat. 17. a. — Esa. 44. j. 22. c. — Esa. 22. j. 3. b. — Job. 12. — j. 3. a. — Luc. 13. a.

smyrne ecclesie scribe: Hec dicit primus
7 nouissimus:qui fuit mortuus 7 viuit.
Scio tribulationē tuā 7 paupertatez tuaz
sed diues es 7 blasphemaris ab his qui
se dicunt iudeos esse 7 nō sunt:sed sunt
synagoga sathane. Nihil horuz timeas q̄
passurus es. Ecce missurus est diabolus
aliquos ex vob iu carcerē vt temptemini
7 habebitis tribulationē dieb⁹ decē Esto
fidelis vsq̄ ad mortē: 7 dabo tibi coronā
vite Qui habet aurē audiat:quid spiritꝰ
dicat ecclesijs Qui vicerit nō ledetur a
morte secunda. Et angelo pergami eccle
sie scribe. Hec dicit qui habet rhomphēā
ex vtraq̄ pte acutam. Scio vbi habitas
vbi sedes est sathane: 7 tenes nomē me
um 7 nō negasti fidem meā. Et in dieb⁹
illis antipas testis meꝰ fidelis qui occi
sus est apud vos:vbi sathanas habitat.
Sed habeo aduersus te pauca:qz habes
illic tenētes doctrinam balaam qui doce
bat balac mittere scandalū coram filijs is
rael edere 7 fornicari:ita habes 7 tu tenē
tes doctrinā nicolaitarū. Similiter pe
nitentiā age:si quo minus. Veniam ti
bi cito 7 pugnabo cū illis in gladio oris
mei. Qui hz aurez audiat: quid spūs di
cat ecclesijs. Vincenti dabo mānā absco
ditū: 7 dabo illi calculū candidū. 7 in cal
culo nomen nouū scriptū:qd̄ nemo scit
nisi qui accipit. Et angelo thiatyre eccle
sie scribe: Hec dicit filiꝰ dei qui hz oculos
tanq̄ flāmam ignis 7 pedes eiꝰ similes
aurichalco: Noui opera tua 7 fidē 7 cha
ritatem tuā 7 ministeriū 7 patientiaz tu
am: 7 opa tua nouissima plura prioribꝫ.
Sed habeo aduersus te pauca. qz pmit
tis mulierē hieçabel que se dicit ꝓphetē
docere: 7 seducere seruos meos: fornica
ri 7 manducare de idolotitis Et dedi il
li tempus vt penitentiam ageret: 7 non
vult penitere a fornicatiōe sua. Ecce ego
mitto eam in lectū et qui mechant cuz
ea in tribulatiōe maxima erunt nisi pe
nitentiam ab operibus suis egerint: 7 fi
lios eius interficiam in mortez: et scient
omnes ecclesie. quia ego sum scrutans
renes 7 corda: 7 dabo vnicuiq̄ vestrū ſm
opera sua. Vobis aūt dico 7 ceteris. qui Actu.z.d.
thiatyre estis. quicūq̄ nō habent doctri
nam hanc 7 qui nō cognouerūt altitudi
nem sathane quēadmodū dicūt:nō mit
tam sup̄ vos aliud pondus: tm̄ id qd̄ ha
betis tenete donec veniam. Et qui vice
rit 7 custodierit vsq̄ in finē opa mea:da
bo illi ptātem sup̄ gentes 7 reget eas in j.ij.c.
virga ferrea 7 tanq̄ vas figuli cōfrangē ps.2.
tur:sicut et ego accepi a patre meo: 7 da
bo illi stellaz matutinā. Qui habet aurez
audiat:quid spiritus dicat ecclesijs.
Et angelo ecclesie sardis VIII A
scribe. Hec dicit qui habet septez
spūs dei: 7 septem stellas. Scio
opera tua:quia nomē habes q̄ viuas:et
mortuus es. Esto vigilans: 7 confirma
cetera que moritura erant. Nō enī inue
nio opa tua plena coram deo meo. In mē
te ergo habe q̄liter eceepis 7 audieris et
serua: 7 penitentiā age Si ergo nō vigi i.Thessal.5.a.
laueris veniam ad te tanq̄ fur. 7 nescies 2.Pe.3.c.
qua hora veniam ad te. Sed habes pau
ca noīa in sardis qui nō inquinauerunt
vestimēta sua: 7 ambulabūt mecū in albis B
q̄ digni sunt Qui vicerit sic vestiet ve apo.3.b.
stimentis albis: 7 nō delebo nomen eius
de libro vite: 7 cōfitebor nomen eiꝰ coraz
patre meo 7 coram angelis eiꝰ. Qui ha
bet aurē audiat:quid spūs dicat ecclesijs
Et angelo philadelphie ecclesie scribe.
Hec dicit scūs 7 verus qui habet clauez apo.3.d. Esa.22.
dauid:qui aperit 7 nemo claudit:claudit Job.12.
7 nemo aperit. Scio opa tua: Ecce dedi
coram te ostiū aptuz qd̄ nemo pōt clau
dere:qz modicam habes virtutē: 7 serua
sti verbū meū 7 nō negasti nomē meuz
Ecce dabo de synagoga sathane q̄ dicūt
se iudeos esse 7 non sunt:sed mentiunt.
Ecce faciā illos vt venient 7 adorent an
te pedes tuos. 7 scient quia ego dilexi te
Quoniā seruasti verbū patiētie mee: et
ego seruabo te ab hora temptatiōis q̄ven
tura est in orbem vniuersum temptare
habitantes in terra. Ecce venio cito. Te
ne quod habes vt nemo accipiat coronā
tuam. Qui vicerit faciam illū columnā
in templo dei mei: 7 foras nō egredietur

j.3.b.
apo.3.c.7.19.c.
Esa.22. Eccl.17
Ezech.18.
Mat.4.e.
Mar.1.c.
Luce.13.a.

amplius. Et scribam sup eum nomē dei
mei ⁊ nomen ciuitatis dei mei noue hie
rusalem. q̄ descendit de celo a deo meo: et
nomen meū nouū. Qui habet aurez au
diat: q̄d spūs dicat ecclesijs. Et anglo la
oditie ecclesie scribe. Hec dicit amen te
stis fidelis ⁊ verus: qui est principiū cre
D ature dei. Scio opa tua: qr neqz frigid⁹
es neqz calidus. vtinā frigidus esses aut
calidus: sed qr tepidus es. ⁊ nec frigidus
nec calidus. incipiam te euomere ex ore
meo: qr dicis q̄ diues sum ⁊ locupletat⁹
⁊ nullius egeo: ⁊ nescis qr tu es miser et
miserabilis. ⁊ paup ⁊ cec⁹ ⁊ nudus. Sua
deo tibi emere a me aurū ignitū ꝓbatuz
vt locuples fias: ⁊ vestimētis albis indu
aris. vt nō appareat ꝯfusio nuditatis tue
⁊ collyrio inunge oculos tuos vt videas
Ego quos amo. arguo ⁊ castigo. Emula
re ergo: ⁊ penitentiā age. Ecce sto ad osti
um ⁊ pulso. Si quis audierit vocē meā
⁊ aperuerit mihi ianuā intrabo ad illum
⁊ cenabo cū illo: ⁊ ipe mecū. Qui vicerit
dabo ei sedere mecū in throno meo: sic ⁊
ego vici ⁊ sedi cuz patre meo in throno
eius. Qui habet aurem audiat: quid spi
ritus dicat ecclesijs. IIII

A Post hec vidi: ⁊ ecce ostiū apertū
in celo: ⁊ vox prima quaz audiui
tanq̄z tube loquētis mecū dicens: Ascen
de huc: ⁊ ostendā tibi q̄ oportet fieri cito
s.i.c. Post hec statim fui in spū. Ecce sedes
posita erat in celo ⁊ supra sedem sedens.
Et qui sedebat silis erat aspectui lapidis
B iaspidis ⁊ sardinis: ⁊ iris erat in circum
itu sedis silis visioni smaragdine. Et in
circūitu sedis sedilia vigintiq̄ttuor: ⁊ su
pra thronos vigintiq̄ttuor seniores sedē
tes circūamicti vestimētis albis. ⁊ in ca
pitibꝫ eoꝝ coronas aureas. Et de throno
C ꝓcedebant fulgura ⁊ voces ⁊ tonitrua: ⁊
septem lampades ardētes añ thronuz q̄
sunt septē spūs dei. Et in cōspectu sedis
tanq̄z mare vitreū simile crystallo: et in
medio sedis ⁊ in circūitu sedis quattu
or aīalia plena oculis añ ⁊ retro. Et aīal
primū simile leoni ⁊ secūdū simile vitu
lo: ⁊ tertiū aīal hñs faciem q̄si hoīs: ⁊ q̄r
tum aīal simile aquile volanti. Et q̄ttu
or aīalia singula eoꝝ habebāt alas senas
⁊ in circūitu et intus plena sunt oculis.
Et requiē nō habebāt die ac nocte dicē D
tia sanctus scūs scūs dñs de⁹ om̄ipotēs Esa.6.
qui erat ⁊ q̄ est ⁊ q̄ ventur⁹ est. Et cuz da
rent illa aīalia glam ⁊ honorē ⁊ bñdictio
nem sedenti sup thronū viuenti ī secula
seculoꝝ: ꝓcedebant vigintiq̄ttuor senio
res añ sedentē in throno ⁊ adorabāt vi
uentē in secula seculoꝝ: ⁊ mittebāt coro
nas suas añ thronū dicētes: Dignus es
dñe de⁹ nr̄ accipe glam ⁊ honorē ⁊ virtu
tem: qr tu creasti oīa: ⁊ ꝓpter voluntatez
tuam erant ⁊ creata sunt. V

A Et vidi in dextera sedētis supra
thronū librū scriptū intus et fo
ris signatū sigillis septez. Et vi
di angelū fortem ⁊ p̄dicātez voce magna
Quis est dign⁹ aperire librū ⁊ soluere si
gnacula ei⁹: Et nemo poterat neqz ī celo
neqz in terra neqz subtus terraz aperire
librū: neqz respicere illuz. Et ego flebam
B multū: qm̄ nemo dign⁹ inuētus est ape
rire librū: nec videre eū. Et vn⁹ de senio
ribꝫ dixit mihi. Ne fleueris. Ecce vicit
leo de tribu iuda radix dauid aperire li
brum ⁊ soluere septē signacula eius. Et
vidi ⁊ ecce in medio throni et q̄ttuor aīa
lium ⁊ in medio senioꝝ agnū stantē tan
q̄z occisum hñtem cornua septē et ocu
los septē: qui sunt septē spūs dei missi in
oēm terrā. Et venit: et accepit de dextera
sedentis in throno librū. Et cū aperuis j.6.a. C
set librū. q̄ttuor aīalia ⁊ vigintiq̄ttuor se
niores ceciderūt corā agno hñtes singu
li citharas ⁊ phialas aureas plenas odo
ramentoꝝ que sunt orōes scōꝝ: et canta
bant canticū nouuz dicentes: Dign⁹ es
dñe accipe librū et apire signacula eius j.7.d.
q̄niā occisus es. ⁊ redemisti nos deo in
sanguine tuo ex om̄i tribu ⁊ lingua ⁊ po
pulo. et natione: et fecisti nos deo nr̄o re
gnum et sacerdotes ⁊ regnabim⁹ super
terrā. Et vidi: et audiui vocem angeloꝝ D
multorum in circumitu throni et aīali
um et senioꝝ. et erat numerus eoꝝ mi Job.25.
lia miliū dicentiuz voce magna. Dign⁹ Daniel.7.
Zach.9.

est agnus qui occisus est accipe virtutez
z diuinitatē z sapiam: et fortitudinē z ho
norem z gloriā et benedictiōem. Et om
nem creaturā que in celo est z sup terraz
et sub terra. z que sunt in mari z q̄ in eo.
omnes audiui dicētes sedenti in throno
z agno: Benedictio et honor z gl'a z pote
stas in secula seculoꝝ. Et q̄ttuor aīalia
dicebant amen. Et vigintiq̄ttuor senio
res ceciderūt in facies suas: z adorauē
rūt viuentē in secula seculoꝝ. VI

A Et vidi q̄ aperuisset agnus vnū
de septem sigillis: z audiui vnū
de quattor aīalibꝫ dicēs tanq̄ vo
cem tonitrui. Veni et vide. Et vidi: z ec
ce equus albꝰ. z qui sedebat sup illū ha
bebat arcuz. et data est ei corona: z exiuit
vincens vt vinceret. Et cū aperuisset si
gillum secundū audiui secundū animal
dicens: Veni z vide. Et exiuit alī equꝰ
rufus. et qui sedebat sup illū datuz est ei
vt sumeret pacē de terra. et vt inuicez se
interficiant et datꝰ est ei gladius magnꝰ
s. 5. b. / Et cū aperuisset sigillū tertium: audiui
B tertiū aīal dicens. Veni z vide. Et ec
ce equus niger: et qui sedebat sup illuz
habebat staterā in manu sua. Et audiui
tanq̄ vocem in medio quattuor aīaliuz
dicentiū: Bilibris tritici denario vno: et
tres bilibres hordei denario vno: z vinū
et oleum ne leseris Et cū aperuisset sigil
lum quartū audiui vocē quarti aīalis di
centis: Veni z vide. Et ecce equus palli
dus: et qui sedebat sup eum nomen illi
mors: et infernꝰ sequebaꝫ euz. Et data ē
illi ptās sup quattuor ptes terre. z inter
C ficere gladio fame z morte z bestijs terre
Et cū aperuisset sigillū quintū: vidi sub
tus altare aīas interfectoꝝ ꝓpter verbuz
dei: et ꝓpter testimoniū q̄ habebant. Et
j. 15. a. clamabant voce magna dicentes / Usq̄ /
quo dñe scūs et verus nō iudicas z non
vindicas sanguinē nostrū de his qui ha
bitant in terra: Et date sunt illis singu
le stole albe: et dictū est illis. vt requiesce
rent adhuc tempꝰ modicū donec cōple
antur cōserui eoꝝ et fratres eoꝝ qui in
terficiendi sunt sicut z illi. Et vidi cum
aperuisset sigillū sextuz / et ecce terremo Gen. 27. f.
tus magnꝰ factus est. Et sol factus ē ni D
ger tanq̄ saccus cilicinꝰ: et luna tota fa
cta est sicut sanguis: et stelle de celo ceci
derunt sup terrā sicut ficus emittit gros
sos suos cuz a vento magno mouet. Et
celū recessit sicut liber inuolutꝰ: z omnis
mons z insule de locis suis mote sūt. Et
reges terre z principes z tribuni et diui
tes z fortes z oīs seruus z liber absconde
runt se in spelūcis z in petris montium.
/ z dicūt montibꝫ z petris cadite sup nos j. 9. b. Esa. 2.
z abscōdite nos a facie sedentis sup thro Luc. 23. e.
nū et ab ira agni: q̄m venit dies magnꝰ Osee. 10.
ire ipsoꝝ. Et q̄s poterit stare? VII

Post hec vidi quattuor angelos A
p stantes sup q̄ttuor angulos ter
re. tenētes quattuor ventos: ut
ne flarent sup terram: neq̄ sup mare
neq̄ in vllam arborē. Et vidi alterꝫ ange
lum ascendentē ab ortu solis hñtem si
gnum dei viui: et clamauit voce magna
quattuor angelis q̄bꝫ datū est nocere ter
re z mari dicens / Nolite nocere terre et j. 9. a. Ezech. 9.
mari neq̄ arboribꝫ quoadusq̄ signemus Apo. 10.
seruos dei nr̄i in frontibꝫ eoꝝ. Et audiui B
numerū signatoꝝ: centū q̄dragintaquat j. 19. a.
tor milia signati ex oī tribu filioꝝ israel.
Ex tribu iuda: duodecim milia signati.
Ex tribu ruben: duodecim milia signati
Ex tribu gad: duodeciz milia signati. Ex
tribu aser: duodecim milia signati. Ex
tribu neptalim: duodecim milia signati
Ex tribu manasse: duodeciz milia signa
ti. Ex tribu symeon: duodecim milia si
gnati. Ex tribu leui: duodecim milia si
gnati. Ex tribu ysachar: duodeciz milia C
signati Ex tribu zabulon: duodecim mi
lia signati. Ex tribu ioseph: duodeciz mi
lia signati. Ex tribu beniamin: duodeciz
milia signati. Post hec vidi turbam ma
gnam quaz dinūerare nemo poterat ex
oībus gentibꝫ et tribubꝫ et ꝓplis z lingu
stantes ante thronuz et in cōspectu agni
amicti stolis albis: et palme in manibus
eoꝝ. Et clambant voce magna dicētes.
Salus deo nostro: qui sedet super thro
num et agno. Et oēs angeli stabant in

circũitu throni ⁊ seniorum et quattuor
aialiũ:et ceciderũt in cõspectu throni in
facies suas:⁊ adorauerũt deũ dicentes.
D amen. Benedictio ⁊ claritas et sapientia
⁊ grãr actio:honor et virtus et fortitudo
deo nr̃o:in secula seculorr Amen. Et re-
spondit vn⁹ de senioribꝫ:⁊ dixit mihi. Hi
qui amicti sunt stolis albis qui sũt ⁊ vn
de venerũt:⁊ dixi illi. Dñe mi tu scis.
Et dixit mihi: Hi sunt qui venerunt de
tribulatione magna: et lauerunt stolas
suas⁊ dealbauerũt eas in sanguĩe agni
g.5.c. Ideo sunt ante thronũ dei:⁊ seruiũt ei
die ac nocte in tẽplo eius:et qui sedet in
Esa.25. throno habitabit sup illos. Non esuri-
Hiere.31. ent neqꝫ sitient amplius:neqꝫ cadet super
j.21.a. illos sol neqꝫ vllus estus: qm̃ agn⁹ qui
in medio throni est reget illos:et dedu-
cet eos advite fontes aquarr:⁊ absterget
deus oẽm lachrymã ab oculis eorum.

A Et cũ aperuisset sigillũ VIII
septimũ:factũ est silentiuꝫ ĩ celo
q̃si media hora. Et vidi septẽ an
gelos stantes in ꝓspectu dei:⁊ date sunt
illis septem tube. Et alius angelus venit
⁊ stetit ante altare hñs thuribulũ aure-
um:⁊ data sunt illi incensa multa:vt da
ret de orõibꝫ scõrr oĩm sup altare aureuꝫ
B qđ est ante thronũ dei. Et ascẽdit fumus
incensorr de orõibꝫ scõrr de manu angeli:
coram deo. Et accepit angelus thuribuluꝫ
aureũ:⁊ impleuit illud de igne altaris.⁊
misit in terrã:⁊ facta sunt tonitrua ⁊ vo
ces ⁊ fulgura ⁊ terremotus magn⁹:et se
ptem angeli q̃ habebant septẽ tubas pre
parauerũt se vt tuba canerẽt. Et primus
angelus tuba cecinit. Et facta est grãdo
⁊ ignis mixta in sanguĩe:et missuꝫ est in
C terram. Et tertia ps terre:cõbusta est:et
tertia ps arborr concremata est.⁊ oĩe fe
num viride cõbustũ est. Et secũdus an-
gelus tuba cecinit:⁊ tanqꝫ mons magn⁹
igne ardens missus est in mare. Et facta
est tertia ps maris sanguis:⁊ mortua est
tertia ps creature eorr q̃ habebãt aĩas in
D mari:⁊ tertia ps nauiũ interiit. Et terti
us angelus tuba cecinit ⁊ cecidit de celo
stella magna ardens tanqꝫ facula. Et ce-
cidit in tertiã ptem fluminũ ⁊ in fontes
aquarr:⁊ nomẽ stelle dicit absinthiũ. Et
facta est tertia ps aquarr in absinthiuꝫ:⁊
multi hoĩm mortui sũt de aquis:qr ama
re facte sunt. Et quart⁹ angls cecinit: et
percussa est tertia ps solis ⁊ tertia ps lune
⁊ tertia ps stellarũ ita vt obscurarẽt ter-
tia ps eorr:⁊ diei non luceret ps tertia et
noctis similiter. Et vidi:⁊ audiui vocem
vn⁹ aquile volantis p mediũ celi:dicẽtis
voce magna. Ve ve ve habitantibꝫ ĩ ter-
ra de ceteris vocibus trium angelorum
qui erant tuba canituri. IX

A Et quint⁹ angelus tuba cecinit:
j.20.a. ⁊ vidi stellam de celo cecidisse in
terram:⁊ data est ei clauis putei
j.14.c.⁊.19.a. abyssi. Et aperuit puteũ abyssi⁊ ascẽdit
fumus putei sicut fum⁹ fornacis magne
⁊ obscuratus est sol ⁊ aer de fumo putei.
Et de fumo putei exierũt locuste ĩ terrã:⁊
data est illis potestas sic̃ hñt ptãtes scor-
piones terre⁊ Et pceptũ est illis ne lede
Exo.10. Ezech rent fenũ terre neqꝫ oĩe viride.neqꝫ o-
9.8.7.a. mnem arborẽ:nisi tm̃ hoĩes qui non hñt
B signũ dei in frontibꝫ suis. Et datũ est illr
ne occiderẽt eos:sed vt cruciarẽt mensi-
bus quinqꝫ. Et cruciat⁹ eorr vt cruciat⁹
g.6.d.Esa.2. scorpii:cũ percutit hoĩem⁊ Et in diebꝫ illis
Osee.10.Luc. q̃rent hoĩes mortẽ ⁊ nõ inuenient eã:⁊ de-
23.e. siderabunt mori: et fugiet mors ab eis.
Hap.16. ⁊ Et similitudines locustarr siles equis pa-
ratis in prliũ:⁊ sup capita earr tanqꝫ coro-
ne siles auro.⁊ facies earr sicut facies ho-
minũ. Et habebant capillos sicut capil-
los mulierum:⁊ dentes earum sicut den
tes leonum erant. Et habebant loricas
sicut loricas ferreas:⁊ vor alarum earuꝫ
sicut vor curruũ equorr multorr curren
tium in bellũ. Et habebant caudas simi
les scorpionũ:⁊ aculei erãt in caudis ea-
rũ:⁊ ptãs earr nocere hoĩbꝫ mẽsibꝫ quin-
C qꝫ. Et habebãt sup se regẽ angelũ abyssi
cui nomẽ hebraice abaddon. grece autez
appollion.⁊ latine hñs nomen exterimi-
nans. Ve vnũ abiit:⁊ ecce venit adhuc
duo ve post hec. Et sext⁹ angelus tuba ce
cinit ⁊ audiui vocẽ vnã ex q̃ttuor cornibꝫ
altaris aurei qđ est añ oculos dei: dicente

sexto angelo q̃ habebat tubã: Solue q̃t tuor angelos q̃ alligati sũt i flumine magno eufratẽ. Et soluti sũt q̃ttuor angeli q̃ parati erãt in horã & diẽ & mẽsem & annũ vt occiderẽt tertiã pt̃ hoim. Et nũerus equestris exercit⁹ vicies milies dena milia & audiui nũer eor. Et ita vidi equos in visiõe & q̃ sedebãt sup eos hẽbãt loricas igneas & hyacinthinas & sulphureas & capita eq̃r erãt tanq̃ capita leonũ & de ore eor pcedit ignis & fumus & sulphur Et ab his tribꝰ plagis occisa ẽ tertia ps hoim: de igne & de fumo & sulphure q̃ procedebãt ex ore ipor. Potãs enĩ eq̃r in ore eor est & in caudis eor. Nã caude eor similes serpentibꝰ hñtes capita & in his nocent. Et ceteri hoies q̃ nõ sunt occisi in his plag̃ neq̃ pniam egerũt de opib⁹ manuũ suar vt nõ adorarẽt demonia et simulacra aurea & argẽtea & erea et lapidea & lignea q̃ neq̃ videre pñt neq̃ audire neq̃ ambulare & nõ egerũt pniam ab homicidijs suis neq̃ a veneficijs suis neq̃ a fornicatõe sua neq̃ a furt̃ suis. X

Et vidi aliũ angelũ fortẽ descendentẽ de celo amictũ nube & iris in capite ei⁹. Et facies eius erat vt sol & pedes ei⁹ tanq̃ colũna ignis. Et hẽbat in mãu sua libellũ aptus & posuit pedẽ suũ dextrũ sup̃ mare: finistr aũt sup terrã & clamauit voce magna quẽadmodũ cũ leo rugit. Et cus clamasset: locuta sunt septẽ tonitrua voces suas. Et cũ locuta fuissent septẽ tonitrua voces suas & ego scriptur⁹ erã. Et audiui vocẽ de celo dicentẽ mihi: Signa q̃ locuta sũt signa & noli ea scribere. Et angel⁹ quẽ vidi stantẽ sup̃ mare et sup̃ trã leuauit manũ suã ad celũ & iurauit p viuentẽ in secla seclor q̃ creauit celũ & ea q̃ in eo sũt & terrã & ea q̃ in ea sunt & mare & ea q̃ in eo sunt q̃ tps nõ erit amplius: sed in dieb⁹ vocis septimi angeli cus ceperit tuba canere & consummabit mysteriũ dei: sicut euãgelizauit p seruos suos pphetas. Et audiui vocẽ de celo iter loquẽtẽ mecũ & dicẽtẽ: Vade & accipe libr aptus de manu angli stantis supra mare & sup terram. Et abij ad angelũ dicẽs ei vt daret mihi librũ & dixit mihi: Accipe libr & devora illũ et faciet amaricari ventrẽ tuũ sed in ore tuo erit dulce tanq̃ mel. Et accepi librũ de manu angeli et devorauit illũ & erat in ore meo tanq̃ mel dulce. Et cũ devorassem eũ amaricat⁹ ẽ venter meus. Et dixit mihi. Oportet te iter pphetare gẽtib⁹ & pplis & linguis & regib⁹ multis. Ezech. 3.

Et datus est mihi calamus silis virge & dicũ est mihi Surge & metire templũ dei et altare & adorãtes in eo. Atriũ aũt qd̃ est foris templũ eijce foras & ne metiaris illud: qm̃ datũ est gentib⁹. Et ciuitatẽ sanctam calcabũt mẽsib⁹ q̃draginta duob⁹. Et dabo duob⁹ testib⁹ meis & pphetabũt dieb⁹ mille ducẽtis seraginta amicti saccis. Hi sunt due olive & duo candelabra in cõspectu dñi terre stantes. Et si quis voluerit eos nocere ignis exiet de ore eorum & devorabit inimicos eor & si quis voluerit eos ledere sic oportet eũ occidi Hi hñt ptãtem claudendi celũ ne pluat dieb⁹ pphetie illor & ptãtem hñt sup aquas conuertẽdi eas in sanguinẽ & percutere terrã omi plaga q̃tiens cunq̃ voluerint Et cũ finierint testimoniũ suũ bestia q̃ ascẽdit de abysso faciet adũsus eos bellũ & vincet illos & occidet eos. Et corpora eorũ iacebũt in plateis ciuitatis magne q̃ vocat spiritaliter sodoma et egyptus vbi et dns eor crucifixus est. Et videbũt de tribub⁹ & popul̃is et linguis et gẽtibus corpa eor p tres dies & dimidiũ & corpa eor nõ sinent poni i monumentis. Et inhabitãtes terrã gaudebũt sup illos & iocabunt & mũera mittẽt inuicẽ qm̃ hi duo pphete cruciauerũt eos q̃ habitabant sup terrã. Et post dies tres et dimidiũ spũs vite a deo intrauit in eos. Et steterunt super pedes suos & timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnã de celo dicentem eis: Ascẽdite huc. Et ascenderunt in celũ in nube & viderunt illos inimici eor. Et illa hora fact⁹ est tremotus magnus & decima ps ciuitat̃ cecidit

Daniel. 12. Daniel. 7. Ezech. 37. Actu. 1. b. Luc. 24. g.

Et occisa sunt in terremotu noīa hoīm
septē milia. ⁊ reliqui in timorē sūt missi
D ⁊ dederūt gl'am deo celi. Ue secūdū abijt
⁊ ecce ve tertiū veniet cito. Et septimus
angelus tuba cecinit. ⁊ facte sunt voces
magne ī celo dicētes. Factū est regnum
hui⁹ mundi dñi nr̄i ⁊ christi ei⁹. ⁊ regna
būt in secula secl'oꝝ. amē. Et vigītiq̄ttu-
or seniores q̄ in ꝯspectu dei sedēt ī sedib⁹
suis ceciderūt in facies suas. ⁊ adoraue-
rūt deū dicētes: Grās agim⁹ tibi dñe de
us nr̄ oīpotens q̄ es ⁊ q̄ eras ⁊ q̄ ventur⁹
es: qꝛ accepisti virtutē tuā magnaꝫ et re
gnasti. Et irate sunt gētes. ⁊ aduenit ira
tua. ⁊ tp̄s mortuoruꝫ iudicari. ⁊ reddere
mercedē suis tuis ꝓphetis ⁊ scīs ⁊ timen
